



GALENI IN LIBRUM HIPPOCRATIS DE FRACTURIS COMMENTARIORUM LIBRI TRES,

T A R I O R V M L I B R I T R E S ,

Ioanne Bernardo Feliciano interprete,

Nunc ab eodem & recogniti, & nouis quibusdam picturis illustrati.

ARGUMENTVM PRIMI LIBRI.

Communis ratio corrigendi simplices in cubito fracturas tractatur. ac primum brachio proposito docet quo pacto extensiones, conformationes, deligationes & positiones fracturarum partium fieri debeant.



Ntequam ad particularium explanationem veniamus, melius est, ut in vniuersum de tota explanandi ratione quippiam dicamus. Vis. n. eius ea est, ut quae in operibus auctorum obscura sunt, dilucida ac clara efficiat. aliquid autem eorum quae scripta sunt, aut verum esse demonstrare, aut falsum conuincere, aut si captiose quispiam accusarit, defendere, licet separatim quid ab explanatione esse videatur: fieri tamen ab omnibus ferè consuevit, qui commentaria conscribunt. & nihil vetat, quo minus explanator etiam hoc quoque exequi mediocriter possit, at de auctoris decretis prorsus contendere, illud vero explanationis terminos excedit. Quocirca ego non ad hunc scopum, sed ad antedictum spectans,

pauca quaedam confirmandorum eorum quae dicuntur, causa, veris ac proprijs explanationibus subinde adiungam. Ceterum cum duplex etiam in hoc explanationis genere sit differentia, propterea quod duplex quoque illud est, quod obscuritatem in se habet: rectius esse mihi videtur, ut de hoc nonnulla etiam in medium afferam. breuis autem de his quoque erit oratio, quasi compendium quoddam eorum, quae priuatim latius in commentarijs de explanatione dicta sunt. Demonstratum siquidem ibi est, quod obscurum re vera est, id per se esse eiusmodi, aliorum vero ortum obscuritatis in nobis esse, propterea quod audientium differentiae quae plurimae existunt, ex eo quod aut prius eruditus quispiam fuerit, & exercitatus, aut sit prorsus rudis & inexercitatus: aut ingenio sit acutus & perspicax, aut hebes & tardus. Age. n. in hoc ipso libro de fracturis, ubi inquit Hippocrates/ dicendum igitur est quosnam errores medicorum velim tum docere, tum dedocere/ haec sane per se obscuritatem habet oratio, cum nos nullos errores esse intelligamus, quos docere oporteat. Simile quoque illud est/ & retortio articuli retorta est in hac figuratione/ figurationem enim extenti brachij retortum habere articulum inquit ad cubiti gibbum. dicere autem inflexum ac retortum esse, quod rectum est, absurdum videtur. At illud quod subiungit, cum inquit/ brachij enim cardinalium in cubiti sede in tali figuratione innixum ossibus cubiti & brachij directionem facit, perinde ac si vnum totum sit/ si quale utrunque os sit nouerit quispiam, nullam obscuritatem praese fert: si vero cubiti & brachij articulationis naturam ignores, merito tibi obscura oratio euadet. Ac mihi quidem melius videtur, ut quia plerique ex ijs qui librum hunc legunt, dissectionis sunt imperiti, huiusmodi omnia explicemus. nam quae tale quippiam non habuerint, praetereunda nobis esse existimari, hac tamen praemonitione vtilis ad eos qui lecturi sunt. Siquid ex ijs quae exposuimus, obscurum esse putas, inspice primum diligenter an erratum librum habeas, eumque accurate perpende, cumque exemplaribus auctoritatis alicuius confer. deinde si recte is se habere videatur, eundem locum adhibito studio iterum atque iterum perlege. Ego. n. cum praesenti alicui coram librum aliquem lego, ad discantis habitum respiciens conijcere quo explanationis modo utendum mihi sit, satis possum: cum vero omnibus scribo, neque ad eum qui optime, neque ad eum qui pessime instructus fuerit, specto. quippe cum illud obscurum, hoc molestum plerisque, si in apertis diutius immoremur, fu-

Septima Classis,

FFFFFFF iij turum

turum sit: sed eorum rationem habeo, qui medio habitu præditi sunt, quod si his aliquando frustrari contingat, ad eos declinandum magis censeo, qui præstantiores sunt. nam qui medio habitu sunt inferiores, indignos iudico qui ad commentaria hæc accedant. satis enim ipsis est, si ubi sæpe eadem à magistris alio atque alio verbo explicata audierint, intelligere ea quæ dicuntur, possint.

Medicum oportet luxationum, ac fracturarum quæ directissimas extensiones efficere.

Nonnullæ orationes, licet nihil quod magnificandum sit, edoceant, partes tamen explanationis esse existimantur, cuiusmodi sunt etiam quæ diuersas lectiones præmonstrant: id quod in proposito his Hippocratis verbis existit. cum nonnulli scribant in principio / medicum oportet: alij absque his duobus verbis scribendum pro defectum censeant. eo quod atticorum is mos sit, quorum lingua quadam ex parte Hippocrates etiam utatur: adeo ut quidam præscam hæc esse atticam linguam asserere non vereant, sed quid ego de Hippocratis lingua sentiam alio breui libello separatim declaratum à me fuit. & nunc in exordio huius nostræ explanationis satis erit, si præmonuero, me huiusmodi omnia esse prætermitturum: quæ sicut partes propositi negotij minime sunt, ita sunt effectura, ut commentaria hæc nostra in immoderatam longitudinem abeant. / Luxationum & fracturarum quæ directissimas extensiones efficere. / non luxationes & excidētias tantummodo vocat ossium excessus è propria sede, quæ sine fractione fiunt, verum etiam exarticulationes & exarticulata interdum appellat. De fracturarum vero nomine illud animaduersione dignum videtur: quod cum sæpe κατὰ γυμνασια eas appellet, raro admodum ἀγμους, inscriptione eo nomine fecerit, quo rarissime uti consuevit, περι ἀγμων librum hunc inscribens, unde nonnulli sunt, qui neque ab Hippocrate opera hæc diuisa fuisse affirmant: sed huic adiunctum fuisse librum qui sequitur, de articulis, vnumque utrosque fuisse, qui postea in duos ab aliquo ob longitudinem fuerit distinctus, quoniam vero in vnum utriusque erat coniuncti, communem inscriptionem quoque habuisse, quæ erat, quæ in medicatrina fuit. Atque huiusce rei testimonium conantur asserere, male illi quidem: utpote cum veterem hominem adducant, dicantque vnum opus primi illius Hippocratis Gnosidici filij librum esse de ijs quæ in medicatrina fiunt, non enim debere nos existimare breuem illum libellum qui nunc ita inscribitur, esse eum qui à magno Hippocrate fuerit conscriptus: qui inter Græcos optimus & medicus & scriptor habitus fuit. Quoniam igitur in his duobus libris de ijs quæ in medicatrina fiunt, agitur, ideoque utrosque eodem titulo fuisse insignitos: ac propterea neque doctrinæ ordinem certum in alterutro seruari, quippe cum & in hoc de fracturis, luxationum quarundam faciat mentionem, & in eo qui sequitur de articulis, quædam de fracturis non pauca commisceat. Alij vero sunt, qui non distinctos fuisse in duobus libris hos ab aliquo, sed à principio ita fuisse scriptos opinant: putantque ex eo inscriptionem utriusque inditam, quod in vnoquoque plurimam vim habebat, atque hinc exorsilongam protrahunt orationem, dum demonstrare plerisque Hippocratis libros hoc modo fuisse inscriptos volunt. Ego vero, sicut sub vna inscriptione, an sub duabus utrosque hos libros scripserit Hippocrates, asserere nequeo: ita illud habeo polliceri, me procedente oratione esse demonstraturum, & cum de luxationibus hoc in libro mentionem facit, & cum de fracturis in libro de articulis nonnulla dicit Hippocrates, accommodatissimo doctrinæ modo usum fuisse. Cur autem hic luxationum & fracturarum immutato ordine dixerit, cum deberet fracturas luxationibus antepone, quippe cum de eis prius docturus sit, vnam rationem asserere possum: quod videlicet sæpe & apud Hippocratem, & apud alios omnes veteres scriptores qui dicendi facultate excelluerunt, huiusmodi loquutionis genus reperitur, dum non ordinem eorum quæ traduntur magis, quam ordinis congruentiam sequuntur: immo fortasse ne viliam quidem in huiusmodi rebus exquisitam ordinis curam habent. / Quam directissimas extensiones efficere, in quibus membris luxationes aut fracturæ contigerunt, ijs in membris quæ directissimis figurationibus extensiones faciendas censet, cur autem extendi debeant nulla hic causa allata, figuram qua id faciendum est, longa oratione prosequitur, cum tamen ei liceret quænam in re veritas sit, edocenti tacere de ijs qui aliter opinantur. Sed enim non de hac tamen tractatione, verum de alijs quoque omnibus scire illud operæ precium est: nonnulla summam per capita tantummodo tractari, quæ breuissima omnium sunt: alia è contrario fuisse per excursum explicari, ita ut nulla omnino res quæ utiliter dici potest, prætermittatur: reliqua vero omnia medio inter hæc loco esse constituta, atque alia ad breuissima, alia ad longissima accedere, alia à medio paululum abire, ac recedere. Vtraque autem hæc ita legere vnusquisque debet, sicut ei vel ocium suppetit, vel voluntas, neque eos debet reprehendere qui vel ob breuitatem obscurius scripsere, vel diluciditatis causa longius produxere orationem, neque enim præscribere legem his opus est, præsertim cum nihil profecturus sit, qui id faciat: sed quod sibi quisque utile esse videt, idumat: ac non idem omnibus in libris docendum propositum esse cognoscat. Ut exempli causa, libri hi duo, de fracturis alter, alter de luxationibus, fuisse & late tractantur: veterarius, seu de moliendi ratione, quem μοχλικόν inscribit, cum eandem doctrinam quantum ad rem attinet, polliceatur, summam per capita absoluitur, estque ea que fuisse sit, rei explicatio ad diluciditatem: que summam colligitur, ad memoriam perque accommodata, atque hoc semel à me dictum memoria semper teneatur. Iam vero ad eas res de quibus hic docet, differendas descendamus, animum tu diligenter aduerte, Licet enim ipse postea cur extensio facienda sit

A da sit explicaturus sit, siue conformare quod fractum est, siue quod est luxatū, reponere volueris: mihi tñ nunc, quippe cui diluciditas in explanando proposita est, ad quam orationis ordo ex consensu omnium quāplurimum confert, nihil prius q̄ hoc demonstrandum nunc videt: quippe cum ijs qui explanant aliquid, non ordinis tantūmodo, sed mediocritatis omnium quæ sigillatim dicuntur, diluciditas esse scopus debeat. neq; n. ob aliud quippiam explanationem scribimus. In libris igitur de musculorū motione iam docuimus maxime peculiare quātum ad alia corporis mēbra, inter se vero maxime cōmune ipsis illud esse, vt in seiplos cōtrahant ac confidant, nō secus ac lora, & chordæ, & funes. sicut. n. cū horum capita apprehēsa in cōtrariū distrahimus, distendi: cū relinquimus, cōtrahi hęc in se consueuerūt: sic musculi cū ossi vtriscq; extremis innectuntur, similes apprehensionibus manū innoxiones eas habent, à qbus in contrarias partes distrahi totum suū corpus distentū seruant. ac p̄pterea cum totas fibras ipsorū per trāsuer sum absciderit quispiam, sit, vt duę ipsorum partes à se mutuo plurimum retractę, sursum altera ad musculi caput, altera deorsum ferat ad finem suum, qua secundo mēbri ossi post articulū innectitur. Cum vero absq; musculi p̄cisione os articuli è p̄pria sede exciderit, in eā partem vbi finis musculi inuenitur, q̄a totus in seipsum cōtrahit, & ad p̄prium caput recurrit, simul annexa ei mēbri pars, quæ est ossis caput in dearticulatione, retrahitur: qua retracta totum quoq; os retrahi necesse est.



In hac igitur affectione euenit, vt caput ossis, quod in dearticulatione depressius erat, altius pristino situ euadat, vt in p̄prium sedem reponi prius oīno nequeat, q̄ totum os extēdendo tāto inferius constituitur, quanto altius p̄ter naturam fuerat prolapsum. atq; hęc causa est cur, ossa quæ luxata sunt, prius extēdere debeamus. Cōfracta vero extensione quoq; indigere, inde cognoscere p̄cipue posses: q̄ sicut luxatū extendere opus est, vt reponamus, ita in fractis explicare sic affectam partē ac distrahere debemus, vt fracturę capita sese mutuo cōtingāt. Quippe

cum fractura nihil aliud sit, q̄ continuitatis in osse dissolutio, sicut in carne vlcus: finemq; vtraq; sanationis consequantur, si in pristinam vnionem fuerint restituta. in fractis tñ cura ea habenda quoq; est, vt partes in directum statuatur, quæ conformatio appellari consuevit. Nam si parua fractura contigerit, vtraq; fracti ossis pars situm suum seruat: sin magna adeo, vt totum os fuerit confractum, in ea alterent partes, necesse est, altera in anteriorem, si ita inciderit, partem, altera in posteriorem, hęc in dextram, illa in sinistram, prolapsæ, ac permutatæ. Quocirca manibus ambabus vtrinq; comprehendendum membrum est: osq; quod in anteriorem partem recessit, in posteriorem: quod in posteriorem, in anteriore propellendum: quodq; in sinistram abiit, in dextrā: quod in dextram, in sinistram traducendum ita, vt omnes fracti ossis partes manibus fingentis ac conformantis in contrarium compellantur. Quod cum fit, periculum est, ne fracti ossis eminentiæ aliquę refringantur. neq; enim ita penitus læuia capita fracturarū sunt, sicut quæ à ferris cultuarijs secari consueuerunt. nam quę dentatæ sunt ferrę, asperitates etiā ipse qualdā relinquunt.




Quapropter quia timemus ne admouendo partes quæ alternatæ sunt, eminentias ipsarum aliquas defringamus, id quod p̄culdubio fieret, si inter se oppacta essent: propterea eas abducētes à se mutuo alias sursum, alias deorsum ad cōformationem deuenimus. Oppangere enim. i. ἐγγρίπτειν, quod est appropinquare & attingere, nominat Hippocrates cum partes ossium quę conformantur, ad p̄prium sedem aguntur, & se mutuo allidunt. Vt igitur distantia inter se admoueantur, alteram partem sursum, alteram deorsum trahere oportet. id quod oēs medici fa-

ciunt, interdum solis ministrorum manibus, interdum laqueis, si res vehementiorem extensionem postulare videatur. Incipiendam igitur esse & luxatorum & fractorum curationem ab extensione demonstratum est. nunc eam in qualibet figuratone non esse faciendam declarabimus. Primumq; illud aduertendum est, cum quatuor sint operationes, quæ in fracturarum curatione exercentur, extensio, conformatio, deligatio, & depositio: vnam communem in omnibus esse oportere figuratone. dum enim extenditur membrum, conformatur, vbi vero cōformatum est, statim seruata eadem figuratone deligatur. quam rursus in depositione seruari necesse est, alioqui efficeretur, vt aliæ deligationis partes laxiores linteorum conuolutiones, aliæ compressiores haberent: atq; ita quæ laxiores essent, cum moueri ossa permitterent, conformationē cor-

Septima Classis.

FFFFFFF iij rumperent:

rumperent: compressiores, dolorem afferentes inducerent inflammationem. vt hinc vnam esse communem quatuor antedictarum operationum figurationem pateat. Hinc vero iam considerandum est, quid spectado eam inuenire valeamus. Optima sanè in extensione figura ea est, qua fit, vt sine magna intentione separata ossa in conformationem deducantur: in depositione vero ea, qua dolore membrum maxime careat, quæ vtraq; ex ea figura euenient, quæ in rectum fibras musculorum intenderit. In rectum autem ea intendit, quæ in vna membri parte totum musculū seruat, nam si ab interiori parte exortum habeat musculus, atq; ita ipsum figures, vt media eius pars in inferiore mēbri parte, finis eius extrinsecus sit: vel media pars in superiore parte mēbri, finis extrinsecus reducatur: fiet, vt hoc modo circa membrum conuolutus amplius distendatur.



Vnde si hac figura ipsum adeo extendas, vt partes fracti ossis multū à se mutuo distent, sicut vehemente dolore corripitur, ita in discrimen venietur, ne diuellatur. ex nimia siquidem intentione factum aliquando est, vt diuulsi musculi fuerint. Qua re planū fit, vnam & eandem figurationem simul & dolorem q̄ minimū creare, & conseruare musculos ne distorqueantur. Id quod Hippocrates aperte declarauit: cū firmandum in cubito totum brachium doceat, neq; penitus extentū, neq; inflexū, sed in medio quodā habitu constitutum. Optimam item esse figurationem hanc ipse ostendit, primum enim, quoniam cubiti os longius q̄ os radij est, sedes ac firmamentum stabile ipsis efficitur: deinde musculi, qui ex interiore brachij tuberculo exortū habent, fines in interiore quoq; parte totius brachij mittunt, qui contrā ex exteriori exoriuntur, exteriori in parte fines habēt. Cuiuscūq; vero musculi initium & finis in interioribus totius brachij partibus est: eius & reliquæ etiam omnes partes ibidem reperiuntur: & propterea totus quoq; ipse musculus esse ibidem censendus est: Cuius item initium & finis est extrinsecus, simili modo in exteriori quoq; membri parte totum eundem esse constat. Quin etiam dolorem q̄ minimum afferre hanc figurationē experientia quoq; ipsa manifestat, ex duabus vero reliquis, quæ in vtrāq; partem ab hac diuersa efficiuntur, altera quæ supina est, & plurimū musculos distorquet, & dolorem maximum videtur creare: altera, i. prona minorem distorsionem, & minorem dolorem facit. Omnia ferè summatim dicta à me hic tibi sunt, quæ de figura totius manus deinceps Hippocrates docebit, diffusa adeo ac clara oratione vsus, vt pauca admodum sint, quæ explanationem desiderent: præcipue apud eos qui puerilibus disciplinis instructi sunt: aut librū hunc apud magistrōs legerunt, quibus videlicet commentaria conscribuntur.

Ipsa enim iustissima natura est.

Perinde ac si accommodatissima dixisset, quando enim quod vnicuiq; rei accommodatum est, seruat, iuste quodlibet sese habet, ac disponitur. Aliud vero quod accommodatum in corpore sit, quàm id quod naturaliter sese habet, ne excogitare quidem facile possumus. Cum igitur vnicuiq; membro, & figuræ, & coloris, & magnitudinī accommodatum aliquid est, id optime se habet.

Quòd si quicquam aut hac aut illac declinat, in pronam partem uergeri debet, minor enim est error, quàm si in supinum tendat.

Duarum hic figurarum supinæ & pronæ mentionem fecit: quæ cum de toto corpore dicant, de vno etiam eius membro, quod est totum brachium, dicuntur. Ac totum quidem corpus pronum esse dicimus, cum in situ inferiorem partem venter, superiorem dorsum obtinet: supinum contrā, cū sursum venter spectat, deorsum vero dorsum ipsum sternitur. De quibus vtriusq; figuris hic cum meminerit, de manu & brachio futurum sibi sermonē ostēdit, quippe cum vt totum corpus alicuius aut frangatur, aut luxetur, fieri nullo modo queat. Cur autē, cum peccans aliquis à recto aberrauerit, melius sit, vt in pronum declinet manus, ipse in sequentibus docuit.

Qui igitur nihil præcogitarunt, nihil ut plurimum errant, quippe cum ipse ille qui deligandus est, ita à iustissima natura coactus manum deporrigit.

Medici, inquit, qui nihil præmeditati sunt de naturali manus & brachij figuratione, plerumq; melius curant, q̄ qui prauis rationibus vtuntur. ipse, n. ille è vulgo homo qui deligandus est, manum medico ea figura exhibet, quæ minimo dolore infestat, à natura ipsa edoctus, quam nunc quoq; iustam nominauit: vtpote quæ quod vnicuiq; membro conuenit, accommodatumq; est, & in prima generatione, & in sequente totius vitæ traductione inuenit. ipse, n. qui deligandus est, manum deporrigit. Deporrigere, quod græce ἀπορῆγει inquit, nōnulli in eodem significato accipiunt,

A piunt, quo porrigere: exponuntq; deporrigit pro præbet, atq; exhibet medico. alij deporrigare pro auertere intelligunt, ac prohibendo imperitiorem medicum in contrarium abducere. quippe cum natura omnes hoies habitum eum in vnoquoq; membro eligere consueuerint, qui minimo dolore afficiat: quem rectissimum esse Hippocrates ostendit. Exhibent igitur seipso medicis ægrotantes hac figura, & si medici in alteram eos transformant, ægre ferunt, ac renitentur: neq; ob dolorem obsequi volunt, atq; hoc inquit hi ab Hippocrate eo verbo deporrigare significari. quod utrolibet modo accipiatur, res eadem intelligitur. Nam medicis, qui prave sapientiam venditantes male manum & brachium figurant, imperiti è vulgo sapientiores reperiuntur, dum dolore vacantem figuram eligunt, ita. n. à iusta natura coactus manum deporrigit. Alij vero sunt qui verbum deporrigit/commune esse vtriusq; existimant. Sed cum res eadem quocumq; modo quispiam intelligat, seruetur, superuacaneum est de huiusmodi ambiguis verbis diutius considerare: quippe cum quæ ita ambigue dicuntur, & inutilia sint, & eiusmodi, vt inueniri prorsus nequeant. quocirca prætereunda ab eo sunt, qui temporis rationem habet, quo ad utiliora id impendere valeat.

5 *Medici uero sapienter scilicet comminiscetes sunt qui errant. studij igitur non multi est manum fractam tractare immo cuiuslibet, ut ita dicam, medici est.*

B Sapienter comminiscetes. i. σοφισμένους eos dixit, qui sapienter aliquid sibi videtur inuenisse, & in errant, ac propterea neq; ea obseruant, quæ ab imperitis quibuslibet recte cognoscuntur.

6 *Cogor autem plura de hoc scribere, propterea quod medicos noni, qui esse ex figurationibus manus in deligatione sapientes uidentur, ex quibus imperiti uideri potius debebant, at enim multa hoc modo in hac arte solent iudicari. quod enim peregrinum est, quod an bonum sit, nondum intelligunt, magis approbant, quam consuetum, quod bonum esse iam cognouerunt, alienum item atq; absurdum potius admittunt, quod dubio caret.*

Ipse ex sequentibus, quæ aperta sunt, & clara, tibi planum facit, cur longius de figuratione manus & brachij orationem protraxerit, cum tamen res ipsa neq; difficilis, neq; longa ex natura sua esset, ex hoc item causam statim reperies, cur non exquisitum prorsus doctrinæ ordinem sequutus sit. vnusquisq; enim nostrum de re quæ magis vrget, primum omnium disserit. Quia igitur medici eius tempestatis vniuersam luxatorum & fractorum curationem ab extensione auspicandam esse probe sciebant, naturalem tamen membri figurationem ignorabant, propterea de hac primum sermonem instituit, atq; ob id etiam magis, quia nonnulli medici, cum pessimas figuras optimis anteponebant, prauis rationibus & sibi & alijs rem ita se habere persuadebant. Nam si absolute tantum ignorassent, vera duntaxat disciplina ipsis opus fuisset, sed quia non solum ignorabant, verum etiam opinionem cognitionis conceperant, necesse Hippocrati fuit, vt prius eam euelleret, deinde in expurgatum ita animum veram scientiam induceret.

7 *Dicendum igitur est, quosnam errores medicorum de natura manus uelim tum docere, tum dedocere.*

Dedocere eos errores vult, qui cum à medicis esse errores non existimentur, re vera tamen sunt: docere autem eos, qui putantur esse, & non sunt.

8 *Nam de alijs quoq; ossibus corporis documentum affert hæc oratio.*

C Merito inquit communem ad sanationem multorum quoq; aliorum ossium hanc esse orationem. scopi enim ad quos spectantes naturalem vniuscuiusq; membri situm & figurationem inuenimus, communes omnibus sunt, vt dictum antea à nobis est, qui cum duo sint, indolentia vnus, alter rectitudinis: ille experientia, hic situ partium reperitur, quem in dissectionibus discimus.


D 9 *Manum itaque, de quo sermo, cum pronam quidam deligendam dedisset, ipse coegit ita eam tenere ut sagittantes, cum humerum iniiciunt, atque ita deligauit, id ipsi esse naturale existimans, testimoniumq; illud afferebat, quod omnia quæ in cubito sunt ossa directionem inter sese habent: cutisq; conuenientia directionem illam eandem præ se fert: idq; tam in exteriori parte quam in interiori ita esse: sic quoque & carnes & nervos natura se habere dicebat, sagittariamq; artem in testimonium adducebat, dicensq; hæc & faciens sapiens esse uidebatur: aliarumq; artium erat oblitus, & quæcunque uiribus, & quæcunque artificijs efficiuntur, non aduertens aliam in alio figurationem naturalem esse: quin in eodem quoque opere aliam naturalem dextre manus figuram esse, aliam sinistræ, si ita incidat, alia quippe naturalis figuratio est in iaculatione, alia in fundibulatione, alia in lapidatione, in pugillatu alia, alia in quiescendo, at quot artes inuenire quispiam posset, in quibus non eadem manuum figuratio naturalis est? quin in unaquaq; etiam arte & ad instrumentum quod habet quisq;, & ad opus quod perficere uult, manus configurantur.*

Talium opus est semel aliquando facere mentionem, ideo etiam à nobis idem efficietur. Medicus quidam ex ijs qui sapientes esse sibi uidentur, corrigens præsentem hanc orationem quasi esset deprauata, ita scribebat, manum itaq; de qua sermo est: eruditionem suam uidelicet nobis ostentans, qua apud grammaticos, & rhetoras fuerat instructus: ita vt vltimatissimum loquendi modum apud omnes veteres ignorare videretur, per defectum, n. dictum est, integrumq; erit si verbum

bum subintelligamus in hunc modum: manum itaq; de quo. i. qua de re sermo erat, cum pronam **E**
quidam deligandam dedisset, plerunq; enim imperiti homines idonea figuratione exhibere ma-
num & brachium medicis solent. aliquando vero nonnulli ex curiositate, naturali scopo præteri-
to, qui indolentia est, melius esse existimant, ut prona exhibeatur. supinam tamen eam qui medi-
cis præbeat, est nemo, quippe cum ea figura longe admodum ab indolentia recedat. At medici
quidam ob imperitiam simul & sapientia persuasionem eo modo admittere nolunt: sed ita figu-
randum eorum brachium censent, ut sagittantes faciunt: alij prorsus supinum, alij ferè supinum,
non in hoc tantummodo errantes, verum etiam in eo, quod extentum id constituunt. quæ autè ip-
sorum ratio esset, Hippocrates subiungit, quia videlicet si quis totam manum sic ut sagittantes so-
lent, figurauerit, ei ossa in directum statuuntur, cutisq; convenientia partium totius brachij simi-
li modo sese habet. At hæc probabilia sanè sunt, ex sese mutuo euenientia, quod autè inquirunt car-
nes & nervos in hac figura non secus atq; ossa directionem omnibus suis partibus seruare, illud
vero falsum est. nam si verum esset, non solum probabile, verum etiam certissimum indicium fi-
gurationis huiusmodi haberetur, quod secundum naturam esset. Sed hæc quidem tolerabilia fortas-
se sunt, sagittariam autem artem in testimonium afferri stolidum summopere est: meliusq; erat si
commemoratum penitus ab Hippocrate non fuisset, quàm si hoc studio fuisset conuictum. quæ enim **F**
prorsus sunt absurda ac stolidæ, contemni potius quàm conuinci scriptis præsertim debent. nam in vita
coram actionibus ipsis fieri neq; ipse prohibuerim, maxime si is qui huiusmodi nugæ iactat, sibi
committi ægrotantis curationem sualerit, incidit tamen interdum, ut etiam scriptis stultis his opi-
nionibus contradicendum nobis sit: cum multos ipsis quasi veræ fuerint, persuasos viderimus, id
quod nunc etiam Hippocrates fecit, nihil commune esse deligationi cum sagittaria arte ostendens.
Quæ vero de ossium, & neruorum, & carniū rectitudine dicuntur, etiam si nullus fuisset con-
uincendus, per se ac prima ratione erant necessaria ad optimam figurationem inueniendam. cu-
ius indicium ex consequutione est indolentia. quippe cum imperitis quoq; id perspicuum sit, ex
ratiocinatione vero & ex ipsa rei natura partium rectitudo: quæ non imperitis, sed solis ijs, qui
dissectionem callent, manifesta est. Quæ vero deinceps inquit, aperta sunt, neq; vllam questionem
habent: atq; iccirco à me prætereunda sunt. Qui tamen legunt, non cito transgredi hæc, sed im-
morari aliquantulum in ipsis debent. Ipse coegit ita eam tenere, ut sagittantes cum humerū inji-
ciunt, obscurum est & incertum, quod hic dicit, vnde nonnulli ita dixisse eum existimarunt, pro-
pterea quod cum manus & brachium totum extenditur, caput brachij in cavitatem ceruicis sca-
pulæ injicitur, atque ingreditur: in quam quando remissum erat brachium, non ingrediebatur,
adiacet enim ei tantummodo antea, eamq; attingit, id quod illis verbis Hippocrates ostendit cū **G**
inquit conuersatur autem brachium cum cauo scapulæ in latus, cum ad costas porrigitur. Alij sunt
qui ex translatione ita dictum fuisse arbitrentur à nauium iniectione atque incussione, quam fa-
ciunt, cum in prælijs signo dato infestis prorsus irruentes aduersas deprimere ac demergere co-
nantur. cum enim ita vehementi impetu in aduersas feruntur, ac præcipue à latere, ut totas eas
impressionem facta dissoluant, ac demergant: tunc præparatas esse ad iniectionem atq; impac-
tionem dicunt. ἐμβολῆν appellant. apud comicos item corporis partes prætentæ quasi ad iniectionem
& impressionem paratæ dicuntur. Quemadmodum Aristophanes quoq; ostendit, cum inquit,
Fertur quasi ipse ad imprimendum cernuus. Cætera quæ sequuntur, si quis animum aduertat, cla-
ra sunt ac patent, vsq; ad id quod subiungit.

*Ei enim qui sagittariam artem exercet hanc figuram alterius manus optimam esse consentaneum est, brachij enim **10**
cardinamentum in cubiti sede in tali figuratione innixum ossibus cubiti, et brachij directionem facit, perinde ac si
unum totum sit.*

Oratio ipsi est ad eos qui extentam ita totam manum deligant, ut à sagittantibus sinistra teneri cō- **H**
suevit, inquit, n. merito in ea operatione opus esse, ut tota manus sinistra extendatur, dum retro à
dextra nervus retrahitur, à sinistra vero totus arcus in eodem loco detineri ita firmiter debeat, ut
in neutram partem quicquam declinet. nam si dum nervus à dextra vehementer retrahitur, retro quoq; to-
tus arcus simul feretur: sagittæ impetus remittetur: quippe quæ à durissimo ac maxime intento ner-
uo emitti oporteat, quantum, n. è summa intentione remittitur, tantum ei aculationis impetus ac vis
imminuat, necesse est. Hoc prius ita concessio causam subiungit Hippocrates, brachij, n. inquit car-
dinamentum in cubiti sede in tali figuratione innixum brachij os & cubiti in directum constituit, ac
totum brachium rectum firmiter seruat. Cardinamentum autem, hoc est γιγγλυμοφῆς, inferiorē
partem brachij appellat, quæ cū cubito dearticulat: propterea quod cardines cōcauas partes quasdam,
eminentes cum habeant: cauis prominentias eorum, quæ inferuntur admittunt, eminentibus ca-
uitates eorūdem ineunt. sic & inferior brachij extremitas cū in curuam rotundationem desinat, quæ
vtrinque eminentias orbiculares habeat trochleis similis, hac trochleari rotundatione in sinibus cu-
biti inserta firmatur. cum vero in finibus sedes cauas habeat, alteram ante, alteram retro, vtriusque his cu-
biti aduncos processus, quos cornices vocant, excipit. cubitus, n. supremum suum caput quo brachio in-
nectitur, simile ἔ literæ græcæ habet, eoq; totam ferè brachij trochleari rotundationem complectitur.
Cum



Cum igitur ea figura constituta est totius brachij, ut os brachij cum cubito rectum angulum efficiat: trochlearis hæc pars media inter cubiti processum collocatur. cum vero cubitus quiescente brachio circum trochlearem orbem fertur, in anteriorem quidem partem gibbum inflectens, in posteriorem extendens: in extrema inflexione anterior cubiti cornix in brachij sinu qui ea parte est ingreditur: in extensione contra, posterior qui maior est, in posteriorem etiam ipsam maiorem brachij cavitationem in eundo inseritur. ac propterea fit ut plurimum & extendere & inflectere

re totum brachium possimus, quod nullo modo possemus, si nullam brachium cavitationem haberet. Cuiusmodi natura articulus qui in gibbo brachij est, præditus sit, cum totum brachium angularem figuram obtinet: ita aut Hippocrates eam appellat, qua brachium rectum angulum cum cubito efficit: trochlearis rotunditas media in medio sinu cubiti ζ literam imitante constituitur, in extensionibus aut totius brachij, cum retro feratur cubitus, cornix quæ ea parte est, motionem regit: & tunc sistit, ac cessat, ubi primum in inum brachij posteriorem sinum penetraverit. quod cum fit, evenit, ut & articulus explicetur, & brachij cardinamentum in cubiti sede innitatur. ita, n. vocat Hippocrates sedem & fundamentum. i. *βαβυιδ* & non solum hæc, verum etiam reliquos omnes sinus, in quos processus aliqui ossium ingredientibus insidunt.

- 11 Et retortio articuli retorta in hac figuracione est, consentaneum est igitur rigidissimum ac contentissimum esse locum hunc, qui non superetur, neq; cedat, dum à dextra manu nervus trahitur. atq; ita quæ plurimum nervum trahet, emittet autem ex firmissimo, & repentinissimo, ex huiusmodi enim sagittarum emissionibus celeres & uehementiæ & longinquitates efficiuntur, deligationi uero cum sagittaria arte commune nihil est.


Ex manus & brachij figuracionibus ea, quæ ex extensione eius existit, contraria est inflexæ figuracioni. figura item supinæ, pronæ figuræ aduersatur. atque hæ extremæ sunt, ac velut excedentes figuræ quatuor. duæ autem aliæ mediæ existunt: vna inter extremam extensionem, & inflexionem, quam ut dixi, Hippocrates angularem vocat: altera inter supinam & pronam media est, in qua cubitum radio supponi inquit: quam iustam & rectam appellat non secus atq; angularem, in qua cubitus cum brachio rectum angulum efficit. si autem hæc recta est, consentaneum est, ut quæ extenso brachio fit, non recta appelletur. quod si non recta est, reflexa proculdubio in externam partem erit, quemadmodum si os cubiti in posteriorem partem ita retorqueatur, ut angulum cum brachio efficiat: id quod in nonnullis fieri conspectum est: quos necesse est posteriorem brachij cavitationem admodum profundam habere, in quam posterior cubiti processus infigatur, nam si profundissimus is sinus cunctis esset, omnes in posteriorem partem reflectere, ac retorquere brachium possemus. sicut econtrario non possemus id perfecte dirigere, si, ut in quibusdam evenit, sedes hæc posterior cavitationis naturalis modum non esset allequuta, sed deficeret.

- 12 Nam si ubi deligauit, manum ita tenere permittat, multos alios dolores uulnere ipso maiores adiunget. sin autem constrictere iubeat, neq; ossa, neq; nervi, neq; carnes in eodem situ permanebunt: sed superata deligatione alio transferentur. quam igitur utilitatem sagittaria afferet figuratio? quocirca qui sapientiam ita sibi uendicat, fortasse non erraret, si uulneratum ipsum exhibere sibi manum sineret.

Qui manum & brachium extensum ac porrectum deligauit, siue id in eadem figura postea seruet, siue inflecti iubeat, utroque modo ægrotum lædit. doloris quidem perpetuitate, si ita seruetur: si immutetur, eo quod corrumpitur deligatio. Cum enim ob id fiat deligatio, ut conformatio & coaptatio ossium circumiectis linteis leniter constricta conseruetur: mutata post deligationem figuracione, contrarium eveniret, ut videlicet deligatio non amplius fracturam contineret: sed immutaretur, & transferretur, vna cum transmutatissimis nervis & musculis: quos carnes hic appellat, substantiam eorum nobis ostendens. Carnes, n. hæ sensu præditæ ex eo, quod inter alias, quæ absolute carnes dicuntur, præualeant, ita appellatæ, musculi sunt: qui ex nervis & copulis discissas fibras in se habent, quippe cum musculus profusus à natura ex his fibris procreetur, cum circum ipsas ea quæ absolute caro dicitur, concreta est ac compacta. hæc siquidem propria musculi substantia est, nam venas & arterias ea causa in se admittit, sicut ceteræ aliæ partes, ut alatur & uiuat, proprium vero eius corpus fibræ sunt, quæ circumcirca agnatam carnem habent. quæ quidem caro cum plurima in medijs musculorum partibus agnascat, subinde decrescens, iuxta initia & fines paucissima est, ac propterea fit, ut his in partibus nervosiores, in medio carnosiores musculi reperiantur.

- 13 Alius uero quidam medicus supinam manum accipiens ita extendere præcipiebat, atque ita sese habentem deligabat: eam figuram naturalem esse existimans, tum ex cute indicio sumpto, tum ex eo quod ossa naturali in situ esse sic arbi trahatur:

trabatur: propterea quod os quod prominet iuxta articulum manus, quia parvus digitus est, directum esse cum osse eo videatur, ex quo cubitum homines metiuntur, atque haec quidem ille testimonia adducebat, quod figuratio ea naturaliter sese haberet: ac recte dicere videbatur. Sed si supina manus extendatur, uehementer laborabit, quantum autem dolorem afferat figuratio haec, unusquisque cognoscat, si suam manum ita extendat, nam et infirmior uir robustiorem ita manus comprehensum, quia articulus gibbi supinus reflectitur, quocumque uellet, posset deducere. Quippe cum neque si ea manu ensam quispiam habeat, sciat quomodo sibi eo utendum sit, adeo uolenta haec figura est, tum si ubi deligari, in hac figura manum relinquat, maiorem dolorem si deambulet, magnum nihilominus si iaceat, sentiet. si autem inflectere manum iubeat, contrahi musculos, et ossa aliam figurationem habere quam prius necesse est. Adde quod haec quoque in hac figura praeter aliud nocumentum ignorauit, os quod iuxta articulum manus extat, quia paruus digitus est, os cubiti esse: quod autem est in confectione a quo cubitum homines metiuntur, id brachii caput esse.



Si quis supinam manum figuret, interius caput brachii, quod etiam condylum uocat, ac tuberculum, supremum esse cubiti finem putabit: propterea quod directum quodammodo ad infernum eius terminum uideatur, qui iuxta manus articulum, quia paruus est digitus, prominet. non omnes tamen a condylo brachii cubitum metiuntur: sed sunt qui conuenienter a gibbo cubiti, qui ἀγκών & ὠλέκρον etiam dicitur, cubiti mensuram incipiunt. Hippocrates autem cum dicat, a quo homines cubitum metiuntur, significare uidetur vel omnes, vel plerisque hinc mensuræ illius initium sumere, at hoc quomodocumque sit, inquirere superuacuum est. Illud dignum commemoratione uidetur, inferiorem finem cubiti, qui iuxta manus articulum est, recta dirigi ad superiorem finem si naturali habitu manum figurauerimus: ita uidelicet ut uolam eius in inferiorem partem, conuexum in exteriorem uertamus, qua in figuratione etiam fit, ut paruus digitus infra subiiciatur, pollex in superiore parte sit.

Hic autem idem esse os hoc atque illud opinabatur, ac multi quoque alij.

Non ita dicit idem esse os hoc atque illud, sicut aliquem eundem sibi ipsi esse dicere consueuimus: ut Telamonium Aiacem eundem cum Aeacide, sed quia utrunque eiusdem ossis terminum, id est cubiti esse existimabat.

Sed cum illo osse idem est ἀγκών qui uocatur, i. cubiti gibbus: in quem innitimur.

Sicut modo dixi idem intelligi debere, ita hic quoque sumendum est, ut eiusdem ossis partes et quæ ad articulum manus est, et quæ in gibbi cubiti articulo eminent, dicere hic idem esse intelligamus.

Si quis igitur ita supinam manum habeat, tum os distortum apparet, tum nervi a manus articulo tendentes ex interiore parte, et a digitis distorti etiam ipsi efficiuntur, quippe cum nervi hi ad os brachii tendant, unde cubitus mensuratur. Hi tales ac tanti errores, atque ignorationes naturæ manus existunt. At si ut ego iubeo manum fractam intendat quispiam, is in directum os quod est ad paruum digitum ad cubiti gibbum tendens conuertet: rectitudinemque ita habebunt nervi ab articulo manus ad extremas brachii partes pertinentes, manus item cum appendetur, in eadem figuratione permanebit, in qua erat, cum deligaretur: et tam ambulanti, quam iacenti nullum dolorem, nullamque defatigationem afferet.



DISTORTIO NERVOJ. ET MUSCULOR. ET OSSIS CVBITI IN RESUPINATIONE MANVS.

Quando ossis alicuius nervi, aut musculi initium ex interiore parte membri est, finis uero, aut extra, aut infra, distortum proculdubio membrum illud est. unde omnia haec, cum manus supina figuratur, recte hic distorti dixit. uide enim, nervi qui in inferiorem partem a manu de meant, in cubitum ineunt circa interius brachii caput, quod si manum supinam efficiamus, eueniet, ut nervorum initium qui circa cubitum sunt, in interioribus partibus, finis uero in superioribus conspiciatur, eadem et musculorum, et ipsius cubiti ossis ratio est: quippe cum omnium horum initia ex interioribus partibus sint, qua brachii condylus eminent. ad dolorem uero afferendum, atque ob id inflammationem excitandam satis esse uel musculi soli possunt, si distorti queantur. At si, quemadmodum iubet Hippocrates, manum et brachium figurari quispiam, musculi qui in interiori parte cubiti exortum habent, toti in interiori parte quoque erunt collocati.

A cati: qui in exteriori incipiunt, ibidem permanebunt: qui item in superiore oriuntur, in eadem per totū mēbrū seruabunt. nā in inferiore cubiti parte ne vllus quidem reperit musculus. Si autē oēm cubiti musculorū situm cognoscere appetis, ex primo dissectoriarū tractationū libro discere id poteris, scriptos ēt eosdē reperies in musculorū dissectione, quo in libro compēdiolius q̄ in dissectorijs tractationibus omnium qui in corpore sunt, musculorum natura explicatur.

17 Deflecti uero hominem oportet ita, ut ossis pars eminens ad clarissimum ex presentibus luminibus constituatur: ne tractantem in extensione lateat, an satis directum fuerit, nam periti ne manum quidem admotam atque attrēctantem latere eminens os poterit.

Siue cubare siue considerare significet, cum inquit deflecti, hoc est καθίκανδον, alterum ipsorum insuper cum hoc est intelligendum, nam tum ad vires ægrotantis, tum ad fracturæ magnitudinē respicientes modo sedentem, modo iacentem hominem deligamus, vtro autem modo id fiat, ad claritatem presentium luminum conuertenda pars affecta est, vt clare inspicere queat.

DE CUBITO.

18 **B** Ex ossibus autem cubiti, in quibus utraq; fracta non sunt, cum superius os uulneratum est, faciliorem curationem admittit, licet crassius sit: tum quia sanum loco fundamenti substratum habet, tum quia facilius occultari potest, nisi iuxta manus articulum id contigerit: quippe cum in superiori parte crassior caro superiecta sit: os autem inferius carne omnino careat, neq; facile occultationem admittat, extensione q̄ uehementiore indigeat.

Duo esse cubiti ossa significauit, cum dixit /In quibus utraq; fracta non sunt/. quippe cum /vtraque/ verbum neq; de vno, neq; de tribus, neq; de pluribus, sed de duobus tantūmodo dici soleat, Ex his itaq; duobus ossibus id quod subiacet, proprie cubitus nominatur, quod longius quoq; est: quod superius est, radius nuncupatur. Aperta autem non hæc tantūmodo oratio est, verū etiā reliquæ omnes vt plurimum hoc in libro, nihilq; mihi videtur diluciditate indigere, nisi ea quæ explano. Quocirca si præter hæc aliquid tibi obscurum esse videatur, inspicere nūquid exemplar erratum habeas, nam si castigatum sit, licet vbi semel legeris, quippiam non intelligas, prorsus tamen id percipies, si iterum atq; iterum repetueris.

19 **C** Si uero hoc confractum non sit, sed alterum: uilius extensio sufficit, at si utraq; sint fracta uehementiore extensione opus est, in puero quidem uidi extensa magis, q̄ oportebat, pleriq; tamen minus q̄ oporteat, distenduntur.

Simpliciore, & sine magno negotio factam extensionem uiliorem appellat, non enim tantum quod prauum est, φαύλον apud veteres significat, sed etiam vile, simplex, ac vulgare.

20 Posteaquam extenderis, uolas admonendo dirigere oportet.

Uolas ad mouendo, id est θέναι, θέναι autem proprie vocant prominentes volæ partes à verbo θένειν, quod est verberare, vt nonnulli volunt, qui etymologijs delectantur. quippe cum his prominentibus partibus percutere soleamus ea, quæ percutimus. Alij non omnes partes prominentes palmæ ita appellari aiunt, sed solas eas, quæ sub pollicibus extant.

21 Deinde ubi cerato illeueris, non admodum quidem multo, ne deligamenta circumfluent, ita deligare.

D Duo deligationis vsus sunt, vnus vt partes extenti ossis à nobis inter se bene compositas firmiter contineat: alter vt lintea succo aliquo tincta, aut medicamentum impositum, quod inflammationem sedare, ac vetare maxime iudicauerimus, supra affectas partes cōseruet. Quippe cum nonnulli emplastris vtantur, quæ cum linteis exceperint, atque imposuerint, extrinsecus postea deligant: alij succum aliquem idoneum ad hoc adhibeant, vt vinum, aliàs solum, aliàs cum oleo: sæpe item aliquod ex liquidis medicamentis: cuiusmodi est ceratum hoc: quod quidem duplici modo confici solet, vno, cum cera in rosaceo, aut oleo colliquatur: altero, cum picis etiam aridæ aliquantulum assumit: quod picatum ceratum appellant. Liquida autē medicamēta conspissationē quandā habent, & crassitudinē: cuiusmodi hoc ceratū liquidū est, quod si oleo confectū fuerit, ex emplastris est, quæ inflammationē arcet, de quibus in libris de vi simplicium medicamentorum non nihil: in curatrice vero arte, & in traditione de cōpositione medicamentorum latius dictū à nobis est. Hippocrates autē liquido cerato vsus est, quippe cū inflammationi arcendæ longe aptius id sit, q̄ durum: siue quomodocunq; quispiam appellare velit, quo q̄ copioso vti debeamus nobis quidē declarauit, cum inquit /non admodū multo, ne circumfluent deligamēta/. oppositū: vero terminū vtpote nobis satis notum, non expressit, nam neq; ita paucum ceratū cōuenit adhibere, vt lintea fasciarum prius exiccantur, q̄ tertio post die resoluantur. At enim illud dignum consideratione est, cur cerato nunc vti iubeat, cum, vbi os extra cutem eminet, vino nigro austero vti consueuerit? Mihi sanè videt̄ vinū huiusmodi vitijs quali efficacius remediū existimare: ac, ppter ea ipsum in alijs fracturis prætermittere, in quibus nihil ex confractis ossibus denudatū est, quia multā diligentia eius vsus requirat, nam nisi assidue madeficiamus, maximum dānum ex linteorum deligamēta

catione timendum est, assidue vero irrigare, & precipue noctu plerique ex ijs, qui ægrotantibus inferuiunt, nolunt, vnde, quia ad extremas ægrotationes extrema quoque curatioes exquisitè adhibita optimæ sunt: propterea in quibus os extra prominet, vino vtendum cæset. Vbi vino vti, plura etiam nos de potestate eius dicemus. Nunc dicere hoc tantum sufficit, quoniam reliquæ fracturæ etiam sine vino possunt curari, modo cerato hoc vsi fuerimus: vinum adhibeamus in his, atque ita ob ministrorum negligentiam in errorem aliquem magnum incidamus, necesse non est. Vbi vero magnum impendet periculum, tunc ministri & ipsi sponte labores subire volunt, & nobis adhortantibus obediunt, quin etiam huiusmodi ægrotos ob periculi magnitudinem inuisere frequentius solemus, & interdum apud ipsos pernoctamus, si ministros rite omnia, quæ iusserimus, non esse acturos, diffidimus.

Vt summam manum cubiti gibbo inferius non habeat, sed paulo etiam superius, ne in summitatē sanguis defluat, sed intercludatur. 22

Ita figurandum esse cubitum, vt & radio subiiciatur, & cum brachij osse rectum angulum efficiat, superius dictum iam est. quia vero id fieri potest, siue superiorem manum teneat quispiam, quam cubiti gibbum, siue inferiorem: merito de hoc quoque definit, altioremque cubiti gibbum teneri summam manum iubet, decliues enim figurationes scimus esse in causa, vt fluctiones ad membrorum extremitates deferantur. Quocirca quemadmodum qui aut toto die deambulant, aut calidiora quodam modo habent crura, in primis curant, vt ea sublimiora reliquo corpore per noctem habeant: sic in manu cauendam decliuem figuram monet Hippocrates: accliuem seruandam. Iussissetque longe altiorem etiam haberi cubiti gibbo, nisi ea quoque figuratio, cum quis in ea immoratur, cum toti membro, tum anterioribus brachij musculis dolorem afferret. Doloris esse effectricem hanc figurationem experimentum te docebit, causam vero doloris, musculorum natura qui cubiti articulum mouent, patefacient, sunt enim hi in anteriore, & ex interiore etiam brachij parte collocati. quos cum cubitum inflectimus, ad proprium caput attrahere, atque intendere sursum solemus, atque vna cum ipsis cubitum totum quoque, in quem suis inferioribus partibus innexi sunt, attrahimus, sursumque intendimus. Ne in summitatem sanguis defluat, sed intercludatur hoc ad primum orationis huius membrum referri statim debuerat: sed alterum interiectum in utroque medium obscuriorem paulo reddidit oratione: vt hoc modo esset: Vt summam manum cubiti gibbo inferius non habeat, ne in summitatē sanguis defluat: sed paulo est superius, vt intercludatur.

Deinde linteo deligare initio supra fracturam iniecto.

Initium iniici supra fracturam vel non iniici, duobus modis intelligi potest: cum interdum longitudinem, interdum latitudinem spectamus. Termini quidem fasciæ per longitudinem iniiciendæ, sunt, cum prima fasciæ inuolutio in orbem ducta fracturam contegit. si vero vel adeo superius, vel adeo inferius obuoluas, vt fractam partem omnino non attingat fasciæ, initium id supra fracturam non esse vere dixeris: atque ita supra fracturam iniici, vel non iniici linteorum initium intellige. Per latitudinem vero initium iniicitur, cum primam deligationem neque interius quam sit fractura, neque exterius facimus. Hic autem Hippocrates ad membri longitudinem spectans initium iniiciendum supra fracturam dixit, id est neque superius neque inferius quam fractura sit: id quod ex eo, quod subiungit, declarat, cum inquit/posteaquam vero circumieceris eodem in loco bis aut ter, in superiorem partem deuoluas deligando. In libro autem de ijs, quæ in medicatrina fiunt, ubi ait, initium iniicere non supra vlcus, sed hinc vel inde oportere: id ad membri latitudinem spectans dixit. sicut etiam verba hæc ἐνθεν ἢ ἐνθεν, id est hinc vel inde videntur significare: quibus videlicet Græci ad latitudinem exprimentam vti consueuerunt. In multis tamen exemplaribus ita illud legitur: Initia non ad vlcus, sed hinc vel inde nodum iniicere oportet.

Innitendo quidem, non tamen admodum comprimendo.

Mediocritatem ac modum iniiciendarum fasciarum hic docet. oportet enim, vt in eis inuoluentis adeo innitamur, vt inter se adiunctas ossium partes conseruare immobiles queant: non tamē ita vehementer comprimantur, vt dolorem creent, quippe cum omnis dolor si inueteret, & precipue ex collisione & compressione, causa sit inflammationis. Atque hi quidem compressionis fasciarum limites sunt, quos accurate assequi à principio non possumus: ubi vero sæpe deligauerimus, possumus. nam si quantum circumiiciendo fasciam intenderis, diligenter animaduertas, deinde requiras ab eo qui deligatur, qualem fasciæ circumuolutionem sentiat: ubi iterum circumiicies, vel relaxare intentionem, vel augere tibi licebit. si enim se comprimi ille dicat, relaxandum: sin laxum ita esse vinculum, vt neque an circumiectum sit, sentiat, intendendum esse perspicuum est. Quin etiam ante quam in eo qui fracturam habet, deligationem aspicias: puerum sanum sapius deligando, ac simili modo sciscitando exercere te poteris: vt promptior postea sic esse ad deligandas fracturas queas. Illud quoque aduertendum tibi est, corpora quæ valida sunt ac dura, vehementiorem: quæ imbecilla ac mollia sunt, remissiorem compressionem requirere.

Postea

A Postea quæ uero circumieceris eodē in loco bis aut ter, in superiorem partem deligando deuoluas, ut defluxiones san-
25 guinis intercludantur: atque ibi finias.

Ipse causam dixit, cur in superiorem partem linteorum distributionem faciendam censeat. vult enim defluxiones sanguinis à superioribus partibus membri ita prohiberi. antedicta uero deligatione, non solum arcetur, quod influit, uerum etiam quod in partibus circa fracturam continetur, eliditur. defluxus autem unam tantum uiam habet à superiori parte deorsum: expressio utraque, tam deorsum à superiori parte, quam ab inferiori sursum. quippe cum & in inferiorem partem membri, & in superiorem elidi atque exprimi aliquid ualeat. Vnde consulit, ut utraque has perfectamur, duabus uti fasciationibus iubens, quæ utraque à parte affecta utrinque per longitudinem initium habeant: superius una, altera inferius distributa. melius enim est ut à læso loco in superiores partes, & totum corpus elidatur sanguis. eo quod extremitas minor est, quæ ut sine damno suscipere copiosum humorem possit. nam si post primam fasciam, quæ ex parte affecta sanguinem ad manum exprimat, secunda etiam uolentius constrinxerit: & circa articulum manus, & circa digitos inflammatio exoritur. Propterea igitur in superiorem partem primum omne id, si fieri potest, quod molestiam affert, exprimendum est: si uero parum aliquid relinquatur, in inferiorem partem secunda deligatione elidi debet. certius tamen mentem eius totam intelliges, si doctrinam de deligatione fueris assequutus.

26 Oportet autem ut prima lintea longa minime sint.

Conuenienter hoc dicit. cum enim prima lintea à fractura incipiant, & sursum referantur, atque ibi desinant: necesse est, ut minor eorum fiat longitudo, quæ secundorum quæ reliqua sunt comprehensura: quæ iubet deorsum primum à fractura deducentes, sursum iterum ad eundem locum conuolueri, ubi finem fasciæ primæ feceramus.

27 At secundorum ad fracturam initium iniiciendum est.

Merito: hinc enim uult ut amplior sanguinis copia elidatur.

28 Circumdandumque semel ibidem.

Semel iubet ut secundi lintei initium circumiciamus, non bis aut ter, ut prioris. uult enim ut sursum magis, quæ deorsum quod continetur in partibus circa fracturam, ob antedictam causam exprimat.

29 In inferiorem deinde partem distribuendum, minusque comprimendum, maiore uero distantia traiciendum.

Minus stringendum membrum secunda fasciâ inquit, ob eas quas dixit causas. neque tamen frequentes linteorum conuolutiones faciendas monet, cum prior fasciâ satis frequentiam usum expleat.

30 Ut tibi sufficere linteam possit ad recurendum eò, ubi alterum deserit.

Hippocrates quidem ante plagularum iniectionem duobus fasciis utitur, nonnulli alij tribus: una sursum à fractura deuoluta, ut iubet etiam Hippocrates: altera à fractura deorsum: tertia ab inferiori parte sursum, quam supra utraque priores conuoluunt. atque ex his quidem tribus secunda breuior utrisque reliquis est: reliquæ duæ inter se æquales. propterea quod prima fracturæ ipsi circumiecta bis, aut ter, circa membrum frequentioribus conuolutionibus circumdari solet. secunda uero præterquam quod semel fracturæ circumuoluitur, rarius quoque membrum obducit. at tertia licet utrisque circumdetur: quia tamen rariorem habet distributionem, longior prima non euadit. Veruntamen duas has fasciâs ab Hippocrate commemoratas tres illas in se continere, et si ego nihil dicam, satis liquet. quippe cum secunda duos usus expleat, quos illi duabus fasciis separatim ascribentes, alteram à fractura in inferiorem partem, alteram ab inferiori parte sursum ad primæ fasciæ finem deuoluebant.

31 Atque hic quidem lintea in sinistram, aut dextram deligentur, aut in utram partem ad fracturæ figurationem conferat, et in utram declinare conducat.

In ossium fracturis inclinatio distortionis interdum in sinistram partem membri, aliquando in dextram tendit. unde oportet ut duabus primis fasciis contrariam deligationem faciamus: ut ex ea parte in quam propendet atque inclinatur membrum, initio factio, in contrarium prouoluamus. ita enim fiet, ut fractum os in æquilibrio constituatur. Hoc igitur est, quod inquit nunc Hippocrates, dum iubet, ut deligationis distributionem ad fracturæ figurationem accommodemus: id est in contrariam quæ distorta ossa fuerint, propellamus.

32 Post hæc uero plagulæ cerati modico illitæ superextendendæ sunt. mitius enim sic, ac stabilius est.

Plagulæ, quæ & splenia uocant, duarum primarum fasciarum, quas peculiari nomine ὑποδερμίδας, id est subligamina appellat, firmamenta sunt. contrario autem modo supericiuntur. nam cum illæ transversæ circum membrum conuoluantur, plagulæ in longitudinem superextenduntur,

tenduntur, ita vt totam primam duorum linteorum deligationem comprehendant, quas modico cerato illinendas inquit, propterea q̄ sicut si nimia copia affluant, infirmæ, atq; instabiles efficiuntur: sic ne adhærere quidem prorsus subligaminibus queunt, si nimis paucis cerato inunctæ fuerint, est enim quidam quasi nexus cum fasciis ceratum, in cæteris quoq; omnibus, quæ glutino coniunguntur, mediocritas optima censetur. At ex plagulis, si sicca imponantur, collisio etiã efficitur, cui mitius oppositum est, quemadmodum stabilitati aduersatur, quæ ex cerati multitudine existit, vnde merito subiunxit/mitius enim sic, ac stabilitus est/ eo q̄ si nihil prorsus cerato illinantur plagulae, mollitiem omnem, ac lenitatem: si nimis q̄ opus sit, stabilitatẽ amittant: quippe cum cerati copia lubrica efficiantur.

Deinde ita deligandum alternatim, modo in sinistram, modo in dextram, ac plerunq; ab inferiori parte incipiendo ad superiorem, aliquando à superiori ad inferiorem deducendum est. 33

Subligamina non alternatim inter se, sed in contrarium conuoluta sunt: cum vtraq; à distortione præter naturam membrum reducant: Fasciæ vero quæ post plagulas circumiiciuntur, cum eum scopum habeant, vt totum membrum deligent, vniuersamq; deligationem sic, vt acceperunt, conferuent: ex aduerso inter se distributionem faciunt, altera in dexteram, altera in sinistram partem conuoluta, simili modo quoq; deorsum altera, altera sursum, ita siquidem ex aduerso inter se complicata, talem deligationem conseruare maxime possunt, qualem accepere. Atq; illæ quidẽ, quæ in dextram & sinistram obuoluuntur, in omnibus prorsus æquales esse debent, quæ sursum ac deorsum feruntur, licet non longe se mutuo excedant: inter eas tamen illa, quæ ab inferiori parte sursum ducitur, copiosior sit, tutius enim id est, ob paulo ante allatam causam, quando in principium membri à fractura elidendum sanguinem monebat.

Subsiccaneis autem mederi oportet plagulis circumuoluendo: multitudine quidem fasciationum non uniuersæ, sed particulatim corrigendo. 34

Membrorum longorum, quæ κῶλα dicuntur, fines angustiores habent latitudinem, quæ ἀπόξιννα, id est desiccanea, seu ὑπόξιννα, i. subsiccanea ea de causa appellat: quæ etiã ἀπόξιν, hoc est in acutum abeuntia vocare consuevit. Has partes iubet per trãuersum circumuolutis plagulis explere, vnã cum fasciarum iniectionibus pluribus, quæ non vniuersæ tamen congerantur: inæqualis enim ita euaderet deligatio: sed particulatim & paulatim deficientem locum compleant.

At circa articulum manus laxè insuper fasciandum est, aliter, atq; aliter. 35

Omnes quidem partes, quæ affectis locis vicinæ sunt, simul inflammari consueuerunt: sed magis tamen extremæ membrorum partes: propterea quod parua & carne carentes prorsus cum sint, defluentem à locis fracturæ materiam ægre suscipiunt. Vult igitur vt eas cerati impositione leniamus: quod quidem neq; solum sine vlllo tegumento iniici super eas debet, neq; est opus, vt vllæ aliæ fasciæ adhibeantur, cum ibi & initium instabile & finem habituræ sint, & cito defluxuræ videantur. Quocirca ijs iisdem quibus fractura deligatur fasciis ad hoc simul vti consueuerunt: quas laxas merito circuducendas censet, ne molestiam aliquam afferant. nam cum ibi fractura detentione vlla non indigeat, ad solam inflammationem prohibendam adhibentur.

Multitudo linteorum prima, satis idonea duæ portiones sunt. 36

In prima omnium deligatione multitudinem linteorum pauciores esse vult: q̄ ea qua procedente tempore opus nobis erit, docuit, n. te quanto pluribus linteis vtendũ sit paulo post. Cum aut̄ multitudo linteorum tũ numero, tũ longitudine fasciarum, & plagularum augeatur: quæres fortasse maiores ne an plures fascias tibi faciendas censeat: quantum item vnumquodq; esse conueniat. Sed enim longitudinem & latitudinem in libro de ijs, quæ in medicatrina fiunt, ipse præfinit, cum inquit, Triũ aut quatuor cubitorum longitudo, digitorum latitudo. Numerum vero neq; nunc dicere prætermisit, duo enim subligamina in tota deligatione vult esse faciendã, plagulas vero triplices aut quadruplices esse debere eodem in libro docuit, quarũ numerum tantum esse par est, quantus ad complectendum membrum sufficiat. Fasciæ autem quæ extrinsecus supra plagulas iniiciuntur, duæ etiã ipsæ vt plurimum sint, necesse est: altera quæ ab inferiore parte sursum: altera quæ à superiori deorsum conuoluatur, fieri tamen potest, vt tres, aut quatuor quãdoq; adhibeantur, nos sanè duabus semper vti consueuimus. Si ad hos igitur scopos vnusquisq; respiciat, illud proculdubio studebit, vt inter initia quidem duabus linteorum portionibus vti: quo vero tempore inflammatiõe affecta pars caruerit, tres etiã adhibeat. In libro itaq; vt dixi, de ijs, quæ in medicatrina fiunt, fasciarum longitudinem præscripsit, eas trium aut quatuor cubitorum esse debere affirmans: vt cubitos videlicet intelligamus eius ipsius qui deligatur. Ridelicet enim esset, si vel puerulus, verbi gratia, duos, aut tres annos natus tam longis linteis deligaretur, quæ tres aut quatuor viriles cubitos explerent: vel vir adultus adeo breuibis: vt trium aut quatuor cubitorum infantis mensuram non excederent. In hoc tamen libro neq; longitudinem fasciarum,

A sciarum, neque latitudinem præfinit, nobis eas facile coniectandas relinquens. Perspicuum siquidem est, si ad fracturæ magnitudinem fascias accommodemus, longitudinem earum facile nos esse inuenturos: quippe cum semper deligatio, ut ipse iubet, multam quoque sani loci partem occupare insuper debeat, non semper eadem sumenda longitudo est, sed pro fracturæ, ut dictum est, magnitudine varianda. Nā si bis aut ter fracturæ ipsi primum fascia est circūuoluen- da, deinde frequentibus circūiectionibus utēdo, multam sani membri partem occupandum: tū proculdubio esse primum linteum necesse est, ut tot circūuolutionibus esse satis possit. simili modo quoque reliquarum fasciarum longitudo ea esse debet, quæ deligationibus, quas scribit, queat sufficere. Latitudinem autem, si ad ea quæ dixit, spectes, facile inueneris. affultas quidem esse in- quit, non autem compressas. affultas autem esse, id est *ἠγχιώδην* firmatas, atque applicatas esse signi- ficat, id quod fiet, si non valde latum linteum præparatum fuerit. quod enim nimis latum est, in conuolutionibus corrugatur. Nam alioqui quo latior fascia est, ut ampliorem locum occupare possit, eò firmitus ac stabilius partes ossium fractas continet. & quantum ad hoc spectat, quo latissi- mum, eo optimū linteum esse videretur. Quia tamen quæ leuiores sunt, ubi applicata fuerint, cō- trahi in rugas solent, ac propterea laxiora effecta subiectorum corporum firmam comprehensio- nem amittunt: ideo non admodum lata assumenda sunt. eousque igitur augere tibi latitudinem fasciæ licet, quoad nulla eius pars laxior efficiat. Hinc est, quod huiusmodi oīa ab experto & perito homine melius aguntur: quippe quorum scopi sint cōiecturales, nullusque eiusmodi, qui vel scri- bendo tradit, vel legendo percipi facile queat. Cur autem pluribus linteis postea uti iubeat, tunc audies, cum ad ea verba, in quibus hoc scribit, explicanda deuenierimus.

37 Signa autem bene curati hæc sunt, atque is bene deligati terminus est: si ab eo requisieris an compressus sit, ipse aut compressum quidem se esse dicat: sed leniter tamen, & præsertim circa ipsam fracturam. hæc itaque dicere debet perpe- tuo fieri, is qui recte deligatur.

Quia cōiecturalibus scopis nō scias efficiētibus i linteorū uolutiōibus utimur, iō signis certis vult, ut quod in his vel recte exequuti fuerimus, vel prauè cōmiserimus, discernere valeamus: ut si valde à fasciis cōprimat eger, cito resoluentes melius deligemus: si laxior quæ debeat, deligatio sit, multum tempus non differamus. vehemens. n. compressio cum dolorem atque inflammationem faciat, interdum etiam emori membri extremam partem cogit. laxa autem circūiectio linteorū sicut quantum ad hæc periculo vacat, ita permittit ut membrum in fracturam distorqueat. Quo- circa adeo urget nimia compressio, ut eodem die religare nos omnino cogat: laxa vero vnum, & duos etiam quandoque expectare dies potest. Interrogare igitur diligenter eum qui deligatus est, debemus, qualem nam conuolutionem linteorū sentiat: ut ex eius responsione discernamus, quid in deligatione corrigendum sit. Ac præcipue conuenire inquit, ut circa fracturam magis di- cat se fuisse constrictum, quàm alijs in partibus: propterea quod compressus locus ille duabus de causis sensum maiorem efficiat: cum quia affectus est, tum quia nos magis astringere fasciam ea parte consueuimus, dum totum sanguinem in vtranque partem membri procul à fractura elidere stude- mus. ita enim fit, ut affecta pars inflammatione omni careat.

38 At signa mediocritatis sunt, si die quo deligatus est, et nocte, non minus, sed magis constrictus sibi esse videatur: po- stero paruula quædam intumescencia in summa manu mollis illa quidem exoriatur: mediocriter te compressisse si- gnum id est.

Quoniam præcipua deligationis vis in quantitate compressionis consistit, quæritas vero hæc varia esse consuevit, cum ex differentia mollitiæ, & duritiæ membrorum, tum vero maxime ex eo quod quædam corpora hebetiore, quædam vegetiore sensu prædita sunt: merito Hippocrates multis signis nititur certam ægroti curationem manifestare. Iccirco sola ex interrogatione indi- cia minime ipsi satis fuerunt, sed membrum ipsis insuper, & præcipue extremis eorum partibus at- tendendum nobis censet. Intumescenciam enim paruulam inquit exorituram esse in summa ma- nu mollem secundo die, si mediocriter constrinxerimus: quæ videlicet, si impositis digitis depri- mamus, cedat, nam si vel nullum huiusmodi tumorem, vel durum aliquem inueniamus, scire aper- te licet, minus quàm oportebat, si nihil prorsus extiterit: magis, si durus tumor apparuerit, à nobis fuisse cōstrictum. Perspicuum enim est, si deligatione humores ad extremam membri partē ex- primantur, atque hi multi sint, adeo repletum iri extremitatē, ut digitis etiam deprimentibus cessu- ra non sit. idque tibi nimiam cōpressionis signum erit: quemadmodum, si nihil intumuerit manus, nihil prorsus elisum fuisse à deligatiōe indicabitur. quippe cum magnitudini compressionis ex- pressorum humorū multitudo semper respondeat: pro ratione vero multitudinis tumor excre- scat. Quare merito, cum vehementius cōpressa est fractura, dura & magna intumescencia insur- git: cum leniter constrictum est, parua & cedens existit: sicut nulla prorsus apparet, cum nulla prorsus constrictio adhibita est. Constat igitur, si magnum & renitentem tumorem deprehen- derimus in extrema manu secundo post die, statim resoluentū esse, & multa aqua calida copioso oleo interfuso perfundendum, mediocriterque cōprimendo deligandū. At si secundo die nullus

Septima Classis.

GGGGGG

penitus

Gal. in lib. Hipp. de fracturis

penitus tumor extiterit, tertio die resolutam fasciam constrictius deligabimus. Si mediocris ac parvus tumor apparuerit, Hippocrates quidem etiam tunc tertio post die resoluendum censet: sed ego in quartum diem differens, & in quintum etiã quandoq; præsertim per hyemem, nihilo peius euasisse rem deprehendi.

Definente autem die si minus uideatur constrictus fuisse, tertio autem fasciæ laxæ esse appareat, & si horum antedictorum aliquid defecerit, scire oportet laxiorem deligationem esse q̄ conueniat: siquid superabundant, magis q̄ par sit, fuisse compressum. His indicijis monitus postea magis uel laxando, uel comprimendo deligabis.

Non profectò, ut nonnulli opinantur, ex distentione longioribus effectis linteis, mora temporis laxior deligatio apparet: sed quia membrum attenuatum, cum recte deligatur, gracilescere consuevit. atq; hoc semper in omnibus fracturis euidenter conspicitur: ut ipse etiam Hippocrates manifestabit.

Resoluere uero oportet tertio post die, ubi extenderis, ac direxeris. Et si prius mediocriter deligaris, tunc paulo magis q̄ antea tibi comprimendum est, iniiciendaq; initia supra fracturam, quemadmodum etiam prius, sunt. si hanc quidem prius deligaris, ex ea sanies in extremas partes huc & illuc exhauriuntur. si aliam partem prius compresseris, in eam ex compresso loco exanatio fit. Animaduersio sane ad multa utilis est. Ita igitur incipere semper deligationem, compressionemq; ex hoc loco opus est, reliqua pro rata quodq; portione, quanto longius à fractura abduxeris, tanto minus constringendum. Laxa nunquam prorsus, sed adhaerentia circumicienda, deinde pluribus linteis in unaquaq; deligatione utendum est. & si interrogetur, paulo magis compressum se esse dicat, q̄ prius, & præcipue circa fracturam. & cetera quantum uidelicet & ad tumorem, & dolorem, & ad recreationem spectat, pro ratione prioris deligationis fiant, ubi uero tertius dies iam aduenerit, laxiores ipsi fasciæ uideantur, deinde resoluere oportet, ac rursus paulo magis comprimere, atq; id omnibus linteis, quibus fuerat deligandus, cuncta postea ipsum inuadant, quæ in primis etiam deligationum circuitibus euenerant.

Si in primo die non cõpresserimus, quantum conuenit, propterea q̄ ob ictum dolore afficiebat æger, oibus recte succedentibus tertio die sedatũ iam aliquantulũ dolorẽ nacti, fasciarũ contentionem augebimus: neq; tunc tñ eatenus quantũ ipsa res postulat, id. n. si oia recte cesserint, quinto die fit, unde etiã linteis q̄ plurimis tunc, pfectissimaq; intentione uti nos iubet. Memoria tñ tenendum nobis illud est, hæc nobis tantummodo esse facienda, si oia conuenienti ordine rite successerint. nã si ob errorẽ aliquem, q̄ intercesserit, nondũ prorsus quinto die inflammatione careat brachiũ: neq; nos linteis oibus utemur. firmitas. n. deligationis fractorũ etiã ex multitudine linteorũ, sicut ipse inquit, fit, quã præcipue eo tpe adhibemus, quo locus circa fracturam satis contractus ac depressus apparet: os uero fractũ laxum iam atq; agile ad directionẽ cõspicitur, quod si quinto die nõ contigerit, alterũ resolutionis circuitũ expectabimus: q̄ uidelicet, in septimũ diẽ deueniet. Tertio. n. quoq; die resoluendũ, ac religandũ censet, quoad fractura in ferulas iniiciat: ea causa, ut calida aqua pfundamus ac foueamus: quo exinaniant humores qui in fracta parte cõtinentur, qui tenues & serosi cũ sint, distillatione ac pspiratione indigent. Adde q̄ perfusio hæc & ad mitigandum dolorẽ facit, & pruriginĩ medetur. Quocirca cũ æger neq; pruriginẽ, neq; dolorẽ amplius senserit, omniaq; antedicta signa recte peracta fuisse circa fracturam cuncta ostẽderint. Si etiã quarto post die soluas, præsertim p hyemẽ, nullum damnum afferes: atq; eò magis, si hoies rustici sint, lotionẽ uti plerũq; minime consueti. nã si per singulos dies lauari soleat, aut bis in die: differẽda longius perlutio nõ est: ac præcipue si etiã molli carne forte præditi fuerint.

Posteaq; uero ad tertium diem iam deuenit, qui septimus à prima deligatione fit: si recte fuerit deligatus, tumor in summa manu, neq; is ualde magnus extabit: deligata uero pars in omnibus deligationibus tenuior, ac gracilior reperietur. in septimo uero die etiam admodum tenuis: & ossa fracta ita affecta ut magis moueantur, agiliaq; in coaptationem sint. Si hæc huiusmodi fuerint, coaptare te oportet, atq; accõmodate ad ferulas circũponendas deligare, paulo magis comprimẽdo q̄ prius, nisi dolor aliquis maior à tumore qui in summa manu est, infestari. Vbi uero linteis deligaris, ferule tibi circũdandæ sunt, uinculisq; q̄ laxissimis cõprehendendæ: eatenus uidelicet, ut quiescant: neq; ferularum appositio ad compressionem brachij quicq; faciat. Post hæc & labor, & recreatio eadem, quæ in primis circuitibus deligationum, fiant. Vbi uero tertio die subsequente laxam esse deligationem dixerit, tunc deinde firmandæ ferule sunt, præcipue supra fracturam. & reliqua etiam pro ratione exhibeantur, si uidelicet & deligatio laxa magis fuerit, q̄ cõprimat. crassissimam. n. esse ferulam opus est, quia excidit fractura, non tamen multo. Danda aut opera est, ne uel è directo magni digiti ferula collocef, sed hac uel illac: uel è directo parui, quia os ad manus articulũ eminet, sed hac uel illac constituatur. At si ad fracturam conserat ut hac parte ferule aliquæ ponantur, breuiores hæc ceteris faciendæ sunt: ne ad ossa quæ ad manus articulum prominent, pertingant. inde enim ne exulceratio, neruorumq; denudatio contingat, periculum impendet. Tertio autem quoq; die ferulis admodum leniter confirmandum est, eo consilio ut ferule custodiendæ deligationis causa apponantur: non deligentur, ut comprimant. Si igitur probe noris in prioribus deligationibus satis ossa fuisse directã, neq; pruritus aliqui infestent, neq; ulla suspecta exulceratio sit: deligatum ita cum ferulis permittendũ est, quoad uiginti dies excesserit, triginta enim maxime diebus cunctis connumeratis ossa cubiti plerũq; corroborantur.

Sitalẽm

A Si talem fractam partem tertio die reddere possemus, qualis plerūq; septimo euadit: ferulas ei tunc necessario circūdaremus, sed qm̄, vt dixit ipse, in septimo die etiam admodum tenuis reperitur, quo verbo significat eam tenuiorem, q̄ in sana cōstitutione se habebat prius, euadere: propterea eo die diligentissime composito ac conformato membro, vtpote quod ossa iam laxa habeat, ferulas circūponi iubet. Ferularum autem vsus idem est, quem etiā plagularum superius diximus, vt fractum os contineatur. os. n. coalescere inter se, vt caro, ob naturalem siccitatem cum nequeat, callo circa oras fractionis concrecente, quasi vinculo quodā quo cohereat, indiget. cuius qdē calli ortus ex alimenti fracti ipsius ossis excremento existit. q̄ si non recte æger victu vtatur, vel plenitudinis habitu præditus sit, sæpe id profusum crasso sanguini per simile totas fascias inficit. quicquid igitur ex hoc excremento, dum efferuescit, in labris fracti ossis concrecit: id mora temporis ab ipso contingente osse immutatum simile ossi euadit, vocaturq; callus, seu tofus, græce τῶσος. Si itaq; ossis fracti capita atq; oræ ipsæ dimoueantur & quatiātur, compressio eius atq; adhæsiō impeditur. idq; obstat, quo minus occalescere locus ac ferruminari queat. quod. n. lignis quæ simul coniunguntur, est gluten: id con fractis ossibus callus est, vt merito quæ callo cōglutinandæ sunt fracturæ, quiete summa indigeant. quippe cum si callus concrecens agitetur, & moueatur, dissolui non secus ac gluten, quo ligna cōmittunt: aut lac quod coagulat, soleat. quietē autem hanc accuratissima cōpressio affert, quæ & fascijs, & ijs quæ ipsas extrinsecus continent, procuratur. ipsas autē & multitudo linteorum, & ferulæ continent. Quæ sequuntur omnia, si quis mentē aduertat, clara sunt. iubet enim si alicubi laxa fiat deligatio, tertio post die ferulis constrīgendum esse: non tñ deligationem totam resoluendam, nisi forte vel æger vehementi pruriginē afficiatur, vel vlcerationem aliquā suspicemus. Causa autem cur inter initia maior, postea vero minor pruritus sentiatur, affectæ partis exinanitio est. cum. n. ab excrementis vaporosis egrediētib; mediocriter mordentur, pruriunt. nam si vehementer mordeantur, cum dolore pruritus ipsis contingit. Quando igitur vacuum membrum iam est, vel nullum vel paucissimum omnino huiusmodi excrementum gignit.

42 Certum tamen nihil est, ualde. n. & natura à natura, & etas ab etate differt.

Cum nō absolute ætatem ab ætate differre dixerit, sed & coniunctionē addiderit: alias quoq; esse causas significat, ob quas non oēs cubiti fracturæ triginta diebus, sed serius aliæ, aliæ citius consolidantur. Est. n. & tempus anni, & regio, & natura corporis quod curatur, anni item cōstitutio, & victus ægroti, & deligationis modus, quæ omnia variationē afferunt. Citius. n. corroboretur os. i. firmiter occalescit, cum & materia ex qua callus fit, mediocriter & quātitate & qualitate affecta est, & vis coagulantis ipsam facultatis est valida. In diutinam autē moram incidunt fracturæ interdum ob materiæ defectum: quod. n. pauciore tempore ob copiam materiæ facultates efficiunt, id vt prestent, si desit materia, diuturniorem morā requirunt: interdum ob nimiam copiam: quippe cum callus qui concrecit, ab affluēte intrinsecus humore, si multus sit, & cōtinuus, dilui atq; obrui consueuerit. Ac crassitudo qdem materiæ idonea est, vt concrescat, in callumq; euadat: humiditas contrā tenuis atq; aquea ad callum pcreandum ineptior est. Nam facultatē, si valida sit, citius: si imbecilla, tardius opus suū peragere nemini dubium est. Ob hæc igitur contingit vt diuersis temporibus fracta ossa callum contrahāt. Hæc autē ipsa quæ nunc dixi, ob superius cōmemoratas causas imutari consueuerunt. amplior siquidem & paucior materia, crassior item & tenuior tum ex pristina tēperatura vniuscuiusq; tum ex aduentitia eo tēpore quo quisq; curatur, existit. Accedit etiā victus quo vtunt ægroti, & modus deligationis quo deligantur, ætas itē, & tempus anni, & regio: ex quibus. s. omnibus facultas & valida redditur & imbecilla.

43 Vbi uero solueris, aqua calida perfundere ac fouere oportet, & paulo minus comprimendo q̄ prius, paucioribus q; linteis religare. & deinde tertio post die resoluere item, ac minus cōprimendo, paucioribus linteis deligare.

D A principio & multitudinem linteorum & compressionem vsq; ad ferularum circūdationē auxit: quas ubi apposuit circa septimum diem, quali firmum quoddam calli generationi iacere fundamentum uellet, vsq; ad uigesimali sine solutione membrum reseruauit. Vbi uero concrecit iam callus, non amplius in quiete seruandam fracturā censet. quippe cum nutriri debeat callus, cum iam firma radice adoleuit. nutritio autem suppeditatione materiæ fit: quam sicut à loco affecto ad alias partes à principio auertebamus, ita nunc aquæ calidæ perfusione reuocanda est. Adde quod cum inter initia eam prorsus, ne ad partem affectam afflueret, & linteorum multitudine, & compressione arceremus: nunc impedimenta hæc tollūtur, dum paulatim & linteorum copia detrahitur, & compressio laxatur.

44 Si autem ubi ferulis deligaris, non recte reposita esse ossa suspiceris, uel aliud quid uulneratum hominem molestet in dimidia temporis parte aut paulo ante soluendum, ac religandum tibi esse scias.

Quæ superius dixit, ea si omnia rite ac conuenienter successerint fieri monuit. sed si interdum aut dolor aliquis oboritur, aut vlcerationis timor incidat, aut ne vel recte ossa fuerint cōposita,
Septima Classis. GGGGGGG ij vel

Gal. in lib. Hipp. de fracturis

vel motio aliqua in eis contigerit, suspicemur: tunc resoluendam nobis deligationem ante vigesimum diem inquit. Atque ita nos premonet, ne quis perpetuum esse quod prius præceperat, ratus, fracturas omnes usque ad vigesimum diem seruire penitus immotas velit. ad id. n. quod subinde urget, spectare medicus debet: neque tanquam legem inuiolabilem præcepta sibi esse seruanda existimare: præsertim si non conuenienter omnia euenerint. E

Victus ijs quibus neque ulcera à principio contigerunt, neque ossa extra eminent, subuulgaris sit: pauciore siquidem victu usque ad decem dies utendum ipsis est, utpote qui iam commorentur. 45

Veteres ferè omnes φῶλον pro quolibet vili ac simplici vsurpare consueuerunt, cui exquisitum & exactum opponit, quod ab Ionibus σκεθρον dicitur, sicut igitur exquisitum victum σκεθρον vocat, ita qui contrarius ei est, φῶλον. i. simplicem ac vulgarem appellat: & nunc eum qui inter vulgarem, & exquisitum medius est, ὑποφῶλον. i. subuulgarem nuncupauit. Exquisito igitur victu eos uti vult, qui à principio fracturam cum vlcere patiuntur, & præcipue si extra cutem fractum os prominat: simplici & vulgari, eos qui citra periculum constituti sunt: subuulgari & medio, eos qui fracturam absque vlcere, & ossis prominentia habent: in primis videlicet diebus. Primorum autem dierum terminum statuit decem, non quod vel tempestiuus vel serius immutare consentaneum non valeamus, sed quia plerumque ita faciendum esse contingit, propterea autem medium adhibendum victum censet, quia neque magnum est periculum, sicut cum denudatum etiam os fuerit: neque adeo in tuto res est, sicut cum quis vlcus simplex in carne absque ossis fractione vlla habet. Iis itaque qui medio modo inter periclitantes, & periculo vacantes affecti sunt, medium quoque victum statuit: præsertim cum etiam qui contra fractam manum habent, usque ad decimum diem prorsus quiescant, atque ociantur: quod ἐλινύειν. i. comorari Iones vocant. Qui autem ociantur & quiescunt, exquisitior victu uti, quam qui mouentur, consentaneum sit. post decimum. n. diem cum plerique manu iam appensa obambularet, merito usque ad eum diem medium victum adhibendum consulit, utpote qui iam comorentur. i. quiescant & ociantur. De tempore ut plurimum iam, id est ἡδ' ἡ/ particulam ponere consueuerunt. eandem etiam statuunt cum probationem quadam & confirmationem significare volunt: ut si dicamus, & alia, & iam hoc credendum est, seu faciendum. quem in modum hic Hippocrates videtur posuisse, ut talis oratio eius euadat, Victu mediocri usque ad decimum diem utendum est, cum ob alia, tum iam etiam quia æger eo tempore prorsus quiescit.

Obsonijsque mollibus, quæ descensui mediocritatem præstent. 46

Vel ptissana videlicet, vel beta, vel malua, vel attriplace, blito item & cucurbita: necnon piscibus qui molli carne sunt. G

A uino uero & carnis esu abstinendum est 47

Docuit ipse exquisiti victus formam, & subuulgaris quoque, quem nunc usque ad decimum diem exhibendum censet, qui cum uino & carne sit, vulgaris est: qui cremorem tantum ptissanæ, & aquam mulsam admittit, bonus atque exquisitus: medius uero inter hos utrosque est, quem modo dixit: obsonijs mollibus inquiring, quæ descensui mediocritatem præstent.

Deinde tamen ex additione reficiendi sunt, atque hæc quidem oratio quasi lex iusta de fracturarum curatione constituta est. 48

Refici atque instaurari eum qui fracturam habet, postea consulit. Ex additione autem dixit, id est ἐκ προσαγωγῆς, ut significet paulatim & sensim id esse faciendum. quod. n. copiose & repente vel replet, vel euacuet, vel aliud quippiam facit, vituperare consuevit. H

Quoque modo tractare debeamus, & quo modo à iusta tractatione euenire oporteat, siquid autem non ita euaserit, sciendum est aliquid uel minus quam decebat, uel plus in tractatione fuisse effectum. 49

Iustam tractationem vocat eam quæ omne id quod ægroto conuenit, attribuit, nihilque transgreditur, quod sibi faciendum sit. Tractationem uero, i. χεῖρην, uel ex manu operationem & chirurgiam appellat, uel omnem absolute rerum omnium administrationem. quippe cum Græci non solum ea quæ manibus comprehenduntur, uerum etiam omnia quæ aguntur, μεταχειρίζεσθαι. i. tractari atque administrari, dicant.

Præterea hæc insuper in hoc simplici modo aduertenda sunt: quæ non admodum curare medici uidentur, cum tamen omnem curam & meditationem, omnemque deligationem corrumpere, si non recte fiant possint. 50

Simplicem modum & fracturæ & luxationis eum vocat, cum neque vlcus contigit, neque os aut fuit denudatum, aut multas in partes contritum, quod fracturæ genus farinatim factum recitationes appellant. horum siquidem omnium simplex modus non est: sed ille tamen, cum fracturæ aut luxationi nihil aliud insuper accessit, se. n. uti hac appellatione in hoc significatum hoc eodem in libro declarat Hippocrates, cum non post admodum multa ita scribat: At quibuscumque simplici modo fracta

A fracta ossa sunt. In hoc igitur simplici modo fracturarum paruus quidem specie, si quis tamen diligenter omnia inspiciat, vi maximus error committitur. hoc. n. neglecto omnis prius habita diligentia corrumpitur. atq; hoc quo modo fiat, deinceps docebit. Aliter aut eadem lectio scribitur hoc pacto/cum tñ omnis cura & meditatio, omnisq; deligatio corrumpi, si non recte fiat, possit/ vt intelligamus diligentiam eum damnare, si male adhibeatur, quippe que cetera quoq; oia, quæ circa affectam partem bene fuerant administrata, corrumpere valeat.

45 Nam si uel ossa utraq; confracta sint, uel inferius tantummodo, & cui deligatio adhibita est, is mitella quadam manu habeat appensam, mitellaq; ipsa ea parte, qua est fractura, plurimum contineat, ita ut hinc & inde manus dependeat: in hoc alterum os in superiorem partem distortum deprehendatur necesse est.

Vult te in super diligenter inspicere qualis nã totius manus appensio futura sit, cū nō amplius iacet homo, sed iam deambulat, hoc est post decimū diem. ante. n. vt plurimū iacuit manu deposita ea figuratione, quam superius didicisti, qua extremam partem altiorem paulo detinebat. qñ vero iam deambulat, collo, sicuti fieri consuevit, manum appensam gestans, mitella ei circūiicienda est, ita lata, vt totum cubitum equaliter sustentet: ne si vlla sui parte pendulus extra eam relinquatur, ea parte os eius deorsum incuruetur, & distorqueatur. Prius. n. q̄ affectum fuisset os, cōtinuum totum atq; vnum erat. qñ vero confractioe continuitatem amisit, tunc fieri potest, vt altera eius pars supposita mitella firme ac sustentetur: altera, vtpote quæ non amplius continuata cum ea sit, in inferiorem partem declinans distorqueatur. potest item & eiusdem partis interdum alterum caput ob prauē subiectam mitellam, quæ ipsum solum sustentet, altum permanere: alterum vero deorsum propendens eā in partem distorqueri. Quatuor igitur modis prauē mitella cubito subijci consuevit, primum qñ fracta tantum pars ab ipsa suspenditur, ac gestatur, que vero ex vtraq; parte sunt, ppendent: Secundo cum extremæ cubiti partes & superior iuxta gibbum, & inferior ad manus articulum firmatę bene mitella sunt, media vero sine sustentaculo dependet: Tertio & quarto cū vel anteriora cubiti sola, vel posteriora sola mitella sustentat. Ex his quatuor modis duos tantūmodo cōmemorauit Hippocrates, qui qdem maxime etiam membrū distorquent, alteros duos omisit: quippe qui cum illis intelligi facile possint. Ex his vero duobus quos refert, alter in proposita hac oratione exponitur: in qua primū docet intelligere nos id debere, siue vtraq; cubiti ossa fracta fuerint, siue alterum tantum quod inferius est, qui proprie cubitus nuncupatur. quanq̄ hoc cōmune vtriusq; modis est, de quibus sermonem est factururus. sed illa sunt propria: prioris qdem de quo nunc agit, q̄ subiecta cubito mitella angustior cum sit, q̄ vt totum membrum queat sustentare, solam partem fractā suspendit: posterioris, q̄ è contrario mitella cum ex vtraq; parte attollat, solam partem fractam insuspensam relinquit. Distorqueri autē inquit priori modo cubitum sursum: secundo modo deorsum, sicut in sequenti oratione declarabit: priori vero modo distortionem in superiorem partem fieri ita ostēditur: Cum pars fracta à mitella sustentetur: reliquæ vtrinq; deorsum tendant, propterea q̄ nullam firmā sedem habeant, efficitur, vt quod à mitella gestatur, altiori loco callo cōferruminetur. qua autem figura membrū occalluerit, eandem reliquo omni tempore conseruat: adeo vt sæpe nos quæ ita fuerunt distorta, iterum ad principium cogamur reuocare: atq; extento denuo membro fracturam rursus eandem efficiamus. Nam, sicut prius iam diximus, non vnitur & coalescit vnquam os, sed à callo circū crescente colligatur & conferruminatur. vbi igitur id extēdendo diuellimus, rursus curamus, vt in conueniente figuratione calli conglutinatio efficiatur. Non vniri aut prorsus & coalescere inter se que fracta sunt ossa, in alijs quoq; animalibus cōspicere potes. nam si aliqñ vel suum, vel aprorum, vel boum, caprarum item & ouium, quinetiam gallorum aut gallinarū os aliquod callo conferruminatum deprehenderis (deprehendes autem multa, sicut etiam nobis contigit, si id studiose inuestigaris) de raso circūcirca callo fracti ossis capita inter se apposita tantū cernes, non vnita & coalita, vt caro in vulneribus consuevit. Cur autem si vtraq; cubiti ossa fracta sint, & id quod proprie cubitus dicitur, & alterum quem radius vocant, maximam mēbrī distortionē ex praua suspensione fieri contingat: si alterum tantum fractionem passum sit, i. cubitus, membrum minus distorqueatur: si in radio fractura euenerit, nulla omnino distortio accidat, etiam si prauē appensio adhibita fuerit, non difficulter reperies, si ea que dixit, memoria teneas. Subiectum. n. & substratum os, vt inquit, qui est cubitus, loco sedis ac fundamenti superiori fracto iacet: atq; ita distortionem eius prohibet. Si vero cubito fracto radius illæsus permanferit, si recte quidē deligetur, dirigere etiam secum quodāmodo cubitū potest: continere tamen ne penitus distorqueatur, si in appensione peccet medicus, non potest: propterea q̄ in inferiore loco constitutus cubitus nihil habet, nisi deligationem quæ ipsum sustentet.

52 At si fractis ossibus & summa manus & pars iuxta gibbum cubiti mitella sustineatur, reliqua autem cubiti pars suspensa non sit: in inferiorem partem os distortum inuenietur.

Secundum ex quatuor modis, quos modo superius cōmemorauī, nunc docet, qui contrarius primo est, illo. n. à mitella solus fracturæ locus sustentabat. nunc alijs oibus partibus suspēsis, sola

Septima Classis.

GGGGGGG iij ea in qua

Gal. in lib. Hipp. de fracturis

ea in qua est fractura ingestata relinquitur. Quemadmodum igitur in superius commemorata appensione, quia sustentata à mitella membri pars fracta sublimior, reliquæ oēs vtrinque depressiores, atque humiliores permanebant: merito distorqueri in superiorem partem totum cubitū dixit: ita nunc ubi fractura sola à mitella non sustentatur, ea pars membri sola cum deorsum fluat inclinatur, ac deprimitur: atque ut incuruetur cubitus eo loci, ac callo obducto in inferiorem partem distorqueatur, facit. atque hæc tota propositæ huius orationis sententia est. Duæ autem huius orationis lectiones reperiuntur, quæ verbis quædam ipsis maxime inter se contrariæ videri alicui possunt: si quis tamen diligenter advertat, in rebus consentiunt. Nam cum nonnulli suspensum cubitū, *i. μετέωρον*, insustentatū intelligant, quippe qui solo aere gestetur: alij vero è contrario suspensum pro mitella sustentato accipiant, eo quod extra mitellam est, deorsum inclinatur, humiliorque efficiatur, quod contrarium suspensio sit: merito duæ lectiones verbis inter se repugnantes, re autem & sensu inter se consentientes evaserunt. Cū. n. verbū/suspensum/in contraria significata ab explanatoribus trahant: iure fit, ut alij sine negatione/reliqua aut cubiti pars suspensa sit/alij cum negatione legendū censeant/reliqua aut cubiti pars suspensa non sit/prout unusquisque verbum hoc interpretatur.

Oportet igitur ut mitella molli, quæ latitudinem habeat, & plurimam cubiti partem, & articulum ipsum manus æqualiter suspendamus.

In hac oratione prætermittas reliquas duas appensiones significat. eas in quibus, quæ cōmune illud habent, quod in extrema cubiti parte mitella subiicitur: proprium vero, quod vel iuxta gibbum tantum cubiti vel iuxta manus tantum articulum eadem mitella supponitur. Nam cum ante dixerit, cum circa solam fracturam circumjicitur mitella, & cum vtriusque extremitatibus applicatur, & postea in hac oratione moneat plurimam cubiti partem & articulum manus æqualiter à mitella sustentari debere: manifeste declarat se reliquas duas appensiones, quæ non recte sese habent, damnare: quippe cum neutra ipsarum articulum manus simul, & plurimam cubiti partem æqualiter firmet. sed propriam tantum de his doctrinam nullam tradit: præcipue quædam quia, ut dixi, cum prædictis intelliguntur: deinde propterea quod si deligatio recte facta sit, parvam admodum hæc læsionem afferre consueverunt. Ante dictæ vero duæ appensiones ob id valde prave censebantur, quod pars fracta contrario modo, quod vtriusque adiacentes afficiebatur: cum aliquando ipsa sola nulla alia sustentata sursum traheretur: aliquando deorsum cæteris subleuatis sola ipsa dependere permitteretur.

GALENI IN LIBRUM HIPPOCRATIS DE FRACTURIS COMMENTARIORVM

LIBER SECVNDVS,

ARGVMENTVM LIBRI

Curatio reliquarum fracturarum simplicium, luxationum, ac dimotionum, quæ in brachio, summa manu, pede, tibia, calce, & femore contingunt exponitur.



Si autem brachium fractum fuerit,


Nonnulli ex ijs qui librum hunc explanarunt, sicut in superioribus, modo totum membrum quod inter duos articulos gibbi cubiti videlicet & manus porrigit, modo longius ex duobus eius ossibus cubitum appellabant: ita brachium autem ab Hippocrate nuncupari & membrum quod est inter humeri & cubiti articulum, & os quod in ipso continetur. Alij membra quædam ita nominari asserunt, sed ossa ipsa habere appellationem hanc negant. quippe cum ita nos quoque dicere consueverimus, illi caput vulneratum est, aut mala, aut nasus, siue in sola cute læsio ipsa contigerit, siue altius penetrarit, ut vel membranam musculi, vel neruum, vel arteriam, vel venam offenderit. Sic cum dicimus brachium fuisse vlceratam affectionem eam in brachio contigisse declaramus, quod vlcus vocatur: quoniam vero in ratione vlcus caro comprehenditur, eam licet propria appellatione non expresserimus, vlcus tamen vocabulo significamus. quippe cum quæ in carne contigit, diuisionem, vlcus vocemus: ita ut cum dicimus, Dionis, si ita inciderit, brachium fuisse vlceratam, carnem tantummodo brachij significemus. Eodem modo cum fractum eidem brachium dicimus, affectum eum passum esse ipsum ostendimus, quam fracturam vocant, unam vero cum fractura necesse esse aiunt, ut os quoque intelligatur. Sed, nisi hoc cum in nomine tantum & significato alterationem habeat, neque prodesse nobis, neque obesse ad fracturæ curationem quicquam potest. Quæ sequuntur, curationem quæ fracto brachio adhibenda est, nobis tradunt: quæ sanè, ut mihi quædam videtur, plana omnis ac clara est, non secus atque alia quæ superius de cubito scripsit. nam illa quoque præter paucissima quædam, dilucida fuerunt. tamen nos dum singulorum quæ ab eo fieri iubebantur, causas præponeremus, produximus orationem. quod licet

A licet à proprio explanationis munere aliquantulum abeat, consuetum tamen, vt dixi, explanato-
ribus est. Verū tamen cum has easdem ipsas rationes alibi ipse breuibus explicarit, neq; nos ap-
ponendam earum inuentionem, sed ordinem immutandum nobis esse duximus. Hic vero & p
se considerata oratio manifesta est, & singulorum causam superius ante dictam habet, vbi de cu-
bito agebatur. quippe cum hæc ad ea quoq; referantur, quæ generatim ibi consuluntur. Primum
totius manus & brachij figuratio est, deinde extensio, postea cōformatio, post quā extremo lo-
co positio succedit: siue aliquo modo collocetur, siue appēdatur. His igitur præcognitis, si pauca
aliqua occurrerint, quæ aperta non sint, in sequentibus explanabimus.

2 Et porrectam manum quispiam in ea figura extendat: musculus brachij distentus deligabitur atq; ita efficietur,
ut cum qui deligatus fuerit, cubitum inflexerit, musculus brachij aliam figuram habeat.

Huic orationi addenda ea sunt quæ superius dicunt. cum post deligationem musculus brachij
aliam figurā acquirat, fieri vt nonnullæ ipsius partes violenter à fascijs cōprimant, aliæ laxas eas
& diffuētes habeant: atq; inde contingere, vt ex cōpressionē inflāmatio oriatur: ex laxitate mē-
brum ipsum distorqueatur: quare figurationem manus minime esse mutandā, sed eandē semper
B seruādā à principio vsq; ad finē, sicut etiam prius dictū fuit. At si in ea figura qua deligaris, manū
cōserues: sicut nulla deligatiōis pars aut laxior, aut altrictior reddetur: ita, quia ipsa figura praua
est, vt superius demonstratum fuit, dolorem afferet, atq; ex eo inflāmatioem excitabit.

3 Iustissima igitur brachij extensio hæc est: lignum cubitalis longitudinis, aut paulo breuius, cuiusmodi manubria li-
gonum sunt, ex utraq; parte sine deligatum suspendendum est, tum hominis in sede alta collocati brachium transfe-
rendum est sic, ut sub ala manubrium aptetur ea moderatione, ut vix considere homo queat, sed ferè suspensus ma-
neat. postea aliquid aliud stabile apponendum superiecto scorteo puluino aut uno aut pluribus, quo ei altitudini satis
sint, ut cubitus ad rectum angulum obliquetur. optimum quidem est ut lorum aliquod latum & molle, aut mitellam
latam circūiciamus, atq; inde ex magnis ponderibus aliquid appendamus, quod intendere mediocriter valeat: sin
minus, homo aliquis præualens ea figuratione seruata cubiti ad brachium deorsum urgendo compellat.



C
A. LIGNV CUBITALIS LONGITVDINIS
B. FUNIS QVO SVSPENDENDVM EST
C. SEDES ALTA
D. BRACHIV SVPERA LIGNV TRASLATVM
E. ALIQD ALIVD STABILE
F. SCORTEVS PVLVINVS
G. CVBITVS AD RECTVM
ANGVLVM
H. LORV LATVM
I. EX MAGNIS PONDERI
BVS ALIQVID

D

Iustitiæ naturalis esse, vt proprium vnicuiq;
nō ex lege, sed ex natura ipsius attribuatur, &
in philologia demonstratum, & superius etiā
dictum iam est. dictum item præterea fuit iustā
esse figurationem eam, quæ singularum mem-
bri partium proprium situm seruet: eandēq;
dolorem minime omnium aliarum afferret: quæ
in brachio est, cum quis cubitum ita figurat, vt
rectū angulum cum brachio efficiat. lubet igitur
vt homo figurato ita brachio, in sede collo-
cetur: atq; ante ipsum transuersum lignum præ-
tendatur tantum ac tale, quanta ac qualia ligo-
num manubria esse consueuerūt. σκαφία. n. ru-
stica instrumēta appellat. i. ligones, quibus ter-
ra foditur, inter quæ sunt etiam quæ bipalia vo-
cantur, hæc à cōminuendis glebis μινύου ab At-
ticis, i. rura nuncupantur. Vult autem præten-
tum hoc lignum immotum permanere ita, vt
neq; sursum neq; deorsum in opere ipso trans-
ferri queat: id quod fiet, si funibus ex utroq; ca-
pite annexis de sublimi aliquo loco suspendat.
supra hoc transmittere brachium ægrotantem
hominem iubet ita, vt trāsuersum manubrium
alē impingatur. homo aut ipse, cuius brachium
fractum est, ita alte debet sedere, vt ferè suspen-
sus sit. Vult enim eum sedere, vt operatiōi suffi-
ciat, & non stādo delassetur: nō tamen depres-
sum atq; humilē esse, sed ita vt quā altissimus
quisq; esse sedendo potest. quin etiam medici ipsius causa, vt recte stando operetur, & non ple-
runq; inclinari deorsum cogatur. ipsi quoq; qui curatur, melius est, vt ita sedeat. nam cum ægro-
tantes in huiusmodi brachiorum extensionibus dolore affici consueuerint, fit vt propterea attra-
hentes sequantur, & sese attollant, neq; amplius pristinam sessionem suam seruent: atq; inde in-
tentio omnis resoluatur. quod ne fiat, in extremo termino altæ sessionis hominem ferè suspen-
sum collocandum censet, vt si paulo attollatur, stet. quod si fecerit, neq; seipsum latere, neq; alios
possit. cum vero non lateat, rursus in pristinam figuram & ab alijs, & ex seipso etiam facile redu-
Septima Classis, GGGGGGG iij catur.

catur. Illud quoque accedit, quod ijs qui ita sedent, si stare velint, quae minima: humilibus, quammaxima
 mutatio fit: ut cum laesio aliqua ex mutatione illa eueniat, minima, si alte quis sedeat: maxima, si hu- **B**
 militer, euentura sit. Perpicuum etiam est eum ligno transuerso sub ala uti ea de causa, ne dum
 brachium extenditur, homo sequatur, atque ita intentionem resoluat. Id quod nos absque ligno saepe
 numero facere consueuimus laqueis sub alam circumiectis: quorum sane capita retro intendenda
 sunt. tum aliorum laqueorum circumpositione in utraque partem os fractum distendimus, si manu
 facta intentio imbecillior sit, quam conueniat, nam ea aliquando sola sperandum est, ut res succedat,
 quemadmodum in pueris, ubi nullum laqueis est opus, ac multo minus machinis axes habenti-
 bus, quibus capita laqueorum circumuoluendo efficere vehementiorem distentionem solemus,
 sed hoc modo distentionis in luxationibus plerumque utimur. Hic autem quem nunc adhibendum
 censet, huiusmodi est. Vult ut cubitus super aliquod aliud innitatur stabile, quod *ἑφεδρον* vocat, i.
 eiusmodi stabilitatis, ut in eo desidere quisquam firmiter queat: supra quod scortei puluini iniiciantur,
 deinde ab inferiore extremitate brachij iuxta cubiti gibbum ponderosum aliquid appendi
 iubet, magnorum, inquit ponderum aliquid, i. *σαβύλων*, ea autem sunt, quibus uti consueuimus,
 liberalia pondera ex aere, aut ferro, aut plumbo constantia, prius tamen latum aliquod lorum & molle,
 aut mitella aliqua valida ea parte circumiicienda, ex qua pondera haec appendantur. **R**

Medicus uero rectus stans altero pede altiori loco firmato operetur, palmisque os componat, facile autem compone- **4**
 tur, & dirigetur, propterea quod bona haec extensio est, si quis eam recte prepararit. deinde iniectis fasciae initijs supra fra-
 cturam deliget, & cetera omnia, quemadmodum prius monuimus, pertractet, & interrogationibus iisdem sciscitetur,
 & iisdem signis utatur, moderate ne se habeat, nec ne, & tertio post die soluat, & religet, & magis comprimat.

Hunc habitum utpote stabiliorem ac firmiorem operanti eligit, quemadmodum in libro de ijs
 quae in medicatrina aguntur, docuit in hunc modum scribens: Si uero stet, utriusque quidem pedi- **6**
 bus ex aequo insistere oportet, sed agere altero inscendentem, qui utique ex parte operantis ma-
 nus non sit.

Et septimo die uel nono ferulas circundet, & si non recte positum esse os suspicetur, intra hoc tempus resoluat, & **5**
 ubi recte composuerit, religet.

Id quod superius in cubito intelligendum tibi esse dixi, nunc quoque est dicendum. Si omnia ri- **G**
 te euenierint, in hoc praescripto temporis spacio ferulas tibi esse iniiciendas: sed in cubito septi-
 mo tantummodo die deligari ferulas iussit. in brachio uero disiunctiua copula usus, septimo die,
 inquit, uel nono ferulas circundet, ob id uidelicet, quod ob magnitudinem musculorum brachij
 longiorem temporis moram partes circa fracturam requirunt, ut graciles prorsus ac laxae red-
 dantur, tunc enim ubi eiusmodi euaserint, apponendarum ferularum occasionem esse demon-
 stratum est.

Corroboratur maxime brachij os in quadraginta diebus, quos ubi excefferit, soluendum, ac minus comprimendum, **6**
 paucioribusque linteis deligandum est, exquisitioreque quodam quam prius uictu, atque eo diutius utendum est: quantum autem,
 ex timore qui in summa manu extitit, coniectabis, iures eius spectans.

Callo colligari ac conferruminari separatas fracti ossis partes corroborari appellat, sicut etiam
 superius in cubito, quanto autem maius brachij os est quam cubiti, tanto etiam longius tempus
 ad callum contrahendum requirit, reliqua omnia ex ijs quae de cubito dicta sunt, patent: ut nulla
 nostra explanatione indigeant.

Aduertere insuper etiam hoc oportet, brachium in exteriorem partem incuruatum natura esse, atque ideo si non **7**
 recte curetur, solere distorti, nam reliqua etiam ossa quae natura sunt distorta, ubi fracta sunt, si non bene fuerint **H**
 curata, distorti in eadem partem consueuere, quapropter opus est, ut cum tale quid suspicamus, mitella lata bra-
 chium circum circa comprehendamus ac circa pedus deligemus: atque ubi quiescendum est, inter cubiti gibbum & co-
 stas plagulam aliquam multiplicem, aut tale aliquid supponamus, hoc enim modo incuruatio ossis dirigi posset, ca-
 uendam tamen est, ne nimis in interiorem partem uergat.

Quae hac in oratione dicuntur usque ad finem, ubi de brachio agit, omnia perspicua sunt. Nam
 & causam distortionis in exteriorem partem ipse explicat: & quo modo ex propulsione in con-
 trarium dirigatur, docet, tum plagulam multiplicem inter costas & cubiti gibbum ea causa interij-
 ciendam iubet, ne brachium costas attingat, sed locus medius intercedat, in quem compulsum
 brachium a constringente mitella corrigatur: dum naturalis curuatura in exteriorem partem di-
 storta ex depressione in interiorem partem restituitur.

DE PEDE ET MANU.

Pes hominis nullis ac paruis ossibus, non secus ac summa manus, constat. **S**

Conuenientia partibus totius manus & brachij cum cruris partibus quaedam est, quod n. in
 manu est brachium, id in crure est femur, quod in manu cubitus est, in crure est tibia, sic summa ma-
 nus pedi

A nus pedi correspondet, sed nullum nomen proprium summæ manus habent Græci diuersum à manu, sicut pes diuersa à crure appellatione nūcupatur, merito pedem absolute dixit, neq; addidit summum, manum vero summam vocauit, vt à tota manu, quæ brachium etiam totum apud Græcos comprehendit, distingueret, sed hæc de nominum vsu satis: de rebus ipsis iam dicamus. Sequebatur, vt ad ea quæ superius dixit, de summa manu tractationem subiungeret: sed ipse non de ea sola, sed de pede quoq; hic simul agit, ac plura etiam de eo dicit, propterea quod pes maiorē diligentia postulat. Ex multis igit ac paruis ossibus vtraq; hæc mēbra constare inqt: at nos duris et adiungemus, medulla, n. carent, ac fistulosa minime sunt, paruis lapillis perquā similia. Sicut autem totum brachium toti cruri respondet, ita manus cum pede conuenientiam habet. qualis enim in manu est prima pars palmæ, quæ καρπός dicitur, talis in pede prima pars plantæ est, quam ταρσόν vocant, qualis item in manu palma est, id est μετακάρπιον, talis in pede est plāta, seu solum. Digitorum conuenientia, etiam si ego nihil dicam, satis clara per se est. Præter hæc in pede ossa calcis sunt, vnde longior etiam de pede ab eo tractatio fit, quàm de manu, quippe cum quæ communia cum manu habet pes, prius commemoret, deinde quæ propria, deinceps subiūgat. Prima igitur pars palmæ octo, palma ipsa quatuor, digiti tribus singuli ossibus constituuntur: vt omnia manus ossa septem & viginti sint, at in pede digitorum ossa quatuordecim habentur: duobus enim tantum magnus eius digitus constat, quinque plantam explent: atq; ita simul omnia totidem quot in manus palma & digitis, id est decem & nouem sunt, nam licet palma vno osse à planta superetur: digiti tamen manus vno osse digitos pedis excedunt: atq; iccirco vtraq; partes pedis vtriusq; manus partibus pari ossium numero adæquantur. Præterea in manu prima pars palmæ octo cōstat ossibus: in pede prima pars plantæ simul cum calce & talo octo etiam ipsa ossa habet. Ac calcis quidem os maximum omnium, quæ in extremis his membris reperiuntur, & talo & tibiæ substratum, totum fermè, quando stamus, corpus sustentat: ab anteriore vero parte cum tesserali seu quadrato osse, quod κνυβοειδής dicunt, dearticulatur: quemadmodum tali caput cum nauiculari, quod σκαφοειδής nūcupatur: quibus vtriusq; alia quoq; ossa, q̄ in prima præcipua parte plāta sunt, dearticulatione annectuntur. Et si quis velit talum pedi attribuere, in vtraq; extremitate mēbrorum, id est tam in manu, quàm in pede, idem numerus ossium reperietur: vt modo docendi, non ipsa rerum natura inter se discordes sint, qui viginti septem esse in pede ossa, & qui sex & viginti esse tantummodo asserunt, si enim pedi talum ascribas, septem & viginti: si cum à pedis numero auferas, sex & viginti ossa tantum erunt. Hac de causa igitur recte dixit: Pes hominis ex multis & paruis ossibus, non secus ac summa manus, constat vtpote ad eos sermonem habens, qui introducuntur, & dissectionem iam viderunt, atq; in memoriā eis reuocans ea quæ ad præsentem rem vtilia iam didicerunt. Nō enim scire tantum oportet ex multis & paruis & duris ossibus vtranq; ex his partem esse constitutam, sed insuper & figura & magnitudo singulorum & respectus, quæ cum vicinis habent, quæ positura appellatur, memoria repetenda est: vt cum ex propria sede aliquid ex his ossibus exciderit, prompte ei occurrere valeamus.

9 Frangi autem non admodum ossa hæc consueuerunt, nisi unā cum corpore ab acuto aliquo aut graui vulnerato, sed vulnerata ut curanda sint, in ulcerationum loco dicitur.

Χρῶτα, quod hic corpus dictum est, Iones appellant, quicquid carnosum corporis nostri est: in quo maxime genere cutis & muscoli sunt: deinde membranæ & viscera. at ossium genus χρωτα non vocāt, sicut neque cartilagines, neque copulas. ita quoque Homerus vsus nomine hoc videtur fuisse, vbi inquit, Semper erit firmum generi ipsi corpus, & acre. & alibi.

Ne flens ipsa sibi corpus laceraret honestum.

D In antedictis igitur membris, quæ sunt pes, & manus, non admodū frangi ossa solere absq; vlcere inquit: quod, n. ait vnā cū corpore vulnerato, idē significat, ac si cum vlcere dixisset: neq; refert in præsentī oratione vlcus ne an vulnus dicatur. In manu autē & pede carnis paucissimum, sicut in brachio & femore quamplurimum est, quocirca cum extrinsecus aliquid in manū & pedem incidit, quod confringere ossa ipsorū queat: partes hæc facile patiuntur. Fractionis, n. ossium quatuor maxime generales causæ sunt, nam vel aliquid est quod contundere potest, si vehementi impetu deferatur, id autē proculdubio corpus aliquod esse debet, quod durum substantia sit, & mole non exiguum, vel aliquid quod non cutem solum, vel quod aliquid etiā quod subest cuti vsq; ad ossa, sed quod ossa etiam ipsa dtuidat: quod sanè malum ipse εδδεν, quali defensionem dicas, in libro de vulneribus capitis, vocat. Quinetiā ex alto loco delidentes nonnulli vel tibiæ, vel femoris os fregunt, quæ sicciora ipsis, neq; admodum densa fuerint, nā in palestra nos quoq; vidimus ex circūtortione, hoc est κατά περικλασιν, ita, n. clare dici posset, fracturā contigisse, in quodam, cui cū fracta esset tibia vnā cū sura magno cū vulnere ossa denudata sunt. Fractura enim ea euenit, cum tibia cruri aduersarij luctantis per transuersum fuisset subiecta ita, vt vtraque eius capita & iuxta pedem & iuxta genu deorsum violenter deprimerentur: id quod in lignis quoque quæ à nobis ipsis circumtorquentur, videre licet, si enim ligna aliqua supra femur nostrum imposita ex vtroque capite deorsum vehementer manibus vrgeamus, frangi ea in mediā parte cernemus.

Quemadmodum

Gal. in lib. Hipp. de fracturis



Quemadmodum igitur neque magnum neque validum, sed paruum & imbecillum lignum circumtorquere ac frangere hoc modo solemus: ita si os infirmum sit natura, simili luctatione atque operatione medium dirumpi consuevit. At talis modus fracturarum in ossibus, quae in extremis longorum membrorum partibus sunt, non contingit, neque si ex alto desiliat, neque si in terram deferant, neque si violenter pedem diuellant. huiusmodi enim ictibus copulae potius ossium, quam ossa ipsa franguntur: id quod ipsis cum ob paruitatem, tum ob duritiam magis euenit. Adde quod neque extrinsecus aliquid vehementer ipsis impingens, facile ea potest confringere, nisi & durius ossibus ipsis sit, & magnitudine satis amplum. eiusmodi enim cum est, neque cuti parcat, quemadmodum neque cum acutum est, quod percutit. nam est id prius secat ac diuidit quod ossibus superficie est, quam ipsa attingat. unde merito dixit ossa haec absque ulcere non admodum frangi. quoniam vero de fracturis cum ulcere in sequentibus tractaturus est, horum sermonem in eum locum differt.

Si uero quid est sede sua motum fuerit, aut digitorum articulus, aut aliud aliquod os primae partis plantae, pellendum unumquodque in suam sedem est, sicut et ea quae in manu sunt.

Non quia praedixerit aliquid de ossibus, quae in manu sunt, nunc ait sicut & ea quae in manu sunt: sed perinde ac si ita dixisset, pellendum unumquodque os pedis in suam sedem est, & simili modo est in manu faciendum est. Legitur autem in nonnullis pellendum, in alijs depellendum, id est deorsum pellendum. nam reponendum in propriam sedem os esse inquit, quod motum fuerit. Mouetur autem os, cum quae ipsum cum vicinis colligant copulae, abruptae fuerint: sed non omnes tamen, quae os circum circa continent, abrumpuntur. raro enim prorsus id fit, ut relicta tota sua sede os laesum ad cutem resiliat: & maxime si laxa sit, ut moti ossis impetui resistere nequeat. propterea enim in inferiorem pedis partem prominere motum os plerumque non solet, quia crassa & dura cutis ibi est, quod vestigium vocatur. sed ob id quoque, quod quae ictum inferunt, ex superiore parte ferere semper pedem percutiunt, tunc enim tantummodo in inferiorem partem os prolaberetur, si ex alto loco desiliens homo in asperas admodum aut acutas prominentias pedem impingeret. Quae igitur undecumque absoluta penitus sunt ossa, cum est sede sua siue sursum siue deorsum excefferint, reponi in sedem difficilius queunt, nam licet id fiat, quod raro prospere succedit, semper tamen laxam sedem habent, si enim rursus vehementius moueantur, cum copulas, quae ipsa contineant, amplius non habeant, erumpent. At quae ex parte copulis sunt annexa, ex parte soluta, perinde ac si abrupta sint, prominere consueuerunt: ea extento toto pede depellenda in sedem suam sunt.

Medendumque ei est cerato, et plagulis, et linteis non secus ac fracturis: omnis tamen ferulis, eodem modo comprimendo, et tertio post die deligando, interrogetur item ille qui deligatur similiter ut in fracturis, constricta ne an laxa deligatio sit.

Qualem curationem adhibere in fracturis iussit, talem nunc quoque in manu & pede si motum os fuerit, tibi esse faciendam inquit. Nam & ab extensione incipere debemus, quo reponere ossa dimota valeamus: & ubi reposuimus deligare, eadem cura habita, ut absque inflammatione pars ea seruetur, constrictumque os repositum linteis detineatur. Haec autem fieri recte non posse superius demonstratum est: nisi sanguis, qui in affectis partibus est, ad initium & finem membri exprimat: ne uel alius eo affluat, prohibeatur. Praeterea totam deligationem, quae fracturis adhibetur, exceptis ferulis, faciendam nobis censet: propterea quod partis natura quae curatur, appositionem harum non admittit. quippe cum plana esse debeat superficies partium, quibus applicandae ferulae sint, cuiusmodi prima pars plantae pedis minime est.

Sana autem in viginti diebus perfecte omnia sunt: nisi ea quae cum ossibus tibiae communicationem habent, etiam ipsa processione, confert uero ut per hoc tempus cubent: sed non tolerant, quin contemnes morbum prius obambulant, quam consauerint, ob id fit, ut plerique non integre conualescant, sed sepe labore commonefiant, neque id iniuria. Nam cum totum corporis pondus pedes uehant, quando nondum sani ingrediuntur, egre consanescere articuli qui moti sunt, possunt: ac propterea interdum dolent quae iuxta tibiae sunt, quae uero cum tibiae ossibus communicant, maiora alij sunt: et cum dimota sunt, serius consanescunt, curatio tamen eadem est.

Cum ossibus tibiae inquit, de tota tibia uidelicet intelligens, ipsa processione autem est directio significat: id quod cum in multis saepe dixit, tum uero inferius ter eodem loco hoc nomine deinceps utitur, ubi de tibia agit, cum inquit. Femoris enim caput superiorem corporis partem sustinet: idque in interiori parte cruris, non in exteriori est, sed ex anteriori tibiae partis processione: tum reliqua corporis dimidia pars huic magis processione appropinquat, quam exteriori.

Adde

A Adde quòd quod est intrinsecus, crassius est, quàm quod extrinsecus. quemadmodum etiam quod in cubito est, ex processione parui digiti tenuius est, & longius.

13 Linteisq; pluribus & plagulis utendum est.

Consuetum est, ut reposita ossa in sede sua permaneant, lintea & plagulas adhiberi: praesertim, si locus ob inaequalitatem ferularum appositionem non admittat.

14 Et plerunq; hinc & inde deligandum, comprimendumq; ut reliqua omnia: ea parte maxime, qua motum os est, primasq; circumvolutiones linteorum eodem modo faciendum.

Superius iussit in fractorum ossium inclinatione, si in dextram prolapsa sint, in sinistram nos propellere ac retorquere: si in sinistram, e contrario in dextram reducere, in pedibus vero equalis plerunq; facienda deligatio est: quia in eis ossa, quae e propria sede exciderunt, non in latus, sed vel sursum, vel deorsum ferri consueverunt.

15 In singulis autem resolutionibus multa calida aqua fouendum est. in omnibus enim noxae circa articulos multa aqua calida perfundenda, at compressiones & laxationes iisdem temporibus eadem signa exhibeant, quae etiam superius, tum religationes eodem modo fiant, hi autem in quadraginta maxime diebus sani perfecte euadunt, si curare uoluerint, sin minus, ea quae & prius dicta sunt, & magis quoq; patiuntur.

Vbi mitigari dolorem, laxariq; intentionem corporum uult, ibi plurima aquae calidae perfusione uti praecipit, id quod praecipue in huiusmodi affectionibus circa articulos faciendum est, quae & nervosiores, & osseae magis partes sunt: ut & ab inflammatione collidantur, & maiorem dolorem eo quod nervosiores sunt, sentiant. Noxas autem, id est *σιν*, nocumenta & laesiones uocat, nam & *σιν* nocumento affici, ac laedi appellat.

DE CALCE.

16 At uero quicumq; de alto loco desilientes calce uehementi impetu firmati sunt, ijs ossa distant: & uenulae carne circum os contusa exsiccantur: tumorq; superuenit, & dolor multus, os enim id parui non est: & ex directo tibiae pminet.

C Exuccari uenas inquit, dum uult significare effundi extra succum qui in eis continetur, id est sanguinem, ac sugillari, id quod fit cum tunica ipsa contusa est. Quae enim contunduntur corpora, unionem naturalem amittunt multis ac paruis partibus ipsorum disceptis, e quibus etiam sanguis unde quaque effunditur, at effluentem hunc sanguinem loca circum uenam excipiunt, atq; ubi exceperunt, talem, qualis a principio erat, minime conseruant, nam mora quadam ibi nigrescit: perinde ac si foras effusus inueterasset, contingitq; affectio ea quae *θρόμβωσις*, id est concretio sanguinis, nuncupatur, ex qua quidem affectione sanguis ipse, *θρόμβος*, id est concretus sanguis, & est, & dicitur: tum niger etiam colore fit, atq; inde etiam prae putrescit. Sed haec quidem exuccatis & sugillatis grauissima contingere non possunt, si a natura superatus sanguis, mutetur: sicut fit in inflammationibus, quae ad maturitatem perueniunt: siq; in pus conuertatur. Ut autem natura, quae in partibus insita est, sanguini dominetur, duobus his studendum est: alteri, ne inflammatione laborent partes: quod quomodo fiat, superius didicimus: alteri, ut interfusus sanguis discutatur, atq; elidatur. Haec igitur spectans Hippocrates particulatim deinceps omnia praecipit. Distant, inquit, ossa eorum qui ita desilierint, ac diducuntur, abruptis uidelicet, quae ipsa connectunt, copulis: quemadmodum paulo ante de ijs, quae in prima parte plantae sunt ossa, dicebamus. Calcis autem a superiori parte talus annexus est: ab anteriore quod *κυβοειδές*, id est tesserale seu quadratum, appellatur: quemadmodum talo ab anteriore parte id dearticulat, quod nauiculare seu *σκαφοειδές* dicitur. his uero utriusq; quadrato, & nauiculari quatuor primae partis plantae ossa connectuntur. De quibus quidem omnibus ossibus tam pedis, quam manus in commentario de ossibus satis demonstratum est.

17 Communicationemq; habet cum uenis & nervis opportunis, tendo etiam posterior huic ossi annectitur, hi cerato, & plagulis, & linteis, aqua item plurima calida curandi sunt, his inquam, & linteis pluribus utendum est, praeter haec alijs insuper est opus quod optimis, & lenissimis.

Ossi calcis, inquit, communicationem nerui magni habent: id enim ei hic significat opportunum, sicut etiam uenae non paruae, connectitur item posterior tendo, qui ex musculis carnosae posterioris tibiae partis producit. De his quoq; & in dissectionibus tractationibus, & in dissectione musculorum satis dictum iam est. oportetq; ea probe didicisse unumquemq; qui percipere haec uult, quae hic ab Hippocrate traduntur.

18 Et si mollis forte cutis natura circa calcem fuerit, ita sinendum, sin crassa & dura, ut nonnulli habent, incidendum equaliter, atq; attenuandum, ita tamen ne uulneratio efficiatur.

Cum praedicta affectio circa calcem, atque annexas partes accidit, periculum est ne & dolores magni, atque inflammatio non parua consequatur. Ossibus plena enim loca ea cum sint, neq; ex quibuslibet ossibus, sed admodum exiguis coarticulata, si parua aliqua ibi contingat inflammatio,

matio, fit, vt magni dolores ex compressione excitent. Adde q̄ innexus calci tendo satis magnus **E**
 cū sit, si inflāmet in discrimen venit, ne conuulsione corripiatur. nerui itē magni hac parte cōsti-
 tuti sunt, qui ossa attingunt: quēadmodū in neruorū dissectione didicisti. Quocirca cum alia, quæ
 ad curationem spectant, diligenter administranda sunt & in victus tenuitate, & in copia perfusæ
 aquæ: tū cutis inferior pars, q̄ vestigiū dī, incidenda est: atq; id moderate ita, vt in quibus dura est
 cutis, incisionis altitudo duritia ipsa terminet. adeo. n. in nonnullis pars ea occalescit, vt ne mini-
 mū quidē sanguinis profluere inde possit, nisi alte admodū scalper adigat. Illud igit̄ vestigiū inci-
 dendū est qd̄ sanguinē non effundit: illi parcendū, qd̄ vbi primū incidimus, cruentari consuevit,
 afficit. n. dolore dū incidit. At neq; duritia illa cutis absolute ita secari debet, sed plane atq; æquali-
 ter. vt aut̄ æqualiter feces, tria tibi obseruanda sunt. lōgītudo incisionis, altitudo, & tertio loco in-
 teruallū. nā & æquales longitudine & altitudine inter se incisiones faciēdas sunt, & æquali quoq;
 interuallo inter se distātes: vt totū simili mō vestigiū inflātionis tpe absq; molestia extēdat. sci-
 mus. n. oīa q̄ inflātionē afficiunt, distendi solere: distētiōes vero sicut dolores creare: ita quoq;
 inflātionē ipsas augere, & cōuulsiones p̄uocare. Quēadmodū igit̄ multa aquæ calidæ p̄fusio
 adiecto copioso oleo cū distentionē remittat, magnopere adiuuat: sic incisiones faciēdas excogita-
 uit, q̄ ad tantā altitudinē descendāt, vt sanguine tñ præditā cutē nondū attingāt. Vtiliter. n. admo-
 dū leues has cutis incisiones cōmētus est. q̄ppe cū in alijs q̄q; partibus, cū magna aliqua inflāma-
 tione infestant, scarificare cutē cogamur: partim vt aliqd̄ ex affluētia sanguinis, q̄ in inflātionē
 est, demamus: partim vt p̄spirationes p̄curemus: atq; insup̄ distētiōē soluamus, q̄ ex inflātiōē
 extiterat. At in pede magis quoq; ad scarificandā cutē deueniemus, et si nondū inflātiō occu-
 parit: p̄pea q̄ ea durissima cū sit, extēdi in inflātionibus nō pōt. quocirca cū distēdit, & dolore
 vehemētī ipsa afficit, & distētiōe adiūctas partes, & p̄cipue tendonē annexū collidit, qui ex vna
 musculi vnus carnosæ posterioris tibiæ partis neruositate exoritur: q̄ si in dolorē & inflātionē
 incidat, piculū est ne toti musculo eadē impiat. at si id fiat, conuulsionē sequuturā esse verisimile
 est. Ob hęc igit̄ oīa debet vestigiū incidī, ac deinceps attenuari. i. tenue effici. id qd̄ efficit cū & du-
 ritia eius molliat, & copia detrahāt. q̄ vtraq; olei & aquæ multæ calidæ perfusione cōparant, si post
 eam ante deligationem oleo inungamus, quod tamen nulla astringendi vi p̄reditum sit.

Bene autem hæc deligare non est cuiuslibet. nam si quis deliget, sicut cetera circa malleolos cōsueuerit: ita ut modo **19**
 circum pedem, modo circum tendonem fasciam conuoluat: hæc constrictiones calcem separant, cui contusio accidit. **G**

Bene, id est ἀγαθός, pro pulchre, quod καλός dicitur, & auctor hic & alij veteres sapenume-
 ro vsurpant, deligandum esse circa calcem censet, sicut in fracturis solet, eos reprehēdens qui ita
 deligant, sicut sæpe consueuimus, cum vel medicamenta aliqua, aut cataplasmata, aut insuccatio-
 nes contineri supra affectum locum volumus. Modus deligationis quem damnat, talis est. Ini-
 tio fasciæ obliquo iuxta malleolum iniecto distributio in inferiorem partem pedis fit ante pro-
 minentem tibiæ extremitatem, quam talum vulgo appellant, atque inde rursus sub pedis vesti-
 gium per transuersum traducta fasciæ, ac totum pedem vsq; ad oppositam partem complexa ex

A. INITIŪ FASCIAE
 B. DECUSATIO AD LITERÆ X FIGVRĀ
 C. CIRCŪVOLVTIO IUXTA MALLEOLŪ



A. INITIŪ FASCIAE
 B. ORBICVLARIS CIRCŪVOLVTIO CIRCA PLĀTAM
 C. DECUSATIO AD LITERÆ X FIGVRĀ
 D. CIRCŪVOLVTIO IUXTA MALLEOLŪ



inferioribus & anterioribus tali partibus sursum
 obliqua reducitur cum ipsum attingens, quem-
 admodum prius etiā quando deducebatur. atq;
 ita dum eadem distributiōe vtimur, necesse est,
 vt in anteriore parte pedis decussatiōe facta si-
 bi ipsi fasciæ cōcurrat ad X literæ figurā. tū inde
 circūuoluta iuxta malleolum ad eundem locum
 vnde inceperat, desertur, sicq; iterum iisdē his **H**
 obductionibus, quas dixi, conuoluitur, quoad
 ad principiū reducat. ac tertio quoq; eodē mō
 distributa, ac malleolo circūducta initiū repetit.

Nonnulli tamen vbi sub vestigium per trās-
 uersum inuoluerunt, non statim eam oblique
 ad malleolum sursum reducant: sed prius orbi-
 culari conuolutione ad primam partem plante,
 id est τὰ πρῶτα: quemadmodum alij ad malleo-
 lum orbiculariter circūducunt, vt obliquæ fa-
 sciationes à circularibus comprehendantur.

Quæ igitur hic fieri solent conuolutiones fa-
 sciarum huiusmodi sunt, quæ antedictis affectio-
 nibus minime sunt accommodatæ: propterea
 quod neque aliud quippiam ante fascias subiici-
 tur, quod continere deligatio debeat: neque
 calx læsione vacat, vt in illis in quibus deliga-
 tio

A tio hæc admittitur: sed primus ipse, affectus est. Quare hic deligationis modus calcem separat, id est in calcem ipsum sanguinem elidens, eum à deligatione excludit: cuius contrarium erat faciendum, ut scilicet deligatio è calce in vicina loca sanguinem exprimeret. id quod circunciectio linteorum sola ea facit, quæ fracturis accommodata est, ut superius didicimus: qua nunc quoque utendum esse censet.

20 Atq; ita periculum est ne os calcis sideretur.

Totam substantiæ uniuscuiusque partis corruptionem siderationem, id est σφακελον, veteres appellant: sed in partibus carnosis alijs quoque nominibus eandem vocat. Quin ipse etiam tum putridam carnem, tum marcidam, tum vitiatam dicit, alijsq; huiusmodi nominibus nuncupare consuevit: de osse vero quod in tota substantia vitiatum, siderationis seu sphaceli nomine uti solet. tale autem vitium ossibus contingit, quando adiacens caro pravas sanies producit, quibus ipsa madefaciendo corrumpit.

21 Quod si sideretur, morbus is idoneus est ut euo duret.

B Aeuum totam hominis vitam hic dixisse perspicuum est, estq; sensus huiusmodi: Si calx forte sideratus ac vitiatum fuerit, insanabilis morbus euadit, læsioq; ex ea re toto vitæ tēpore perdurat.

Nam & alia quoq; sunt, quæ non hoc modo siderantur, sed in cubatione, ut cum nigrescit calx ex figurationis negligentia: aut ex vulnere periculoso & diuturno in tibia, aut femore, quod communicationem cum calce habeat: aut ex alio morbo, cum diutina resupinatio contingit. sed tamen his quoq; huiusmodi vitia longinqua & molesta eueniunt, & quæ sepe rumpantur: nisi diligenti studio, & multa cum quiete curentur. nã quæ hoc modo siderantur, præter aliã læsionem, pericula quoq; magna corpori afferunt.

Non modo inquit, ex antedictis affectionibus os calcis vitari consuevit: sed diuturnis quoq; cubationibus, quas resupinationes vocat. Nam negligenter collocatus & iacens calx sæpenumero nigrescit: negligenter autem iacet, cum supra durum aliquod positus est, nec frequenter attollitur, sed semper à subiecta re & calefit, & compingitur. Vnde tollendus est, faciendaq; è lana molli rotula, quam strophium nonnulli vocant, quæ pro ratione magnitudinis calcis sinum in se habeat: supraq; eam firmandus ita calx est, ut inferior eius pars suspendatur: atq; ita & sine collisione maneat, & perspiret, & sine calefactione conseruetur.

22 Febres peracute eueniunt, continuæ, tremulæ, singultuose, mentem attentantes, paucorumq; dierum, & perimētes.

In sideratione calcis hæc contingere inquit, non quia os ipsius corrumpatur: nihil enim ex superioribus simul cum hoc existit, cum ex sua quodq; ratione formam propriam habeat: sed quia quæ circum ipsum sunt corpora, ipsumq; tangunt, annexaq; ei sunt, cum ex vitio eius læsionem percipiunt, superioribus partibus eam participant. Nam tendo, qui cum calce connectitur, inflammatus musculos totos carnosæ posterioris partis tibiæ, ex quibus oritur, contagione mali procul dubio afficit, hi aut affecti, in nervos statim qui in eos disperguntur, morbum diffundunt, necnon èt in arterias, at cū arterijs cor, cū nervis cerebrum pati necesse est. Quocirca cum cor innati caloris fons sit, cerebrum ratiocinandi vim in se habeat, musculi membra voluntarijs, quæ vocantur motionibus moueant: cōsentaneum est, ut ex corde affecto febris: ex cerebro deliria: ex musculis tremores & conuulsiones: ex stomacho qui plurimum neruorum est particeps, singultus oriantur.

24 Venarum item sanguifluarum liuores, nauseationes, gangrænæ ex compressione existunt: atque hæc etiam absque alia sideratione, hæc autem quæ uehementissimæ contusiones sunt, dictæ nunc sunt, sed pleraque leniter contunduntur, neque ullum multum meditationis studium requirunt, modo recte tractentur, ubi tamen magna contigisse illis uidebitur, & antedicta faciendæ sunt.

Sanguifluas venas eas appellat, quæ magnæ sunt, quibus ruptis sanguinis eruptiones contingunt: id quod ex paruis euenire non consuevit. nam & paucus ex huiusmodi sanguis effunditur, & cito ad oras ipsas diuisionis coalescit, nocumentumq; non affert. Nauseationes autem, i. ναυσίωσης ferè appellat in venis, quas superius exuccationes, hoc est sugillationes vocauit: cū venæ more eorum qui nauseam patiuntur, & propterea euomunt, sanguinem expuunt, ac quasi euomunt, tum ex propria imbecillitate, quam ex inflammatione contraxerunt, tum ex ipsius sanguinis copia, & prauitate, quem in huiusmodi affectiōibus corrumpi manifestum est. ναυσίωσις v. n. πναυτιωσις id est nauseare lones dicunt. vnde ναυσίωσις. Gangrænæ vero emortuarum venarum torporem nominat, qui ex nimia inflammatione consequitur. Atq; hæc omnia, inquit, ex praua deligatione eueniunt, quæ duo præcipua mala efficit: cum & separet calcem atq; excludat, ita ut nudus remaneat: & reliquas partes uehementer comprimat. Meditationem autem, hoc est μελέτην ipsum diligentiam appellare manifestum est: cum apud Ionas vsitatum hoc sit: & ipse etiam sæpe hoc nomen in hanc significationem accipiat.

Et

Gal. in lib. Hipp. de fracturis

Et deligatio adhibenda, quæ calcem plurimum circumuoluat, & modo ad summam partem pedis, modo ad mediâs, modo ad tibiam linthea circumdet, uicina quoq; omnia insuper & hinc & inde deliganda sunt: sicut superius etiam dictum est. nec uehemens compressio est faciendâ. E 25

Deligationem approbat, quæ contrariâ ei est, quam superius damnauit, plerisq; consuetæ: quæ fiebat, ut ex alijs pedis partibus sanguis ad calcem exprimeretur. debet enim e contrariâ e calce ad alias partes humorum affluentia elidî, calce ipso deligato, sicut in fracturis prius faciendû docuit, plerisq; lintheorum conuolutionibus ei circumiectis: ita tamen ne uehemens compressio efficiat. O 2

Multis tamen lintheis utendum est. 26

Stabilitatem deligationis vel compressione, vel multitudine lintheorum censere esse faciendam, dictum à me etiam superius est.

Melius autem est ut ueratri potionem, aut eodem die, aut postero exhibeamus: ac tertio post die soluamus, & rursum religemus. 27

Veratrum exhibet non solum ut excrementitios humores euacuet, verum etiam retrahendi atq; auertendi causa. Album enim proculdubio dat, quod vomitus ciet, ut prius ex toto corpore in superiorem ventrem attrahat, quàm in intestinorum anfractus deferatur. Nam album esse id, quod dandum censet, ex his, quæ subdit, innotescit, cum inquit: Sed si febre quidem uacat, medicari eum è superiori parte debemus, sicut dictum est. At enim in ijs qui ita sunt affecti, sicut & euacuare superuacua, & in contrarias partes ab affectis locis humores auertere, quàm maxime prodest: ita an id ueratro albo faciendum sit, non constat. quippe cum strangulare interdum soleat, cum in corpore multi, & crassi, & lenti humores continentur. iccirco prius dissoluendi hi sunt attenuate victu, de quo integrum nostrum commentarium habes. exhibere enim ueratrum prius quàm victu corpus præpararis, periculosum est: cum in plerisq; qualibus humoribus abundet corpus, ignoretur. Sed fortasse tuò tunc ueratrum album exhibebat, ob victum, quo homines qui ab eo curabantur, uti consueuerant, non voluptuosum, & mollem, sed & multis laboribus occupatum, & cibis contentum paucissimis, ita ut crassitudo humorum colligi minime posset: quam otia & repletiones procreare certum est. Nam si robur quoq; quod ex eo victu comparabatur, consideres, adhuc magis ueratri potionem tradere ei concedes: quippe cum eius tempestatis homines afflictationibus resistere valerent, quæ ex vomitibus proueniunt. F 28

An recrudescant nec ne nota hæc sunt, cum sigillata uenarum, & nigrescunt, & uicina his subrubra & subdura efficiuntur, ne recrudescant periculum est. G 28

Maligna vitia recrudescantia, id est παλίγκοτα, appellat, & recrudescere, quod est παλιγκοτάειν, quasi rursus crudum fieri, atq; in pristinam malignitatem quippiam redire, ac rebellare. Notas te docet malignitatis propositorum affectuum, de quibus est sermo, quæ ortum inflammationis præ se ferunt, qui ante omnia cauendus est. Cum igitur inflammatio omnis rubicundior, & durior cutem efficiat, neutrum horum fieri in affectis locis debet: sed mollia esse, ac subuitridia sigillata oportet, uult enim ut sine inflammatione suppurent. Quare, si mollities inest membræ, & rubor abest, non esse inflammatum locum significant. si autem neq; ruborem, neq; nigritudinem habeant, suppurare manifestum est. rubor enim inflammationem indicat: nigritudo materiam à natura neq; superari, neq; concoqui: sed sanguinem in coagulationem abiisse: quod ei etiâ si extra corpus effusus fuerit, immoranti contingit, sed extra tamen, nunquam amplius suppurat. in corpore, si valida fuerit natura in pus conuertitur: sin minus, eodem modo sicut extra: quin et magis, propterea quod locus in quo continetur, calidus est, putrescere consueuit. H 29

Sed si febre quidem uacat, medicari eum è superiori parte debemus, sicut dictum est: quicumq; item continua febre non laborant, nam si continua sit, medicandum non est: sed à cibis & sorbitionibus abstinendum: potioneq; utendum, aquæ, non uini, sed mellæ.

*lem p. aph. com. 22. 23
2. 37. 22 p. 2. 27. 25.*

Mos ei est, ut φαρμακδέν, id est medicari, non de omni medicamento exhibitione intelligat: sed de eorum tantummodo, quæ purgât. Iussit nunc eodem die, aut postero dari ueratrum prius quàm uidelicet aut partes affectæ inflammari, aut homo febricitare incepisset: quin etiam si febris anteuertisset, modo leuiter afficeret, eodem modo exhibendum esse censuit. nos uero ne febre quidem uacuo dare ueratrum audemus. Si febris autem uehementer infestet, ipse etiam non dat: sed exquisitissimo quoque adeo victu ægrotos nutriendos monet, ut eis neque cibos, neque sorbitiones ullas exhibeat: sed sola potione uti velit, non uini illa quidem: id enim perspicuum est, etiam si ipse nihil de uino prohibendo scripsisset: sed mellæ, quæ est aqua mulla austera, quæ δξυγλυκὴς dicitur, & aquæ mullæ. hos enim potus in tenuissimo victu adhibere consueuit: & tertium quoque præter hos acetum mullum: quod ex melle & aceto conficitur, at mella dulcissimorum fauorum dilutum & decoctum est: quod etiamnum in græcia fieri in hunc modum solet. fauos

A let. fauos expresso melle in ollam mundam aquæ plenam iniiciunt, ac macerant: deinde eatenus decoquunt, quoad satis ipsis visum fuerit, vt faui humorem omnem quem in se habent, decoctura in aqua deponere potuerint: postea ita recondunt, ac seruant, vt tunc æstate, vt potu sitim sedante, aqua frigida adiecta. Hac igitur mella vtendum etiam Hippocrates iubet: & si ea nō adest, aqua mulsæ. nam acetum mulsæ adhibere, cum nervosæ partes laborant, nō expedit. quippe cū acetum nervos attentet, vt & experimēto compertum est, & ipse etiam declarauit. In quibus autem vsus aceti mulsæ admittatur, in libro de victu in acutis edocuit: quem librum nonnulli aduersus Gnidias sententias, alij de cremore hordei, neutri recte inscribunt.

30 *Si autem futurum non est, ut recrudescat, sugillata & nigrefacta, & circumvicina subuiriā, & non dura apparet.*

Iam hæc potestate fuerant significata illis verbis superius cum dixit/cum sugillata venarum, & nigrefacta, & vicina his subrubra & subdura efficiuntur, ne recrudescant periculum est/subduris enim & subrubris opposita nunc subuiriā & non dura scribit, subuiriā enim fiunt cum paulatim in pus conuertitur materia: non dura, cum non magna inflammatione afficiuntur. hæc liquidem etiam fuit causa, vt interfusus sanguis in pus conuerteretur.

31 *Bonumq; hoc testimonium est in omnibus sugillatis quæ rebellatura non sunt.*

B Bonum dixit eo significato quo certum, stabile, verum, & perpetuum. Testimonium vero pro signo posuit, propterea quod testificatur, & opinionem nostram, quam in præsentia hac scriptione nos docet Hippocrates, confirmat. Inquit autem hoc certum esse signum non solum in sugillatis circa calcem, verum etiam in alijs quoq; omnibus: atq; id merito. non enim ex indicatione horum membrorum, sed ex ipsa sugillatione cognoscitur. periculum igitur non æquale sugillatorum malignitas affert: quippe cum ex membrorum natura in quibus fiunt, varietas quædam ipsorum existat. Exortum tamen non ex membris habent: sed ex eo quod sanguis interfusus nō suppurat. non suppurat autem sanguis, cum inflammatio magna superuenit, aut ex prauitate deligationis, aut ex humorum malignitate & multitudine: quam ipse quidem exinanitiōe per medicamenta, nos sanguinis missione emendamus: qua quidem vel sola cur contentus non sit, non video, cum & eam agnoscere, & talibus in affectionibus adhibere videatur. inquit enim in libro de articulis cum contusiones costis accidentes curat, præter alia, quæ facienda censet, etiam hoc: Tum vena ad cubitum secanda est.

32 *At quæcumq; cum duritia liuescunt, ne nigrescant, periculum est.*

C Sanguis in terram effusus aliquando diutius permanet, aliquando flauior euadit, aliquando in nigricantem conuertitur, quandoq; etiam niger prorsus fit: quod ei contingere verisimile est, cū ex aere ambiente, qui vel serenus, vel caliginosus, vel humidus, vel siccus, vel calidus, vel frigidus cum sit, varietates eas colorum efficit: tum ex singulorum hominum natura potissimum diuersitatis huius causa existit, quippe cum nonnullis sanguis magis melancholicus sit, alijs pituitosior & aquosior, quibusdam eiusmodi, vt flauæ & pallidæ bilis quæ plurimum trahat. Sic quoq; in animalium corporibus sanguis è venis effusus, cum à natura superatur, & in pus à continentibus eum partibus mutatur: in varios abit colores, interdum enim eo tempore liuidus apparet: propterea quod liuidus color medius est inter planè nigrum, & aliquem alium ex floridis, cuiusmodi est præcipue ruber & flauus. Liuidus igitur hic color, vel ex floridis in nigrum abeuntibus exurgere consuevit, vel ex nigro in album cedente: quando videlicet in pus iam conuertitur. sæpenumero enim videre licet, quæ antea erant nigrefacta, inter initia puris liuida apparere, ac paulatim à nigro recedentia ad colorem ignis tendere, atque effici subinde albiora: puris siquidem color cinereus est. Nūc igitur Hippocrates differentiam quandam sugillatorum tibi tradit, cum liuida apparent, si enim cum duritie sint liuida, inflammata esse membra ostendunt: sin absq; duritie liuorem præ se ferunt, inflammationem abesse declarant. Cum itaque inflammatione carent: & naturam esse præualidam, & sanguinem è venis effusum concocturam, & in pus conuersuram esse indicat: Cum vero inflammata sunt membra, ex eo infirmitatem naturæ arguunt: quæ tum ex imbecillitate partium inflammatarum, tum ex copia prauis humoris, qui in eis continetur, sugillatum concoquere, atque ad pus perducere nō potest, vt nihil aliud super sit, quàm vt nigrescant, & corrumpantur.

33 *Danda uero opera est, ut paulo altius reliquo corpore plerumq; pes constitutur, qui profectò si quiescat, sexaginta dierum spatio conualescit.*

Si humiliori figura pes collocetur, è crure eò sanguis influens inflammationem faciet, si altior sit, influere in eum nihil poterit, atque iccirco omnino altius constituendus est, non tamen multo, quippe cum ex tali situ, si diutius maneat, dolor, ex dolore vero inflammatio oriat. Figura igitur, quæ dolore vacet, terminus sublationis ac finis tibi erit, eam autem inuenies, si quando

Gal. in lib. Hipp. de fracturis

do paulo altius sublatus pes fuerit, æger sibi intendi eum senserit.

B

DE TIBIA.

Iam uero tibia duo ossa sunt: quorum quidem partim multo tenuius alterum altero, partim nõ multo tenuius est. 34

Hæc uerba attestari ijs videntur, qui cubitum & brachium, tibiam & femur, non totum id quod ex ossibus, & reliquis partibus compositum est, sed ossa sola appellari ab Hippocrate asserunt: nõ tamen hanc tantummodo, sed illam quoque esse horum nominum significationem uerba hæc declarant. Quare fieri potest, ut duplici modo huiusmodi omnia ab Hippocrate appellentur: quemadmodum illi opinati sunt, qui modo de ossibus solis, modo de ossibus & circumiectis omnibus sumenda esse hæc censent: ut tibia tota ea pars nominetur, quæ inter articulum qui ad genu est, & pedem protenditur, quam sanè duobus ossibus constare, quorum alterum tibia, alterum sura nuncupetur: & crassius tibiam, tenuius suram esse: necnon mediam in toto hoc membro ac carne carentem partem, quæ desuper deorsum in longitudinem porrecta in gracilioribus conspicitur, quæ ἀντικνίμιον, id est anteriorem tibiæ partem uocant, tibiæ esse non suræ partem, & quæcunque alia de ossibus his cognitu digna, explicata omnia in commentario nostro de ossibus sunt, quod ad eos qui instituuntur, conscripsimus. F

Coniungunturque inter se iuxta pedem, & appendicem communem habent. 35

Verbum commune, quod hic inquit, nõ ita intelligendum est, ut continuam esse appendicem, atque unam prorsus significet: sed duas simul ita coniunctas & connexas, ut unius speciem præ se ferant. ita enim inter se communionem habent appendices, ut una esse videatur. Partes autem horum ossium postremæ, quæ nudæ eminent forma rotundæ, à nonnullis non recte tali appellantur. nam cohærens tendo talum intus continet ita occultatum, ut & tactui & uisui lateat.

Neque ex directo tibiæ coniunguntur. 36

Non coniunguntur duo hæc ossa tibiæ ex directo & per rectitudinem tibiæ: id est per longitudinem non cohærent, neque attingunt se mutuo ea parte, atque inter se colligantur.

Iuxta femur uero coniunguntur, & appendicem habent, & appendix discriminationem. 37

Tibiæ caput in dearticulatione genu, quam suræ multo plenius est: unde appendix tota tibi esse tibiæ videbitur, ab exteriori parte autem sura ipsi est subnixæ. discriminationem uero habere inquit, prominentiam, quæ in medio est, nerueam & cartilagineam, discriminationem appellans: quæ uidelicet femoris tubercula, quæ sese in tibiam inferunt, discriminat ac distinguit. hæc sæpe in inueteratis mortuorum cadaueribus putrescit: ut decipiantur nonnulli, falsumque ab Hippocrate de ea dictum fuisse existiment: sed in recentibus cadaueribus apparet. G

Longius autem alterum os paulo est, quod est è regione parui digiti, ac natura quidem ossium tibiæ eiusmodi est. 38

Ita ego scribendum censuerim: longius autem alterum os paulo est è regione parui digiti. nam si ita scripsisset Hippocrates, confirmaret appendixem circa genu communem utrorumque ossium esse, & non tibiæ solius: & absolute longius os suræ, non in inferiore tantum parte esse intelligeret.

At enim prolabantur iuxta pedem utraque interdum ossa unà cum appendice: interdum appendix tantum dimouetur: interdum alterum tantum os. 39

Nonnulli medici luxari vel exarticulati, id est ἐξαρθεῖν, de ossibus intelligendum putant, quæ è sede sua penitus excidunt: prolabi uero de ijs tantum, quæ subluxantur, quod παραρθεῖν dicunt: id est quæ non prorsus è naturali dearticulatione excidunt, & non aduertunt quid in principio libri de articulis dicat Hippocrates in hunc modum: Humeri autem articulum uno modo prolabi in alam uidelicet noui, totum enim brachij caput è sinu, in quo dearticulatum est, excedit. neque esse in eo minor luxatio potest, quemadmodum ipse Hippocrates scripsit, causa etiam adiuncta: quam cum ad eum librum peruentum fuerit, ibi discemus. H

Hæc tamen molestiam minorem asserunt, quæ quæ in prima parte palmæ manus sunt, si homines quiescere patiuntur. curatio uero eadem quæ in illis est, nam ex extensione sicut illic repositio facienda est, quæ eò magis extendendum quo ualentius corpus hic subest, ut plurimum enim uiri duo satis sunt, quorum hinc unus, inde alter intendat: sin minus, uehementiorem adhibere extensionem facile est. 40

Non solum ijs, quæ sunt in prima parte palmæ, minorem molestiam hæc asserunt: uerum etiam ijs, quæ sunt in pede molesta multo minus sunt. Sed quia communem de pede & de manu tractationem fecit, propterea satis habuit nunc alterius tantum membri facere mentionem, quod prima & tibiæ

A & tibię & pedi correspondet. quantum enim ab ijs quę sunt in pede hæc deficient, & maxime ab ijs quę in calce contingunt, quę longe sunt molestiora: paulo superius ipse declarauit.

41 Vel enim rotę modiolum, uel aliquid aliud ei simile defodere: deinde molli aliqua re pedi circūiecta eum latis aliquibus bubulis loris circumligare oportet: quorum capitibus ad pistillum, aut aliud simile lignum deligatis, ligniq; eius extrema parte in modiolum iniecta retorquendum est, ab alijs contra tum humeris replebis, tum poplite retrahendum.

A. ROTÆ MODIOLVS

B. MOLLIS RES PEDI CIRCŪIECTA

C. LORA LATA

D. PISTILLVM

E. AB HVMERIS RETRAHENS

F. A POPLITE RETRAHENS



Lignum quoddam defodiendum in terra cęset, quod caput uetis possitmittere, quo mębri tibi faciendā extensio est. Scire autę te existimo modiolū rotę, q̄ χοιρινis dicit, ab Ionibus πύμινον appellari: quo uti hic vocabulo Hippocrates, et apud Homerum quoq; iuenitur. Quia autę Hippocrates expedita ac prompta esse uult, quę uti lia ad curationē sūt: iccirco hic modiolū meminuit, q̄ i locis omnibus qui ab hominibus incoluntur, suppetere facile nobis possit. eadem de causa pistillo ad extendendum loco uetis utendum monet, quo pacto autem utendum ipsis sit, ipse uerbis suis, si quis eis animum aduertat, manifeste explicat.

42 Fieri item potest, ut superiori corporis parti necessitas adhibeatur.

C Validas ac uehementes distentiones necessitates uocat, ut uolentiam ipsarum significet.

43 Quin etiam si uis, lignum teres laeuigatum alte defodere potes, atq; inde partem ligni superextantem inter crura ad interfemineum applicare: ut prohibeat quo minus corpus eos qui iuxta pedes extendunt, sequatur.

A. LIGNVM TERES LAEVIQATVM

B. EXTENSIO A PEDIBVS

C. A LATERE CLVNEM RETRVDENS



Erectū hoc lignū stabiliter in terra defigit, ut qui extendit, sicut prædictū est, eo inter crura ad interfemineū offirmato extensionē minime sequatur. Interfemineū autem, id est περιουουον, ea corporis pars uocatur, quę inter anum et initiū pudendi mębri interiacet.

Deinde ne ad crus quę extenditur declinet: aliquis à latere assidere debet, ac clunem retrudere, ne corpus circumagatur.

In plerisq; exemplaribus post superiorē orationem hæc scripta reperitur: cum tñ tota sententiā intelligi etiam absq; ipsa queat. uult enim ut in medio duorū crurum ligno eo erecto offirmato affectum crus extendamus: retrudēte aliquo sursum hoies clunem ea parte, ne corpus circūactū atq; in alteram partem, ppendens extendentibus cedat, quod cū sit, intentio omnis resoluatur.

45 Si placet quoq; ad alas utraq; hinc & inde ligna affigantur: brachiaq; ibi porrecta seruentur, tum aliquis iuxta genu apprehendat, atq; ita retro intendat.

Septima Classis,

HHHHHHH

Alium

Gal. in lib. Hipp. de fracturis

A. LIGNA AD ALAS
B. IUXTA GENV REPREHENDENS



Alium modum te docet, quo reliquum corpus partē quę extenditur, non consequetur. sub vtrāq; alā defigi lignū vult, qđ oblitens ac renitens corpori, facit, ne egrotus deorsum trahenti cedat, ac sequat. oportet tamē, vt hic quoq; aliquis crus quod extendit, iuxta genu reprehensum sursum intendat.

F

Hoc etiam modo idem facies, si iuxta genu, aut circa femur alijs habenis deli-

46

gatis alterum rote modiolum supra caput defoderis, habenisq; alteri ligno innexis, eoq; in modiolum defixo contraria ijs qui iuxta pedes intendunt, reduxeris.


Si dum crus sursum retrahitur, res non cedat: licet tibi ex habenarum circundatione idem efficere: si capita earum in superiorem partem adducta ad vectem aliquem deligaris. oportet enim vt caput vectis quod in terram defigis, subiectam aliquam concauam moram habeat, cuiusmodi est modiolus rotę, cui obiectus ea parte vectis in contrarium intentionem faciat. Quod autem inquit contraria ijs qui &c. si scriptum fuisset in contraria tam sensu q̄ verbis plana esset oratio, ac dilucida. quia vero contraria scriptum reperitur absq; præpositione, existimandum est, vel præmissam fuisse præpositionē à librario aliquo, vel ipsum Hippocratem hac voce absq; præpositione fuisse vsū, quasi eandem vim etiam sine ea habeat: vel loco aduerbij contraria posuisse, perinde ac si contrarie dixisset.

G

Hac item alia ratioe, si placet, uti potes loco modiolorum, ad trabeculam mediocrem sub lectulo substratam hinc & inde capita lignorum affirmabis, ac reduces: atq; ita habenas intendes.

47

A. TRABECVLA
B. BACVLI A CAPITE ET A PEDIB' EXTĒDENTES
C. HABENAE



Duo modioli antea, duoq; vectes distentionem efficiebant: vnus infra crus quod intendebat: alter supra caput. Quoniam vero, vt dixi, vult nos promptitudinem, facilitatemq; remediorum comparare: alterum modū comminiscitur, quo te ad inuentionem similium exerceat. nā si non affuerint modioli: substrato ligno aliquo longo ad lecti longitudinem, in quo æger cubat, reliqua

H

omnia, sicut superius docuit, faciendā tibi sunt, circundandę habenę ab inferiore & superiore cruris parte, ac baculis deligandę: tum vero loco modiolorum extremis ligni illius longi capitibus vteris: quibus ex vtrāq; lectuli parte à capite videlicet, & à pedibus mediocriter prominentibus vectes obiectos reduces: atq; ita molitionem facies. Trabeculam lecto substratum lignum per longitudinem vocat, ac si paruum trabem dixisset.

Adde qđ, si vis, asellos quoq; hinc inde constituere potes, atq; illis extensionem ipsam facere. Sed multi quoq; alij extensionum modi sunt.

48

Axes



A. ASELLI
B. HABENAE

Axes ipsos asinos appellare consuevit, quemadmodum inferius cum dicit, asini circumactio. nunc igitur paruos axes asellos diminutiua forma dixit, quas etiam fuculas vocant: sicut modo superius paruum trabem trabeculam vocauit. Te enim non solum ad parabolia inuenienda, atque vtenda esse exercitatum vult: verum etiam ad ea, quae apud medicos ad huiusmodi distentiones praeparata sunt instrumenta.

Axis igitur non per longitudinem corporis, quod curandum est, sed per transversum hinc & inde constituitur: id est infra pedes altero, altero supra caput, eisque habenarum extremis partibus circumiectis, ex eorum circumductione cruris distentionem efficies.

49 Optimum tamen est, ut qui in ciuitate aliqua magna medetur, is praeparatum lignum habeat, in quo tum omnium fracturarum, tum omnium articulorum reponendorum necessitates omnes contineantur, quae ex extensione, & molitione fiunt. satisque erit, si tale lignum sit longitudine, latitudine, & crassitudine, cuiusmodi columna quadrata quereae fieri consueuerunt.

Instrumenti cuiusdam & machinamenti, quod vult medicum habere, mentionem facit, de quo, ubi fabricam eius docet in libro de articulis qui hunc sequitur, explanationem etiam nos faciemus. nunc ad reliqua quae sequuntur, descendendum est.

50 Vbi igitur satis extenderis,

Posteaque satis extenderis, crus videlicet: de luxationibus enim tibiae circa talum loqui instituerat: cumque hucusque de distentione docuerit, rursus ad id quod proposuerat, redit.

51 Articulum reponere facile iam est.

Ex huiusmodi eius loquutionibus inducti nonnulli articulum vocare eum dicunt capita ossium, quae in sinus dearticulantur: ut totum id quod ex duobus constat, quae ossium capita, quae in porrectionibus & inflexionibus mouentur, inter se connectuntur, dearticulationem: ipsorum vero utrorumque ossium extremum alterius quod sese inserit, articulum: alterius sinus qui insertum excipit, acetabulum, & pupillam ab eodem appellari asserant. Sed haec nominum ratio exploditur.

52 Quippe cum supra pristinam sedem è directo suspēdatur. Dirigere igitur & componere manuum palmis, hinc supra id quod excidit, inmitendo, inde infra malleolum renitendo, decet. Posteaque reposueris, extensum ita, si fieri potest, deligandum est. Sin habent impediunt, illis solutis, quo ad deligaris, distendendum est.

D Communem iam hic vniuersae repositionis methodum ac viam tradit: quemadmodum à principio in primo horum commentariorum libro nos etiam diximus, ubi de utilitate extensionis agebamus: fieri non posse asserentes, ut apte ossa reponerentur in sedem suam, nisi suspēsa à se mutuo fuissent. Simul etiam terminum docet, quousque extendendum sit. cum enim satis iam esse tibi visum fuerit, ut suspēsa esse à se mutuo possint, ab extensione desistes.

53 Deligare autem eodem modo debes initia similiter supra id quod excidit iniiciendo, conuolutionesque primas eodem in loco quā plurimas faciendo, ac plagulas plurimas ibidem imponendo, necnon eadem in parte maxime comprimendo.

Deligationis fracturarum, quae superius ostēdimus, capita hic summam commemorat. Sciendum autem est, luxationes quae in manu, & pede, & calce, necnon circa malleolos contingunt, esse deligandas modo deligationis qui fracturis adhibetur. vnde etiam hoc in libro oia haec continentur. Causam vero, cur siue fractura, siue luxatio euenerit, eadem deligatione vtendum sit, superius didicimus.

54 Insuper autem hinc & inde satis multum deligandum est.

Hoc, in libro de iis quae in medicatrina fiunt, ita dixit. At deligatio multam sani loci partem occupet, cuius causa antea explicata est. Melius quippe est, ut affectui loci humores, non modo in adia-

Septima Classis,

HHHHHHH ij centes

centes partes exprimentur: verū etiam in multum spatium amendantur, longiusq; arceantur. **B**

Magisq; hic articulus in prima deligatione est comprimendus, q̄ qui in manu est. 55

Pro articulorum magnitudine, & compressionis modum, & linteorū copiam adhibet, & nervositatis eorum, & sensus habita ratione. minus. n. hos comprimendos ac collidendos esse cēset.

Vbi autem deligaris, superius quidem q̄ reliquum corpus haberi deligata pars debet. situs tamen is servandus, ut pes q̄ minimum suspendatur. 56

Paulo quidem sublimiorem pedem reliquo crure esse debere, tantumq; esse attollendum, vt musculi distentione non afficiantur: prius dictum etiam est, nunc de depositionis stabilitate preceptum subiungit, iubetq; vt ne parum q̄dem pes suspendatur, ac pendeat. id autem fiet, si lanæ molles vnde quaq; ipsi apponantur: imaq; eius pars, vbi est vestigium, molli aliqua re firmetur, aut puluino, aut ligno etiam recto, cui mollibus mitellis pes alligatus fuerit.

At corporis attenuatio talis, qualem uim prolapsio habuerit, alia siquidē parū, alia multum prolabantur. 57

Perpicuum est, sicut ea quæ parum prolapsa sunt, diligētia minore indigere, ita quæ amplius excessere, & victum, & reliqua omnia exactiora requirere, quibus corpus attenuatur. **F**

Plerumq; & magis & diutius in uulneribus crurum, q̄ brachiorum attenuandum est. maiora enim hæc & crassiora illis sunt, quinetiam necesse est, ut quiescat corpus & iaceat, religare uero articulum tertio post die neq; quod prohibeat, neq; quod urgeat, quicquam est, reliqua omnia simili modo ut in præteritis curanda sunt. Et si quiete cubauerit, quadraginta dies satis sunt: si tantum in suam sedem ossa rursus defecerint: at si quiescere noluerit: & crure non facile utetur, & deligationem in multum tempus cogetur adhibere. 58

Ipsæ causam præcepti huius sui subiunxit, cū dixit: maiora, n. hæc & crassiora illis sunt, & præterea tertium est, q̄ hic iacendo, non vt in manuum læsionibus, deambulando homo sanescit. atq; hæc de omnibus articulis dicta nobis in vniuersum esse existimamus.

Quæcumq; autem ossa non perfecte in sedem suam desident, sed aliqua ex parte deficiunt: ea temporis processu attenuantur. Coxa, & femur, & tibia, si intro prolapsa sint, exterior pars: si extra, interior attenuari consuevit. 59

Si aliquod ex sanis etiam membris aut in diuturna quiete detineas, aut raro moueas, tenuius q̄ prius erat, efficitur. Motio siquidem corpora calefacit, & vires eorum corroborat, ita vt partes eorum nutriantur, ac pinguescant. Cum igitur aliquid prolapsum nō recte fuerit repositū, peius motiones efficiuntur, atq; id magis in opposita parte, propterea q̄ locus dimoto osse in contrarium inanis relinquitur, vt facilius in ea parte firmetur membrum, in quam articulus excessit. nā cum superiores partes sede ac stabilimento indigeant, id inania loca non exhibent, sed plena. q̄pe cum nihil firmari supra inanem locum possit. Propterea igitur & crus in eam partē propendere in quam os excidit, musculisq; qui ea parte sunt, tantūmodo operari consuevit. quocirca fit, vt musculi illi bene: reliqui ex opposita parte qui ociosi sunt, male alantur. **G**

Pleraq; autē in interiorem partem prolabantur. Sed cum utraq; ossa tibiæ sine ulceratione fracta sunt, ualidiorem extensionem requirunt, ac si magnæ alternationes fuerint: aliquibus ex his antedictis modis extendendum est, uerū tamen satis etiam sunt quæ à uiris sunt extensiones. plerumq; enim sufficit, si duo ualentes uiri alter hinc, alter inde distendant. Intendere aut oportet in rectum secundum naturalem habitum, & è directo tibiæ & femoris, siue tibiæ siue femoris fracti ossa intendas. 60

Inferiores iuxta malleolos luxationes magis intro prolabuntur. causa est, q̄ suræ processus extrinsecus talum exquisitius completitur, q̄ tibiæ intrinsecus. **H**

Atq; utrum ex ipsis deliges, ita deligandum est, ut exporrecta utraq; maneat, non enim eadem & cruri & brachio conferunt. nam cubiti & brachij ossa fracta ubi fuerunt deligata, appenduntur, siq; ea exporrecta deligaris, in confectione cubiti, carum figuraciones diuersificantur: quippe cum flexura cubiti multo tempore extenta esse non possit, non enim sepe in eo, sed in inflexione assuevit. Quinetiam cum deambulare homines possint, ubi brachium frugerit: inflectere id ad cubitum cupiunt, at crus & in ambulando & in stando cum modo extendi, modo ferè extendi in inferiorem partem naturaliter, nec non gestare reliquum corpus consueuerit: iccirco cum necesse ei est, facile extensum permanet, adde q̄ in cubilibus quoq; sæpenumero in figura hac iacet. Quapropter cum uulneratum id est, est necesse ut animus succumbat: cum impotentes homines, ut attolli nequeant, reddantur: ita ut neq; inflecti, neq; surgere in mentem eis ueniat: sed in ea figuracione quiete iaceant. 61

Siue tibiā, siue femur deliges, ita te deligare uult, vt uterq; articulus tam coxæ, q̄ genu extensum sit. Causam cur id fieri debeat, ipse demonstratione usus subiungit, cuius intellectu facilis sententia est, summa hæc est. Quia crus & stando & ambulando extensioni est assuetum: cum enim ad ambulandum corpus natura constituerit, figuram ad id accommodatam ei præparauit: iccirco etiam cum cubant homines, extensum id plerūq; est, brachia uero & in ambulando, & alioqui vt plurimū

A vt plurimum mediocriter inflexa continere consueuimus. nullus enim est, qui extensis ac porrectis brachijs deambulet. quocirca fit, vt etiam si quis brachium deligatum habeat, subiecta cubito mitella deambulare adhuc nihilominus possit. at vbi crus fractum est, vt prius q̄ prorsus occaluerit, ingrediatur, fieri vllō modo nequit.

62 Ob hos igitur prætextus neq; in extensione, neq; in deligatione brachio & cruri figura eadem confert. si igitur extensio quæ à viris fit, satis fuerit: nihil amplius frustra laborandum est. machinas enim afferre cum non est opus, absurda affectatio est. at si non sint satis viri, aliquid ex necessarijs & violentis adhibendum est, quod accommodatum sit. Cum autem satis extensum fuerit, ossa iam componere, atq; ad naturalem statum reducere manuum palmis dirigendo, ac coaptando facile est, quod ubi feceris, deligare linteis extensum debes, siue in dextram, siue in sinistram circumducere prima lintea conueniat. initia tamen supra fracturam inuiciantur, primæq; inuolutiones circa ipsam ducantur. deinde in superiorem partem tibiæ, quemadmodum in alijs acturis dictum est, distributio efficiatur. Lintea uero latiora & longiora & plura multo esse in crure, q̄ in brachio debent. Vbi deligatum fuerit, supra planum aliquod & molle deponendum est: ne uel hac uel illac distortum, aut gibbum, aut repandum efficiatur.

B Manifestissimas causas & verissimas prætextus, hoc est *προφάσεις*, vocauit: cum tamē i vsu sit, vt falsæ causæ prætextus appellentur. Paulo item inferius rursus verbo hoc ita utitur, vbi inquit: ob hos igitur prætextus exteriori ossæ fracto celeres ingressiones fiunt. de sura enim loquens veram causam attulit, cur si ea cōminuta sit, velox motio cruris efficiatur: si tibia læsa fuerit, non nisi post multum tempus ea uti possint, qui id patientur.

63 Maximeq; conducit, ut puluinus aut lineus, aut laneus, non durus, sed latus in medio per longitudinem, aut aliquid aliud huic simile subiiciatur.

Tibiam hoc modo quo inquit, puluino magis q̄ canali collocandam ac firmandam esse censet. deincepsq; cur eos damnet qui canali vtantur, in hunc modum subiungit.

64 De canalibus enim qui in crura fracta subiiciuntur, subiiciendi nec ne sint, quid consilā dubito. nam iuuant quidem, non tamen tantum, ut illi qui eos supponunt, existimant, non enim, ut putant, immotum iacere crus cogunt, neq; dum hac uel illac uersatur reliquum corpus, efficit canalis ne crus sequatur, nisi ipse homo diligentiam adhibeat. neq; rursus uetat, quo minus crus uel hac uel illac absq; reliquo corpore moueatur. Adde q̄ inmitius esse uidetur lignum substemere, nisi simul molle aliquid in ipsum inuiciatur. in lecto uero transmutando, abeundoq; ad uentrem exonerandum utilissimum est. Licet igitur cum canali & sine canali & pulchre & turpiter rem conficere, probabilius tamen apud populares est, medicum minus esse erraturum, si canalis subiiciatur, licet id minus ex arte sit. Debet enim in plano & molli tibia poni prorsus in directum: propterea q̄ alioqui necesse est, ut deligatio à distortionem quæ ex situ euenit, quocumq; & quantuncumq; uergat, superetur. Respondeat item is qui deligatus est eadem quæ prius dicta sunt.

C nam deligatio eiusmodi esse debet, & tumor ita in extremis exurgere, laxationes quoq; eodem modo, & religationes tertio post die faciendæ, nec non tenuiorem inueniri deligatam partem oportet: deligationesq; plures, pluribusq; linteis fieri, circumdantiq; etiam pes laxè debet, nisi fractio ualde iuxta genu sit. Sed & extendendum mediocriter est: & in unaquaq; deligatione coaptanda ossa sunt. nam si rectè curetur, & tumor pro ratione succedat: tum deligatus locus tenuior, & gracilior, tum ossa reposita faciliora, extensioniq; obtemperatiora reperientur, ubi septimus aut undecimus dies aduenerit, ferulæ, sicut in alijs quoq; fracturis dictum est, circumdandæ sunt.

Nunc quoq; scio medicos quosdam esse, qui cum femur aut tibia affecta est, cruri canales, & capsulas supponere consueuerunt: toti quidem cruri, cum femur patitur: sed cum tibia affecta est, alij toti cruri simili modo lignum hoc subiiciunt: alij tibiam solam in capsula stabiliunt, ac firmant. Qui vnà cum tibia femur etiam comprehendunt, membro quidem læsionem etiam ipsi afferunt, sed minus tamen quàm alij ledunt. Nocumēta ab Hippocrate manifeste declarata sunt: vt repetenda à me non amplius esse uideantur, sed si quid hac in oratione obscurū fore existimo, id tantummodo mihi explicandum censeo: ac primū illud, quid capsula à canali differat. *γλωσσόκομον*, id est capsulam Attici appellant instrumentum quoddam scrinij in modum, in quod multa ex utilibus conijciunt homines, multasq; secretiores literas recondunt: quo item in itineribus uti nonnulli consueuerunt. siue autem *γλωσσόκομον*, siue *γλωσσόκομιον* quispiam dicat, siue etiam per duo *π* scribatur, siue per duo *ω*: nihil refert. Capsulam uero quæ cruribus subiicitur, oblongiorem esse & angustiorem cæteris consuetis perspicuum est, quippe cum ea, quàm latitudo cruris sit, vel crassitudo, vel quouis nomine aliquis appellet, latior multo esse non debeat: vt interiori cruris vtrinq; lanis crus ita astringatur, vt neq; si velit æger crus deflectere, id angustia permittat. tametsi deflexionem eius in dextram aut sinistram partem prohibere lanarum iniectio potest: quin sursum uero & deorsum moueatur, non potest. Vnde etiam Hippocrati huiusmodi ligni usus non placet, præsertim cum etiam immite sit, quod ipse *ἀσεργέσειρον* appellat: quasi inclementius dicas, id est iniucundum ac molestum, eo quod non cedit, vt puluini qui subcervicales, & subcubitales appellantur: qui cum subiiciuntur, mediocriter cedentes cruri molestiam nullam afferunt. Machinamentum tamen huiusmodi utile est, cum ægri vel aluum exonerare, vel ex altero lecto in alterum traduci uoluerint: quo commodius ac mollius cubent. ob hoc enim præci-


Gal. in lib. Hipp. de fracturis

B
 pue vsum eius admittimus. Quoniam loco ipsius huius ligni puluino nonnulli vti consue-
 runt, nam statim à principio per transuersum mitellas puluino subiectas, vbi crus imposuerint,
 vtrinque ad cruris altitudinem complicant atque astringunt: tum eas in superiore membri parte in-
 ter se colligantes stabilem ita cruris depositionem esse existimant, nam puluinus in aegrotantis
 transmutationibus loco capsulae cruri subtenditur. Accedit quod in inferiore parte cruris ex-
 trema lignum aliqui erectum adiungunt, quod summum pedem propellunt, subiectis tamen prius
 lanis: atque id ea causa faciunt, ut neque crus trahatur sursum, neque deorsum feratur. quippe cum sur-
 sum tolli vinculum: deorsum ferri applicatum plate lignum prohibeat. Sed enim licet haec ad tu-
 telam praeparata à medicis sint, per ea tamen non fit, ut motio articulorum impediatur: cum eger
 & tali, & genu articulum hac illac mouere paululum queat. nam de coxae articulo ne dicendum
 quidem quicquam est: cum neque à capsula, neque à canali prorsus contineatur. Canalis igitur cum
 caetera cum capsula habeat communia, in forma tantum differt. teres enim extrinsecus est, con-
 cauus intrinsecus instar canalium imbricum in tegulis, vnde etiam nomen ipsi est, is autem ad
 presentem vsum aptior quam capsula propterea videtur, quia totum circum circa crus compre-
 hendit: in capsula enim loca quaedam inania post iniectionem cruris relinquuntur. Vnde non-
 nulli medici sunt, qui plures canales habeant praeparatos, ut in singulis eo vtantur, qui vnicique
 cruri fuerit accommodatus, dantque operam ut lignum eiusmodi reperiat, ex quo excauato
 eos validos simul & albos, & molles efficiant. Quidam etiam apud nos medicus complures hu-
 iusmodi canales è tibia confectos habebat: eisque subinde pro magnitudine vnus cuiusque cruris
 utebatur, non absque vinculis, id quod à quibusdam in puluinis fieri dixi. sed in illis vincula laxio-
 ra effecta vsum ipsorum corrumpunt: hic absque vlla compressione ob mollitudinem ligni in tra-
 ducendo aegro crus continent. Verumtamen à recentioribus medicis ad firmiter continendum
 vtrumlibet os fuerit affectum, siue femoris, siue tibiae, capsula machinaria insuper est adiuuenta:
 quae & fabricam & vsum in modum quem subscribam, habet, quae sane non ab re mihi videtur
 fuisse excogitata ad callum siue femoris, siue tibiae obducendum. Adiacet enim in extrema eius
 parte axis, in quem laqueorum qui distendunt membrum, capita adducta circumijciuntur: qui
 quidem laquei extremis partibus ossium eius qui curatur, circumdati fuerint, hi autem ex duo-
 bus aduersarijs ac perpetuis loris consistunt, quae *δύο τῶν ἰσθμῶν* nuncupant: ita ut quatuor vnus cuiusque
 laquei crura euadant, duo à dextra parte, à sinistra item duo. haec enim crura laquei inferioris per
 foramina quaedam, quae in inferiore capite capsulae facta sunt, traiciuntur, atque ad axem perdu-
 cuntur, superioris vero laquei crura prius in superiorem capsulae partem reducta, etiam ipsa si-
 mili modo per foramina à lateribus capsulae traiciuntur: foramina autem haec trochleas habent:
 postea vtrinque extrinsecus capita haec laqueorum ad axem reducuntur. His enim ita apparatus
 vna axis circumductio vtroque simul laqueos, deorsum eum qui inferiore fracti ossis parte circū-
 ligatus est: sursum alterum intedit, ita ut post depositionem etiam tibi per singulos dies laqueo-
 rum distentionem corrigere, siue intendere, siue laxare eam volueris, liceat. nam axis laqueum
 qui in inferiore parte membri est, recta intentione trahit: eum qui supra est, non recta, sed ea quae
 transumptiua appellatur.

ut ea 7. d. n. m. par. 14. H.

CAPSVLA MACHINARIA *Fig. 4. H.*

- A. AXIS AD QVEM LAQVEOR. CAPITA CIRCVMNII CIVNTVR.
- B. LAQVEVS SVPERIOR.
- C. LAQVEVS INFERIOR.
- D. INFERIOR CAPVT CAPSVLAE.
- E. TROCHLEAE.
- F. SVPERIORIS LAQVEI CAPITA AB EXTERIORI PARTE CAPSVLAE.



agendum est. Ac maxime quidem in prima deligatione semper fracturae omnes, quatenus conuenit, extendendae sunt: 65
 sin minus id potest, saltem quicquid, quodcumque enim os non recte compositum deligatione fuerit compressum: dolo-
 re locum eum nexat. Reliqua curatio eadem est. At os interius, quod in priori parte tibiae extat, quae *ὀστέον ἐν τῇ μίσει* no-
 catur, molestius in curatione est: maioremque intentionem requirit, et nisi fracta recte composita fuerint, occultari vi-
H
 tium.

Adhibita tamen cura
 ne earum inflexiones è di-
 recto malleolorum, et su-
 pra tendonem pedis, qui
 in tibia est, fiant. Ossa au-
 tem tibiae, si recte curentur,
 quadraginta diebus cor-
 roborantur. q. si suspice-
 ris os aliquod directione
 adhuc indigere, aut ul-
 cerationem aliquam ti-
 meas: infra hoc tempus
 resoluendum tibi est: atque
 ubi composueris, religan-
 dum. Si vero alterum os
 fractum sit, intentione qui-
 de imbecilliore est opus:
 non tamen in extendendo
 deficiendum, aut ignaue

A tium non potest. apertum enim & carnis expertum totum est. atq; eo fracto in crus insistere multo tardius queunt. Cum os autem exterius fractum est, multo & facilius & occultius ferunt, etiam si non bene admodum fuerit repositum. quippe cum & carne opertum sit, & cito in pedes qui id patiuntur, insistant, interius enim tibiae os maiorem oneris partem uehit, nam tum crus ipsum, & pondus reliquum e directo crus impendens facit, ut interius os maiorem laborem subeat. femoris enim caput superiorem corporis partem sustinet, idq; in interiore parte cruris, non exteriori est, sed ex tibiae anterioris partis processione, tum reliqua corporis dimidia pars huic magis processione appropinquat, quam exteriori. adde q; quod est intrinsecus, crassius est, q; quod extrinsecus, quemadmodum etia quod in cubito est, ex processione parui digiti tenuius est ac longius.

Prominentes ossium partes, cuiusmodi sunt tibiae & surae inferiora capita, impositiones ferularum non tolerant, quod cauendum esse nunc inuenit. Infectiones autem dicit, perinde ac si sessio nes ac sedes dixisset: sed in praepositione adiunctae e euidentius id quod volebat, significaturum existimauit. Haec igitur ossa, quia & extant, & nuda carnibus sunt, a ferularum insidentia colliduntur, immo non ossa collidi dicendum est, sed musculos, & quasdam neruofas partes, & cutem, quae super ipsa ossa sunt. cum enim inter duo corpora dura intercludantur, ferulas uidelicet extrinsecus, os intrinsecus, colliduntur, & contunduntur: ac saepe ita aegre afficiuntur, ut exulcerentur.

B In calcem vero ex posterioribus partibus in anteriorem tendo innectitur, a musculo, qui in carnosa posteriore parte tibiae est, exortus: qui cum nudus admodum sit, atq; emineat, praecipue in carne expertibus hominibus, impositam ferulam non fert: sed sensu maxime praeditus cum sit, ex collisione inflammatur. Corpora item malleolorum ossibus superiecta ob duritiem eorum quae ipsa vtrinque constringunt, ut dictum est, collisa, adeo afficiuntur, ut elisiones patiantur, ita enim vocat Hippocrates quae in summa cute exulcerationes ex compressione existunt.

66 In articulo tamen inferiore longioris ossis subiectio similis non est. quippe cum cubiti gibbus & poples dissimili modo inflectantur. ob hos igitur praetextus exteriori osse fracto celeres: interiore tarda ingressiones fiunt.

Cum superius os surae longius esse quemadmodum & cubiti, atq; vtrunq; e regione parui digiti situm, tenuiusq; altero sibi annexo esse dixerit: qua inter se differant deinceps subiungit.

Dictumq; perspicue a nobis quoq; est in commentario de ossibus, cum de alijs, tum de dearticulationis vtrorunq; horu differentia, ac radiu qd exteriori brachij tuberculo innexu circa ipsum moueri: & tam in exteriorem partem, quam interiorem verti. In crure vero cum tibia sola femori articulo iungatur: surae motum nullum esse, non enim hinc & inde versari articulum huc,

C sicuti in cubito, posse: sed inflecti tantummodo: & neq; hoc quidem simili modo ut in cubito. illic enim cardinamentum brachij in sedem cubiti inseritur. In genu vero duo femoris tubercula duplices tibiae sinus ingrediuntur, illic in brachium duas cubitus cornices infigit, alteram a posteriore parte cum perfecte extenditur: ab anteriore cum inflectitur, alteram. At in femore nihil horum sit: quippe cum nullos huiusmodi vertices, ac cornices tibia habeat. Cubiti igitur gibbus & poples dissimili modo inflectuntur. Ipse superius cum de cubito ageret, ita dixit, sed cum illo osse idem est ἀγκών qui vocatur, id est cubiti gibbus, in quem innitimur. manifeste declarans acutissimam cubiti partem se cubiti gibbum appellare, quem δλέκρονον, id est vlnae verticem, & cubitum etiam vocant. Nunc vero dissimili modo inquit cubiti gibbum & poplitem flekti, perinde ac si ita diceret, dissimili modo articulum circa cubiti gibbum inflecti, ac poples. Accedit quod ipse etiam inferius ait, quae circa cubiti gibbum contingunt, molestiora sunt: cum de luxationibus loquatur. Illud igitur memoria tenendum: proprietatem nominum apud nullum ex antiquis Graecis exquisitae seruari: sed alias proprie, alias per translationem apud eos usurpari vocabula consueuisse. Sic etiam poplitis nomen huiusmodi est, sicuti & ala. ala enim locum qui sub humero est: poples oppositam genu partem posteriorem, significat, nam & genu ipsum totam iuncturae huius partem indicat, siue enim in cute loci huius vlcus oriatur alicui, hominem in genu habere vlcus dicimus: siue neruus qui cuti subtenditur diuisus fuerit, in genu vulnus esse aiunt, non secus si patella ipsa patiat, quam μύλων, id est molam, & ἐπιγονατίδα, hoc est supergenualem etiam vocant. Quin etiam latera ipsa explicantes nonnulli modo intra genu: modo extra genu esse vlcus affirmant, totum enim in latitudine locum hunc genu appellant: quemadmodum poplitem, & alam, & humerum. sic quoq; cubiti gibbum, malleolos, primam partem palmae totum locum Hippocrates vocat, saepe etiam humeri, gibbi cubiti, genu, poplitis, coxae, malleoloru articulū appellare consuevit. Patet iam quam varie nominibus utatur: quemadmodum etiam facere reliquos veteres dixi, neglecta ista a posterioribus obseruata circa haec minuta loquendi curiositate: quam qui exercent, appellare exquisitam diligentiam consueuerunt.

DE FEMORE.

67 At vero si femoris os fractum sit, extensio diligenter in primis facienda est: ne minus q; debeat, efficiatur, amplior, n. si sit, nullam lesionem affert, neq; enim si ossa distantia ex vi intentionis deligant quispiam, detineri ita a deligatione possunt, ut distent, sed ubi primum dimisere qui intendunt, inter se coeunt.

Septima Classis,

HHHHHHH iij Qm

Quoniam maximi musculi sunt circa femur, merito cauendum censeo, ne extendendo membrum in aliquo deficiamus. id quod saepe numero fit. Vt igitur securius distendamus, licet amplius, quam conueniat, intendamus, laesionem inde nullam esse euenturam inquit. quod enim alijs in membris suspicari posset aliquis, hic concedit. Quid autem id est: ut os fractum, etiam si distent inter se partes separatae, deligetur. videbatur enim e contrario fieri debere, eas videlicet inter se prorsus coniungi: ne inani loco in medio relicto, in quo sanies colligerentur, os in siderationis discrimen veniret. sed hic, etiam si distantes ossis fracti partes deligentur distentione ampliore facta, post deligationem tamen non ita permanent, sicut in alijs membris, in quibus fasciarum iniectione musculos immotos seruat. in femore enim ob musculorum magnitudinem timendum id minime esse inquit. propterea quod eam vim non habet deligatio, ut cohibere ipsos valeat, sed ab ipsis superatur. Hoc autem inquit, quia deligationi propositum est, ut in eo habitu seruet femur, in quo erat cum deligabatur: musculis vero, ut ad suum caput recurrant. Cum itaque contrarij vtriusque hi scopi sint, si deligatio preua luerit, naturalemque musculorum motum vicerit, fiet ut fracti ossis partes dehiscant: sin autem musculorum motio deligatione fortior fuerit, musculi ipsi ad principium suum retrahentur: atque ita simul inferiores partes ossis fracti contrahent, ac superiori committent.

Crassae enim et ualidae carnes hic cum sint, deligationem superant, non ea ab superantur, quod igitur dicebamus, bene distendendum est, sineque ulla distortionem, nihilque deficiendum, magnum enim dedecus est, et nocimentum, si breuius femur reddatur. Nam brachium si breuius euadat: et occultari potest, et non magnum damnum affert. at crura breuius effectum claudum hominem facit, propterea quod alterum quod sanum est, redarguit, ut utilius sit, si quis praue est curandus, ut utroque crure potius, quam altero tantum patiat. quippe cum equalis sibi ipsi ita euasurus sit. Vbi tamen satis extenderis, palmis manuum componere ossa diligenter debes, ac deligare eodem modo, sicut superius scriptum est: initiaque in iungere, et in superiorem partem fasciam deducere, ut diximus. et eger eadem respondeat quem admodum etiam supra: et laboret, et melius se habeat, et religetur simili modo. femularum quoque appositio eadem esse debet, femur autem quadraginta diebus corroboratur.

Quos nos musculos modo diximus, eos hic carnes Hippocrates vocat, vulgari versus appellatione: propterea quod caro omnis sensu praedita musculi pars est, quae in medio praecipue eorum reperitur. nam in extremis partibus neruosi magis musculi apparent, quam carnosissimi.

Insuper intelligendum illud est: femur in exteriorem partem magis quam interiorem: magis item in anteriorem, quam posteriorem obstippum esse: ac propterea in has quoque partes si recte non curetur, distorti solere: cumque in partibus carne magis careat, occultari in distortionem non posse. quocirca si tale quippiam suspiceris, machinari ea debes quae in brachio distorto facienda consulimus.

Obstippum hic, id est γαῦσον, obtortum ac curuum significare ex ipsa re perspicuum est, femur, nam rectum non planum est, sed in exteriorem et anteriorem partem magis incuruatur: ut in contrarium cauius euadat. Siue autem γαῦσος dicendum sit cum acuto accentu, an γαῦσος cum circumflexo, in dubio est. cum non admodum in usu apud graecos huiusmodi vox sit: Sed ex analogia tamen nonnulli circumflexum hoc nomen censent, non secus ac καῦσος, μαῦρος, γαῦρος. quorum nominum primum febrem ardentem, alterum maurem, vltimum superbum significat. Alij contra acuto accentu scribi debere asserunt eo argumento, quod omnia quae morbos et affectus huiusmodi significant bisyllaba nomina acuto accentu pronunciantur: ut χαλδός, λορδός, σρεβλός, κρητός, βλαυσός, εἰμβός, id est claudus, repandus, tortus, incuruus, valgus, varus: nec tantum bisyllaba, verum etiam fere omnia reliqua, quae sunt affectuum huiusmodi significatiua, ut est ἀρθρωτικός, πλευρωτικός, ἰπιατικός, hoc est articularis, lateralis, iecinorarius. Vtro igitur modo quispiam proferre velit, concedito: siue circumflexo accentu utatur, siue acuto: in quod tamen propendere eos tantum deprehendi qui librum hunc legunt. sicut igitur quisque voluerit, etiam tu pronuncies, neglectis et accentibus et nominibus his, utpote quae ad philosophiam nihil conferant: ac multominus ad geometriam, aut arithmetica, aut musica, aut astronomiam. Quasi nulla ars ad finem suum consequendum miserorum ac perditorum horum verborum minuta ista curiositate indiget, hoc hominum studium non modo admittendum non est, verum etiam quammaxime deridendum.

Circumijcienda autem pauca lintea sunt et circa coxam et ilia: ut et inguina, et articulus qui in eo loco est, quae dicitur gressura, insuper deligetur. nam et alioqui confert, et ob id quoque, ne extremae femularum partes si supra indeligata applicentur, ledant.

Os quod femoris caput excipit, ἰχίον, id est coxa appellatur: quemadmodum concauitas eius acetabulum dicitur. vtriusque his nominibus poeta eo loco utitur, cum inquit. Quae coxae femur innexum est, acetabulum at ipsum appellat. Ilia autem, id est ἰχίον, iliorum ossa nonnulli interpretantur: alij superiorem partem, quae proprie a laxitate λαπαρῶν, hoc est cassum, vocatur. cuius nominis apud Homerum fit mentio eo versu, perque ilia vulnus adegit. Sed

A Sed ego sicut λαπαρην & ex experientia, & ex usu tu Hippocratis & Homeri, tum ipsius morbi partem eam esse affirmare possum, quæ inter thoracis, & iliorum ossa subsidit: dicitur autem de ea suo loco: ita de hoc verbo ἰξύων quid asseram dubito. Nam cum singulari numero Homerus eo usus ita inquit, Ἰλιὸν περιδύσει ζώνην, illi circumdat zonam centum orbibus aptam, eam corporis partem esse ille existimaret quispiam, quæ inter thoracis & iliorum ossa interiacet: propterea quod ei loco cingulum circumdari verisimile sit. Cum vero rursus hac oratione Hippocrates plurali numero deliganda ilia dicat, & par sit, ut ad iliorum ossa ascendat deligatio: hæc ilia hic dici opinari aliquis merito posset. Ad præsens autem negocium scire illud utile est: cum in superioribus femoris partibus fractura contigerit, tunc non solum usque ad inguina esse deligandum, sed ad superiores etiam partes fasciatione progrediendum, quæ quidem partes sunt, primum coxa, deinde iliorum os, tum ossibus carens ac vacuus locus, quem λαπαρην, nominant.



DELIGATIO CIRCA FEMUR. INGVINA COXAM, ILIORVM OSS ET ILLA.

Siue igitur hucusque etiam producere deligationem velit quispiam, concedendum est: siue iliorum ossibus deligatis contentus sit, non est laborandum, ut ea transgrediens ilibus ite fasciam circumducatur: cum ante omnia id curet Hippocrates, ut nullus locus dum deligamus absque fasciatione relinquatur: sed omnes partes ex æquo linteis comprehendantur, quoad occupatum sani etiam aliquid videatur. πλιγὰ δα autem, id est gressuram alij per γ, alij per χ scribendum putant: locumque significat medium inter duo crura, quo videlicet in diductione feminum gressuum vicissitudines

B deambulando efficiuntur. unde etiam ἐκπεπλιχθαι & διαπεπλιχθαι verba. i. egressum esse, & digressum esse apud ipsum habentur. quinetiam apud Homerum, campo hi gradiuntur aperto.

71 Deficere siquidem à nuda parte semper ferulae & hinc & inde multum debent, semperque id providendum est, ne aut supra os ex ijs qui iuxta articulos natura prominent, aut supra nervum articuli impositio ferularum fiant.

C Licet de vna aliqua specie agat Hippocrates multa etiam communia & generalia docere interdum solet: quod cum facit, ut non ad solam ea speciem, sed vel ad omnes, vel ad plures, vel ad aliquas pertinere declarat: interdum semper sicuti nunc: interdum ad multa utile est hoc intelligere: aliquando ad omnia utile hoc est: atque huiusmodi quædam, orationi suæ adiungit. Quod n. nunc præcipit, vere semper utile est: neque in femore tantum, sed in omnibus quoque fracturis observandum est, quæ ferulas admittunt, tanta enim eas longitudine esse convenit, ut nudam partem non attingant. maximeque id cauendum esse inquit, cum extremæ ferularum partes ossium prominentijs appropinquant.

72 Tumores autem qui in poplite, aut pede, aut aliqua alia parte ex compressione existunt, lanis multis succidis bene carminatis vino & oleo madentibus cerato sublinendo deligande sunt, & si ferulae comprimant cito laxandum, gra-cilescent autem, si supra ferulas linteis tenuibus ab infima parte sursum fasciando tumores deligares.

D Tumores qui ex humoribus ex vehementi compressione illuc elisis existunt, atque exurgunt: lanis multis succidis bene carminatis, oleoque & vino irrigatis deligando curandi sunt. prius tamen cutem supra quam hæc imponenda sunt, inungi cerato iubet, tum eandem deligationem ab inferiore parte sursum faciendam censet. Ac de modo quidem deligationis ipse superius edocuit, cum unde incipiendum, quoque voluenda ac deducenda fascia sit, iam dixerit. de vi autem medicamentorum quibus vitur, dictum quidem fusius in proprijs tractationibus est: dicentur tamen etiam nunc summam ea quæ ibi fuerunt declarata. Oleum igitur sensum doloris mitigat, discutiendi que vim habet. vinum exiccat, reprimat, concoquit, emollit, discutit. patet item sordidas lanas, quæ succidæ appellantur, necnon ceratum unam cum mitigandi vi discutere ac reprimere: ut merito ex huiusmodi medicamentis curationem constituerit. Quoniam enim tumor ab humoribus à deligatione illuc expressis maior, quam par sit, evadit: primum spectandum in curatione eius illud est, ut quod in membro tumescente præter naturam collectum fuit, exinaniatur. id autem reprimendo, & discutiendo, & mitigando fieri maxime potest. reprimendo quidem ac discutiendo, ut prorsus, quod superuacuum illic est, euacuetur. mitigando, ne ob dolorem fluxionem pars affecta patiatur. Nam propterea in inflammatis minus discutientibus, minusque reprimentibus uti consuevimus: quia quæ vehementem hanc vim habent, dolores irritant. Hoc consilio itaque Hippocrates ad hanc curationem succidas lanas, id est sordes habentes, oleumque & vinum, & ceratum assumit. Lanas autem bene carminatas esse iubet, id est subactas & conceptas, lenitudinis & mitigationis causa, quæ enim sunt lotæ, ubi carminantur, facile mollescunt: succidæ vero ob sordem non faciles carminatu, conceptuque sunt, quocirca si negligentius subigantur dolentibus membris sicca ac duræ occurrunt. Ideo cum sciret hoc aliquando negligentius fieri bene carminatis/

natis/adiunxit. Multas etiam assumendas inquit, ut conseruare vini & olei humorem queant, facile siquidem arescunt, quæ paucae sunt. Modus vero deligationis priorem scopum, sicut dictum est, seruat: ut ab intumescens partibus sanguinem ad superiora auertat. E

Ita enim gracilis quamcittissime tumor efficeretur. 73

Si proprie quis loqui vellet, intumescens membrum, non tumorem gracilem euasurum esse dixisset, is enim non gracilescere, sed tolli prorsus a nobis debet. Sed ita plerumque veteres loquuntur: & praecipue ij qui facundissimi habentur, neglecta ista postea exercitata in nominibus minuta loquendi curiositate: quam qui tractant, exquisitam loquendi diligentiam appellare consueverunt, qui sane laudandi essent, si hac sua exquisita loquendi diligentia siue loquendi proprietate, quomodocumque voluerint nominare, clarius res, quam veteres scriptores, explicarent. sed si & obscurius & humiliter id faciunt, cur veterum negligentia non eligenda magis sit, non video.

Transgrediereturque supra priores deligationes, sed hoc tamen deligationis modo utendum non est: nisi periculum sit, ne tumor aut pustulas contrahat, aut nigrescat, at nihil tale sit, nisi nimis quis fracturam comprimat, aut inclinatam habeat, aut manu scalpat, aut aliquid aliud quod irretet, corpori impingat. 74

Ex hac lectione alij supra deligationem ascendere humores ex tumoribus elisos volunt: alij ad loca deligationis tantum peruenire, quorum sane discordiam iudicare, si definiatur deligatio, difficile non est, nam si remissis ferulis tumentem partem eo quo dictum est modo, deligaremus, aliquid sanguinis in loca deligationis deferretur. si vero detractis ferulis resolutaque tota deligatione statim de integro modo eo, quo in fracturis solemus, vli, a tumoribusque exorsu deligaremus: fieret ut humor elius priorem deligationem in superiora loca trascenderet. F

Canalem siquis sub ipsum femur ita subijceret, ut poplitem non excederet, obesset is magis, quam prodesset, non enim ueraret, quo minus aut corpus, aut tibia sine femore moueretur. nam et molestus esset popliti admotus: et quod minime decet, id facere permetteret, minime enim decet, ut genu inflectatur, nam omnem confusionem affert deligationibus siue femur sit deligatum, siue tibia, quicumque genu inflectit, necesse quippe ei est, ut et musculi alias aliam figurationem habeant, et ossa fracta moueantur. ante omnia igitur curandum est, ut poples quoque extensus sit, uideatur igitur canalis prodesse, si simili modo a coxa usque ad pedem subijciatur. 75

Deinceps postquam de tumoribus dixit, de canali scribit, de quo satis a nobis dictum superius fuit, nam & velle eum docuimus, ut vel perpetuum, id est continuum & toti cruri substratum canalem subijciamus: vel penitus omittamus. & de capsula machinaria a recentioribus medicis recte excogitata, nonnulla declarauimus. G

Præterea sub poplitem mitella laxè circumdanda cum canali est, non secus atque infantes in cunis fasciantur, deinde ubi femur in superiorem partem, aut in latus uersabitur, firmitus cum canali ita detinebitur. Si igitur fieri debet, perpetuus faciendus, uel non faciendus canalis est. 76

Quod ait cum canali, duplici modo intelligitur a quibusdam. Alij enim extrinsecus canali circumijciendam mitellam censent: ut inquit, mitellam laxè utriusque rei simul esse circumdandam & popliti egrotantis, & canali extrinsecus: ut poples ipse a mitella non ipsi, sed canali tantummodo circumiecta continetur. Alij vero ipsi popliti extrinsecus circumijciendam mitellam putant, ut unam cum canali ipsa quoque crus sustentet: hoc est unam cum subiectione canalis, eo quod neque ipsa sola, neque solus canalis ad stabilimentum sufficiant, sed utraque simul requirantur.

Valde autem laborandum est, ut summus calx et in tibia, et in femoris fracturis apte deponatur, nam si pes suspensus fuerit, reliqua tibia affulta: necesse est, ut in anteriore parte tibiae ossa in curua appareant. Sin autem calce altius, quam conueniat fulto, tibia suppendula sit: os idem in anteriore parte tibiae cauius iusto uideatur, necesse est: praesertim si calx forte hominis magnus natura fuerit. Cæterum omnia ossa tardius corroborantur, nisi naturali situ collocata sint, in eademque figuratione quieta permaneant: imbecilliusque occalescunt. 77

Superius cum de cubiti appensione loquebatur, diximus nonnullos sine negatione, alios cum negatione suspensum legere: eosque qui addebant negationem suspensum interpretari dependentem, ac nullo subiecto sustentaculo firmatum, contra alios qui tollendam negationem assererent, suspensum pro eo sumere, qui supposita mitella firmiter gestaretur, ac stabiliretur. Affultam autem, id est ἰσχυρισμένην inquit firmatam ac subnixam a verbo ἰσχυρίζειν, quod ἀπὸ τῶν ἐρμάτων, id est a fulciminibus deduxit, fulcimina autem etiam apud Homerum agnoscimus, eo uersu, Fulcimina puppibus abstrahunt, erit igitur affulta/profirmata. 78

Galenus 79

Curacionem earum fracturarum in quibus ossa denudata sunt, aut partes exulceratae, noxarumq; gibbi cubiti, & genu absoluit.

1 **T**que hæc quidem sunt ijs, quibus fracta tantum ossa sunt, non autem extra eminent, neq; alioqui ulcus contingit.

B De simplicibus fracturis hucusq; disseruit, in quibus neq; os extra cutem eminent, ita ut nudum appareat, neq; omnino ulcus contigit. nam ossa extra eminere & nudari absq; musculorum qui circumiecti sunt, & cutis diuisione non posse perspicuum est. ulcus vero fieri, etiam si os fractum minime denudetur, potest. transit igitur iam ad loquendū de fracturis, quæ vel cum ulceratione sola, vel ossis denudatione fiunt.

2 **A**t quibuscunque simplici modo fracta ossa sunt, & non multifarie, si eodem die aut postero reposita, atque in sedem suam data sint, neque sit timendum ne fragmentum aliquod recedat: quibus item licet ulcus accesserit, ossa tamen fracta non extra eminent, neque modus fracturæ is est, ut fragmentorum timeri recessus possint: ij simplici modo curandi sunt.

C Fracturarum cum ulcere duplicem curatiōis modum tradit: alterum, cum vel nuda aliqua ossis fracti pars, vel rescissum aliquod fragmentum comminuti ossis vrget: alterum, cum neutrum horum est, sed ulcus solum cum fractura quæ apte cōposita fuerit. Nam si recte extensio & conformatio adhibita fuerit, neq; extra cutē ps ulla ossis emineat, neq; recessio aliqua suspecta sit: in his quidem curandi speciem immutandam non censet. Alteram enim adhiberi vult, cum ulcus simul qdē cū fractura contigit, & os extra eminent, non timetur tñ ne aliqd' fragmētū à fracto osse rescindatur: alteram, cum fractū os licet occultetur sub cute, in opinione tamen est aliquādo separatum iri à natura aliquod fragmentum, ac per locum ulceris erupturum. Cum prima affectio contingit, modo deligationis vtendum censet, quem in fracturis sine ulcere adhiberi docuit: cū secunda accidit, modum curationis, vt deinceps discemus, immutat, melius enim est vt rem ex ipso intelligamus.

3 **A**tque alij quidem qui neque magnum bonum, neque magnum malum faciunt, ulceribus purgante aliquo medicamento imposito medentur, aut picato cerato, aut cruento, aut aliquo alio, quod facere consueuerunt. Eos ego qui plagulas uino madefactas, aut lanas succidas alligant, uel tale aliquid, laudo: ubi autem purgata ulcera fuerint, & iā coalescunt, tunc multis linteis deligare, ac dirigere ferulis conantur. Hæc sanè curatio sicut boni aliquid affert, ita malum non magnum facit, sed ossa tamen non simili modo in sedem suam coaptantur, sed aliquantulo turgidiora corpora ea parte, q̄ opportunum sit, efficiuntur.

D Fracturarum cum ulcere curandarum duplicem modum ab Hippocrate tradidit: à quorum primo nunc incipit, eosq; prius reprehendit qui male ulcerationem illam curant, in qua ubi conformatata apte fractura est, nulla suspicio est, ne fragmentum aliquod postea rescindatur. Nōnulli igitur medici, inquit, eis qui ita affecti sunt, inter initia quidem medentur perinde ac si ulcus solū haberent: ubi vero satis mediocriter id se habuerit, deligationem fracturis accommodatam adhibent. summa huius orationis hæc est, longius tamen Hippocrates ipsam produxit, dum sigillatim omnia perceret. Ego eos uti curatione eiusmodi dixi, perinde ac si ulcus solū absq; fractura cōtigisset, ipse ēt ea quibus medent, adiunxit: picatiq; cerati, & cruenti medicamenti, & purgantis, plagularūq; uino imbutarum mentionē facit. Cruentum autē medicamentum quod inquit. i. *ἐναιμόν*, nunc quoq; vltimatissimū apud medicos nomen est, de illisq; medicamentis dicit, quæ vulneribus statim à principio ubi facta sunt, imponunt, cū nondum sunt sicca, sed adhuc cruentant: hoc est è cute vulnerata, aut ēt carne sanguis rorando destillat. At medicamentū purgans illud est, qd' vnà cū eo q̄ exiccat, id quod præcipuum in ulcerum curatione esse demonstratum est: quandam ēt abstergendi vim habet, qua ulcera pura efficit. Huiusmodi medicamēta ex squāma gris, & æruginis componuntur duplici modo. Alij enim æruginem decoctam, alij crudam miscunt: quæ cruda confecta sunt, viridia: quæ decocta, vermicula appellantur. hos enim colores præ se ferūt. Atq; hæc quidē medicamenta, quoniam mediocriter abstergunt, purgandorum ulcerum vim habent. huiusmodi autem esse ea quæ sordem ex ulceribus expurgant, docuimus. quæ aut absterfione cauent, cruentis imponuntur. quæ etiam ipsa nō secus ac priora ex particularibus materijs variant.

nam

nam sicut de illis exempli causa æruginem, & squammam æris dixi, alia quoque talia poteram eodem modo dicere: nuncque satis erit, si absque purgandi vi cruenta ea medicamenta appellari dicamus, quæ ex bitumine conficiuntur. exempli enim causa hæc commemorabimus, cum omnis eorum materia in libris de medicamentis fuerit explicata. Picatum autem ceratum & sensum doloris mitigare, & pus mouere apud omnes ferè constat: tuncque præcipue conuenire, cum in inflammationem iam vlcus inciderit. nam cum neque ad purgandum forde, neque ad glutinandum, aut cicatrice obducendum vlcus idoneum sit: ad aliud uti eo potest nemo. At vino madefactæ plagulæ ob vinum reprimendi vim habent. & ab ijs, qui ita curant continendi causa assumi consueuerunt, cum ob vlcus subligaminibus, id est fascijs subiectis vtantur. Sed quæcunque scienda ei sunt qui rite vlcus vult curare, tum in tertio & quarto libro curatricis artis ordine vnicuique accommodato, explicata sunt: tum in explanatione quoque libri de vlcerebus quantum satis fuit, fuerunt commemorata. Nunc ad præsentem rem satis hæc sunt, quæ diximus: quippe cum opus futurum sit, ut rursus de curatione huiusmodi affectuum agamus, quando Hippocrates ipse id docebit. nunc enim de alijs medicis loquitur, inquitque eos peccare, non tamen alicuius momenti errorem eorum esse. In quo igitur peccant? si hoc enim cognouerimus, illud quoque perspicemus, quod inquit, neque magnum aliquod bonum, neque magnum malum ipsos facere. In eo videlicet error eorum consistit, quod cum vlcerationi non male prouideant, fracturam inter initia negligunt, accommodatam ei deligationem postea adhibentes: qua vtendum, vt dixi, à principio est. Propterea inquit, turgidiora ossa euadunt. nam cum melius sit, vt toto tempore reprimantur, & compingantur, ipsi primis diebus, atque illis quidem non paucis id facere omittunt. siquidem, vt ait, vbi iam ad conglutinationem deuenerunt vlcera: ipsi tunc primum vt fracturis conuenit, deligant. patet enim cum suppurent vlcera, prius esse purganda, quam eò deueniant, vt coalescant. id autem trium, aut quatuor dierum numerum planè excedit.

Quin breuiora quoque redduntur, quibuscumque utraq; uel tibie uel cubiti fracta ossa fuerint.

Proprium breuitatis Hippocratis est, vt ijs, quæ subiungit, quæ in superioribus prætermissa sunt, declaret: id quod etiam nunc facit, cum enim prius ossa turgidiora fieri dixerit eorum quæ a medicis ita curantur: in omnibus ne, an aliquibus tantum id fiat, non definiuit, sed nunc aperte manifestat non in omnibus, sed in illis tantum id contingere, in quibus alterum os tantum fracturam passum fuerit, partes enim fractæ cum non omni curationis tempore compingantur & astringantur: non reprimuntur, sed turgescunt, non tamen breuius os euadit: quia alterum quod est illæsum, atque integrum, ei longitudinem naturalem conseruat, sed vbi duo simul ossa effracta sunt, fit vt partes altiores ossium fractorum, sicut superius demonstratum est, vnà cum musculis retrahantur, quam ob causam etiam ante conformationem extensionem adhibebat. Et quia sine accommodata deligatione coaptatio ossium seruari non potest: propterea deligationi, quoad callus obducatur, accurate studendum censuit: quam qui negligunt, vlcerationis tantum cura habita, non solum in maiorem tumorem, quam naturaliter conueniat, membrum inducunt: verum etiã breuius efficiunt.

Alij sunt qui huiusmodi fracturas linteis statim curent: atque hinc & inde linteis conuoluentes, qua ulcus est, intermittant, refrigerarique id sinant. postea supra ulcus medicamento aliquo purgante imposito, & plagulis uino imbutis, & lanis succidis, ita medeantur, curatio hæc mala est. uerisimileque est hos qui ita curant, cum in alijs fracturis, tum in huiusmodi maxime desipere. quippe cum præcipuum illud sit ac maximum, ut cognoscamus quo modo iniiciendum initium linteorum sit, & qua parte maxime comprimendum, quã utilitatem item consequantur ægri, si quis & recte initium fasciæ coniiciat, & qua maxime est opus, comprimat: quo contra danuo afficiantur, si neque recte fasciatione incipiat quispiam, neque qua maxime conuenit, sed hinc & inde tantum compressionem faciat. Quæ sanè ex utrisque eueniant, & dictum etiam superius est: & ipsa quoque medicina testificatur. quippe cum necesse sit, ut ei qui ita deligatur, tumor in ipso ulcere insurgat.

Eorum qui maxime lædunt, mentionem hic facit Hippocrates, omniaque quæ agunt clare explicat: erroresque ipsorum euidenter conuincit, vt siquis diligenter aduertere animum ijs, quæ dicuntur, velit, mea opera non indigeat.

Nam si sanum corpus hinc & inde deligatum fuerit, in medio autem intermissum sit: id qua intermissio facta est, intumescet, ac decolorabitur. quomodo igitur ulcus hæc non patietur?

Quicquid carnosæ substantiæ est appellare Hippocratem corpus, id est *χρῶτα*, quo uocabulo hic utitur, dictum etiam superius est. Sed aduerte mihi animum, vt intelligas rationalem medicum, si quod fieri debet inuenerit, longam experientiam non expectare. isti huiusmodi fracturam curant vlcere non deligato, sed utrinque ab eo fascijs circunciectis. & non ex ijs, quæ ipsi agunt, sed ex morbi malignitate, inflammatione vexari, ac male affici vlcus existimant. Cùm primus qui huiusmodi curationem excogitauit, eam praua deceptus ratione inuenerit: alij uero qui eam ex consuetudine susceperunt, eam seruent, eo quod immutare atque innouare quicquã non audent, ex qua re quid aliud euenit, quam vt magnum malum efficiant: id enim planè omnibus contingit qui experientia absque

A absq; ratione artes exercent. Quia re sola ratio, cum ex ipsa rei natura profecta fiduciam habeat, q̄ ex longa consuetudine male aguntur, audet immutare. Sed quæ ratio est hæc, qua fretus Hippocrates istorum curationē immutare est aggressus? non probabilibus sanè aut absurdis vsus summptionibus, sed scientiam afferentibus, & necessarijs. Nam si in sanis corporibus modus hic deligationis in mediam partem, quæ inter fascias extat, vtrinq; sanguinem elidens inflammationē affert: quo modo in membris iam affectis idem multo magis non efficiet?

7 Necesse igitur est, ut ulcus decoloratum, & expressum, & lacrymosum euadat, nec suppuret: ossaq; quæ recessura minime erant, recedant.

B Quæ ex praua deligatione accidunt, hic scribit: quæ omnia ex magnitudine inflammationis eueniunt. Labra enim vlcis ob eam inuertuntur, non secus atq; ea quæ labra proprie appellantur, oris videlicet, quando inflammationem patiuntur. Decolor item totus locus efficitur, atq; id nō iniuria, nam hoc quoq; inflammationem magnam consequitur. Tum ex ipso vlcere sanies quædam tenuis, atq; incocta emanat: perinde atq; in oculis lacryma, cum laborant inflammatione, inde enim per translationem ita affectum vlcus lacrymosum hic vocatum est. Præterea donec in hunc modum deligata fuerit pars, concoctio nulla humoribus qui inflammationem gignunt, contingere poterit. Accedit q̄ necesse erit, vt ossium pars aliqua mora temporis noxam ex incoctorum humorum affluentia contrahat. quocirca nisi destiterit ab hac praua deligatione, qui ita curat: nihil mirum erit, si aliquid ex ipsis recesserit. Reliqua in tota hac oratione clara admodū sunt, si quis attendat, vt dixi: eaq; memoria teneat, quæ prius edocuimus. omnia enim hæc ad illa referuntur, illisq; attestantur, sicut ipse etiam Hippocrates significat.

8 Necnon pulset ac febrile vlcus efficiatur: ut cogatur ob intumescentiam emplastra imponere. id quod inutile ijs qui hinc & inde deligati sunt, euadit: cum nihil ipsis nisi pōdus quoddam inutile ad pulsus illum superueniat. Postremo vero cum iam recrudescit malum, fascias resolvunt, & sine deligatione postea reliquam curationem persequuntur. & si aliquod aliud vulnus huiusmodi deprehenderit, nihilo minus eodem modo ei medentur. neq; enim deligationem hinc & inde factam, & vlcis refrigerationem esse in causa, sed aliquod aliud infortunium putant. Ego quidem tam multa hac de re minime scripsissem, nisi certo scire, & inutilem esse huiusmodi deligationem, & multos esse qui ita mederentur: necnon opportunum fore, si dediscerent, recte autem scripta esse quæ superius scripsimus, testimonio illud est,

C siue videlicet maxime, siue minime comprimende fracturae sint. Oportet autem summam ita dicere: Quibuscuq; ossium recessio in expectatione non fuerit, ijs eadem curatio adhibenda est, ac si ossa tantum fracta absq; vlcere sint. nam & extensiones & directiones ossium, & deligationem eodem modo faciemus. super ipsum enim vlcus plagula tenuis duplex picato cerato illita imponenda, ac circum circa albo cerato inungendum est. At lintea tamen & alia latiora aliquantulo scindi debent, q̄ si vlcus non esset, idq; quo primo deligamus, latius multo q̄ vlcus esse oportet, quippe cum angustiora vlcus ipsum cingant, id autem non debet, sed à prima circunvolutione totum vlcus comprehendendum est.

Paulo ante dixit in his qui ita deligantur, ad ipsa vlcera intumescentiam elidi: intumescentiam *οἰδῶς* appellans. Nā ex praua deligatione ex vtraq; vlcis parte facta sanguis expressus turgiditatem quandam præter naturam in medio facit: quam *οἰδῶς* & *οἰδημα*, id est intumescentiam seu tumorem nominare ipsi mos est. hic vero tumor, cum pulsus ei, calorq; ignitus accessit, eam quæ non multo ante proprio nomine ita fuit appellata, inflammationem inducit: antiquitus enim vt sæpe à nobis demonstratum est, incensionem omnem *φλεγμονήν*, id est inflammationē vocabant. à temporibus vero Erasistrati nomen inflammationis in consuetudinem abire coepit, vt de tumoribus illis diceretur, in quibus non tantummodo calor incensus & flammeus, verum etiam percussio, & pulsus existit: qui sanè ruborem quoq; necessario habeat. ex multo enim calore rubor exoritur, sicut percussio & pulsus ex oppletione. Cum posset autem Hippocrates loco *πυρετῶδους*, id est febrilis, *πυρετῶδες*, hoc est igneum dicere: febrile dixit à feruore & igne deducta appellatione, vt significet, quemadmodum mihi videtur, febrem quoque ipsam, quæ *πυρετὸς*, dicitur *ἀπὸ τοῦ πυρὸς*, id est ab igne fuisse nominatam: eamq; esse febris essentiam, q̄ calorem igneum habeat.

Vid. c. p. ad glau. in fi. ex lib. 2. cap. p. 5. fo. 1.

Vid. c. p. t. diff. feb. cap. 1. ex 6. epid. pars. p. com.

9 Ita ut hinc & inde linteam superexcedat.

Raro ab auctoribus *ἐνθεν καὶ ἐνθεν*, id est hinc & inde pro à superiore & inferiore parte dicitur. plerunq; enim cum de partibus, quæ à latere sunt, intelligunt, vti hac loquutione consueuerunt, hic tamen antiquo loquendi modo Hippocrates dixit.

10 Atque iniici quidem linteam debet ex ipsa ad vlcus processione: comprimendumq; paulo minus, quam si vlcus nō esset: deuoluendaq; deligatio, quemadmodum antea dictum fuit. Lintea autem mollia quidem semper sint, magis tamen in his, quam si vlcus non esset: neq; pauciora q̄ quæ prius dicta sunt: immo etiam aliquantulo plura esse debent. Vbi deligatum fuerit, ei qui deligatus est affultæ quidem, non compressæ tamen fasciæ esse videantur, dicatq; is supra vlcus maxime affultas eas esse. iisdemq; temporibus affultæ, & iisdem laxæ esse videantur, sicut in superioribus fuit declaratum. Tertio item post die religandam est omnibus in similes modos, ijs quæ superius dicta sunt, immutatis: nisi

q̄ in

Gal. in lib. Hipp. de fracturis

¶ in uniuersum minus aliquanto hæc comprimenda, q̄ illa sunt. et si pro ratione quæ uerisimilia sunt, siã: pars iuxta **E**
ulcus gracilior semper reperietur: gracilia item reliqua omnia, quæ à deligatione continentur. suppurationes etiam ci-
tius q̄ in ulceribus quæ aliter curantur, fiunt. et quæcumq; caruncula in uulnere aut denigrata, aut emortua fuerint, ce-
lerius sub hac curatione, q̄ sub alijs circum abrumpentur, atq; excident. Præterea ulcus si hoc modo curetur, q̄ si alio,
maturius ad cicatricem deuenit. omnium horum causa est, q̄ et pars in qua est ulcus, et quæ circum circa adiacent
omnes, gracilescunt.

Ex processione, id est κκτ' i ξiv, semper pro ex directo ponit, aliquando per longitudinem cor-
poris, aliquando per latitudinem, quemadmodum nunc. Vult enim ut primæ fasciæ initio vel à
dextra vel à sinistra parte vlcis posito, eam ita deuoluamus, ut totum ipsum comprehendat, ac
nulla eius pars nuda relinquatur.

Sed reliqua quidem omnia in hac curatione simili modo facienda sunt, quemadmodum si fracta ossa absq; ulcere **11**
fuisent. ferulæ tamen non sunt apponendæ. propterea lintea plura esse his debent quàm cæteris: quia et minus com-
primitur, et ferulæ tardius apponuntur.

Cauet ne ferulæ vlcis fracturis apponantur, compressionem videlicet ex ipsis formidans. **F**
propterea etiam linteis non esse comprimendum iussit: pluribusq; ipsis esse utendum ob duas
has causas dixit: id quod memoria tibi tenendum est: quia & minus comprimitur, & ferulæ tar-
dius apponuntur.

Si tamen eas apposueris, non ex processione vlcis id faciendum est: se d laxè apponendæ. cauendumq; ne ulla ma- **12**
gna constrictio ex ferulis efficiatur. Dicitur autem hoc quoq; est in ijs quæ scripta superius sunt. uictu exquisitiore, atq;
eo diutius utendum illis est, quibus à principio ulcus contigit, quibusq; ossa extant. Idq; in uniuersum dictum sit: quo
grauiora uulnera sunt, eo exquisitiore, et diuturniore uictu utendum est.

Ex processione & ex directo per longitudinem audiendum nunc est. in longitudinem enim
ferulæ apponuntur. ac prius quidem adhiberi ferulas prohibet: nunc quasi eas aliquando conce-
dat, ita inquit, si tamen ferulas apposueris: quod quomodo ipse hic, & in crure facere consueue-
rit, asserere contentiose non possum, cum nullam ipse hic distinctionem subiuxerit. quod autem
ego facio, illud uero explicabo. Cum fractura cum vlcere interdum in longitudinẽ membri cõ-
tingit, tunc ex utraq; vlcis parte circumdari ferulas licet: cum transuersum vlcus euasit, id maxi-
me si maius sit, vetat quo minus imponi ferulæ queant. **G**

Eadem hæc ulcerum curandorum ratio illis etiam adhibetur, quibus nullum à principio ulcus extiterat: si inter **13**
medendum uel ex nimia linteorum compressione, uel ex ferulæ infestatione, uel ex aliqua alia causa factum fuerit. Cogno-
sci an ulcus subsit, potest, dolore, et pulsio: et si tumor qui in extremis extat, durus efficitur: siq; digitum impressis, in-
surgit quidem, sed statim tamen recurrit. q̄ si tale quippiam suspiceris, soluendũ tibi est, ac si sub subligaminibus, aut
aliqua alia deligationis parte prurigo sit, picato cerato pro altero utendum est.

Nunc de vlcibus loquitur, quæ fracturis mora temporis ex ferularum deligatione superue-
niunt. causasq; exortus eorum, & notas tradit, quibus an exortum vlcus sit, cognoscere quispiam
posset. tum ubi id innotuit, in consueto deligationis modo non esse permanendum: sed statim de-
tractis fascijs conuenientem curationem adhibendam monet: quam ipse dilucide satis scripsit.

Si autem nihil horum fuerit, sed ulcus irritatum inueniatur, nigrum aliquatenus aut impurum: futurumq; sit, ut **14**
carnes suppurent, nerui uero simul excidant: hi nihil prorsus sunt refrigerandi. neq; suppurationes hæc terrere nos debent:
sed curatio est adhibenda, reliquis sanè simili modo, sicut ijs quibus à principio ulcus contigerat.

Refrigerari pro nudari videtur accipere: id est detracta fracturis accommodata deligatione, **H**
tanquam vlcus curare. nõ enim nihil imponere, & nudum penitus locum relinquere refrigera-
re appellat: cum videlicet dicat, nihil prorsus sunt refrigerandi. quandam enim mediam medendi
uiam significat, ea autem est, si aliqua ex antedictis notis in vlcere apparẽte, statim deligationem
fracturis accommodatam finiamus, curationeq; vno die atq; altero adhibita, membrum modo
quo ipse sequenti oratione iubet, deligemus.

Sed linteis incipienda deligatio est ab intumescencia, quæ in extremis partibus insurrexit, admodum laxis: deinde **15**
in superiorem partem fascia semper est deuoluenda, ut compressa quidem nequaquam, sed supra ulcus maxime, in re-
liquis minus affulta sit. lintea quidem prima munda et non angusta esse debent: ac tanta multitudine, quanta si fe-
rulæ etiam adhiberentur: uel paulo minore.

In hac oratione manifeste ostendit uelle, ut deligatione incipiente à tumore qui in extremis
membrum partibus extitit, inde fascia continuata deuolutione sursum usque ad fracturam, ubi est
ulcus, deferatur ita, ut hæc quæ curandorum tumorum causa sit, deligatio cum altera, quæ fra-
cturis idonea est, coniuncta vnã intentionem ex paruis conuolutionibus conflata absoluat.
Fasciationem hanc uult affulta circa vlcus esse, id est applicatam atque inhærentem, laxè ta-
men,

A men, ne constringat: in reliquis vero partibus fracturæ, quemadmodum in fracturis absq; vlcere minus esse compressam. Obseruandum enim in omni deligatione illud censeat, vt ea pars maxime comprimatur, vnde elidendus sanguis est. linteorū aut conuolutiones in extremis partibus, quæ intumuerunt, fieri laxiores iubet: ea diligentia ipsis duntaxat adhibita, vt in vnam vnionē & cōiunctionem deligatio deducatur: non in eis præcipuam totius curationis vim constituens. non enim nigrefacta & emortua in vlceribus, quæ nunc curat, eiusmodi sunt. de illis enim superius his verbis inquit, Et tumor qui in extremis extat, durus efficit: siq; digitum impresseris, insurgit quædam, sed statim tamen recurrit. Quæ sanè tumorum eiusmodi sunt accidentia, vt merito neq; eos sicut molles esse negligendos, neq; eis præcipuam curationis vim, vt dixi, attribuendam censeat.

16 *Supra ipsum vlceris satis est, si plagula albo cerato illita detur, nam siue caro, siue nervus nigrefactus fuerit, excidet. quippe cum hæc huiusmodi non acris curari, sed lenibus debeant, non secus atq; ambusta. religare vero tertio post die opus est: ferulæq; non apponendæ, magisq; quiescendum q̄ antea est, inediaq; uacandum. Sciendum autem est siue caro, siue nervus ita computruit, ut decidere debeat: hoc modo & multo minus late proserpet, & multo citius decidet: multoq; graciliores circum adiacentes partes erunt, q̄ si resolutis linteis aliquid ex purgantibus medicamentis supra vlceris impositum fuerit. Adde q̄, quicquid ita pure moto exciderit & citius carne repletur, & citius ad cicatricem perducitur: quàm si illo modo, uel aliquo alio curatum sit. Præcipuum quidem in his est, ut recte & moderate deligare scias, ad id tamen figuraciones etiam quales esse debent, & reliquus uictus, & linteorum conuenientia insuper conducunt.*

Cur acris medicamentis curare vlcera hæc non oporteat, ipse explicauit, cum ea ambustis compararit, quia uidelicet ex commixtione acris, & calidorum humorum existunt, simul et illud significauit, picatum ceratū acris q̄ album esse. pix enim quo calidior, eò et acrior q̄ cera est.

17 *Quod si in nuper uulneratis deceptus ossium recessionem non futuram esse existimaris, ea uero recessura fuerint: modus curationis timendus non est, nullum enim magnum malū inde eueniet, si modo manu deligationes bonas atq; innoxias facere non ignores.*

Non timendus, inquit, est curationis modus qui fracturis conuenit, etiam si signa ossium recessionis apparuerint: quænam ea sint, ex sequentibus disces.

18 *Si ossium recessio in hoc curationis modo futura est, nota hæc erit, pus copiosum ex ulcere emanat, gliscereq; ulcus uidetur.*

Quando copiosius est pus quod emanat, quàm vlceris magnitudinē par sit: suspicandum est, affectum os esse. quod si gliscere quoq; ulcus uideatur, quod ὀργᾶν vocat: id est ad excretionem festinare atq; incitari pars quæ laborat: tunc pro certo id habere iam potes. Sed quo pacto incitari ad excretionem locum deprehendimus? primum quidem cum labra ipsa vlceris coire inter se nequeunt, sed dissident, atq; inuertuntur: deinde cum æger in intima membri parte motionem quandam latentem ac tacitam sentit, si auocata ab alijs rebus mēte & sensibus huic soli membro, quod hæc patitur, diligenter attenderit.

19 *Frequentius igitur ob madorem religandum est, nam alioqui & febres oriuntur: & si ualde à deligatione comprimantur, & ulcus, & circumiectæ partes gracilescent.*

Madorem, id est πλάσιν, superfluētes humiditates appellare consuevit, siue ex tenuibus, siue ex crassioribus humoribus consistit: cuiusmodi nūc pus est: quod dixit copiosius emanare quando ossis pars recessura est.


20 *Ac quæcumque quidem tenuium admodum ossium recessiones sunt, nulla magna mutatione indigent, nisi ut laxius deligantur, ne pus intercludatur: sed effluere facile queat. frequentiusq; religandum, quoad os recesserit, ferulæq; non apponendæ.*

In quibusdam exemplaribus magna non est, sed absolute est scriptum, nulla mutatione indigent: sed magis uidetur esse consentaneum, vt hoc modo legatur. Nam cum tripliciter deligationis ratio, quæ fracturis conuenit, immutetur, ac varietur: non ita absolute nulla mutatione esse opus merito dixisset, præsertim cum etiam si particula ea adiuncta sit, reprehendere hominē fortasse, ac falsum esse quod dicat, asserere quispiam possit. lubet siquidem nunc laxiora linteæ deligare: frequenter resolueri ac religare: ferulasq; nō apponere: & quarto loco id quod in vniuersum consuluit, multitudinem linteorum, quando intentio ipsorum laxatur, augere, & ferulas non applicare, sed modus tamen deligationis fracturarum seruatur: ad quem spectans non indigere mutatione aliqua magna hæc dixit. subligamine enim utendum tibi est, initioq; à parte affecta sumpto, terq; circum eam circunuolutione facta in superiorem partem finiendum, reliquis distributionibus linteorum, sicut ipse edocuit, deductis. Postea secundum subligamen eadem intentione iniectum deorsum deuoluendum, ac sursum iterum retrahendū est: laxioresq; inuolutiones eius faciendę: tum plagulæ, vt tradidit, imponendæ: fasciæq; desuper dandæ: sicut oīa in fracturarum deligatione

deligatione didicisti. At si magnorum ossium fragmenta fuerint recessura: deligationem fracturarum non amplius admittit, sicut in sequenti oratione declarabit. Merito igitur, nulla magna mutatione indigere hæc dixit. Verum si etiam absq; magna scriptum sit, ita accipi poterit, ut intelligamus modum deligationis fracturarum nulla ex parte esse immutandum. nam dum & subligaminibus utimur, non secus atq; illic, & initium deligationis idem facimus: primasq; inuolutiones, ac deinceps reliquas nihilominus: simili item modo postea plagulas iniicimus, easq; ipsas desuper deligamus: eundem profecto modum seruare dicendi sumus.

Cum uero maioris ossis recessio in expectatione fuerit, siue inter initia pranoueris, siue postea aduerteris, nõ amplius eandem curationem requirit: sed extensiones & directiones ita faciendæ sicut dictum est. plagulæ uero duplices sumendæ sunt latitudine non minore semidrantali, ad uulnus tamen quod fuerit coniectando. longitudine paulo quidem breuioribus, q̄ ut bis: sed multo longioribus q̄ ut semel circumire fractum corpus queant. tot autem multitudine sunt, quot conducit. has uino nigro austero madefactas à media parte incipiendo, quemadmodum fascia ex duobus initijs deligari solet: sic circumuoluere debes: & deinde asciatim alternatis capitibus ita dimittere.

De inuolutione fasciæ etiam in libro de ijs, quæ in medicatrina fiunt, dixit, fasciationem aliam simplicem, aliam rotundam, aliam ascia appellari.



ASCIA SINCERA INEQUALIS

Est autem ascia reuolutio fasciæ, quæ cū parū à recto declinet, in obliquum tamen nondū euadit, à fabrorum ascia, quæ paululum à recto abiēs in summitate decurruatur, ita dicta. Vult igitur, ut plagulæ hac figura membrum circudent, ita circuniectæ, quemadmodum fascia, quæ ex duobus initijs deligatur: id est ita, ut media plagularū pars membro primū applicetur: deinde reliqua quasi crura non orbiculariter circunuoluantur, sed paululū deflexe: ut ex opposita parte illi loco vnde inceperant, inter se mutuo decussentur, si-

milemq; coniunctionem X literæ efficiant. id quod si orbiculariter fuissent circunducta, nunquā euenisset. capita enim planè ex aduerso cum orbicularis cōuolutio sit, sibi mutuo occurrunt. Plagularum longitudinem declarauit, cum inquit, breuioribus eas paulo esse debere, quàm ut bis: & longiores multo, quàm ut semel sibi mutuo occurrant. Vult enim ut sæpe ab ipsis contineatur membrum, non semel ab vnaquaq; ex ipsis circūdatum, nam si in quem locum sibi occurrisset plagula, nulla alia membri parte ulterius comprehensa, ibi desisset: firma non fuisset detentio. dimidiam siquidem ferè partem ulterius ab ipsis comprehēdi debere significat, cum inquit, & paulo minores eas esse debere, quàm ut bis: & multo maiores, quàm ut semel circundare membrum queant. id autem fiet, si in media parte rotunditatis membri desinant. Quare si pedali lōgitudine esse deberent, ut semel circuirent: sesquipedali faciendæ sunt, ut in medio desinant: tanta parte eis adiucta, quanta à sesquipedali longitudine deficiebant. coniectanda igitur diligenter tibi est membri crassitudo, quo tanta longitudine efficere plagulas possis, ut vna & dimidia circunuolutione membrum complectantur. Quod si coniecturæ tuæ non admodum fidas, lōgitudinem exacte inuenies, si alteri sano membro eas circumiecieris. Perspicuum præterea illud est plagulas has ita continenter ac proxime inter se esse coniiciendas, ut nullus in medio vacuus relinquatur locus. Vino autem madefaciendas censet, quod colore nigrum sit, sapore austero, crassum constitutione. nigrum enim & austero ad huiusmodi affectus utilissimum est: cum & commune bonum, cuius causa assumitur, afferat: & reliquis astringentibus minus mordax sit. id quod in huiusmodi curationibus non leue existimari debet: quippe cum, ut docuimus, ex dolore inflammationes oriantur. vnde et si nõ admodum, sed mediocriter austero sit, magis probatur. quod, n. admodum austero est, cum carnē supra q̄ oporteat, contrahat & compingat: dolorem inducit, quin etiā quod substantia tenue est, cuiusmodi est album, aut flauum, aut vermiculum: huic rei ex eo ineptum iudicatur, quod in totam vlcera carnīs profunditatem penetrans ex constrictione, & compactione quā facit, sensum maiorē doloris affert. at crassum quale est nigrum, cū nõ alte in carnem penetret, sed sola qualitatis diffusionē ipsam refrigeret & contrahat: humores qui iam in ea continentur, reprimunt influentes sistit. Ac ratio quidem nigro & austero ita attestatur. Sed si experimento quoq; velis vim eius tentare, ac supra maxima & grauissima vulnera eo utaris: me verum esse deprehendes. Dictum autem etiam superius est, eo subinde madefaciendum vlcus esse: propterea quod cū lintea imposta paulatim exiccantur & calescant: inflammatio, præcipue æstate, consequatur necesse est. Quo tempore ego multos curavi, qui apud nos Pergamī in singularibus gladiatorum certaminibus, quæ à pontificibus celebrari consueuerunt, pessime fuerant fauciati. Supra vulnus complicata linteola uino huiusmodi madentia imponebam: supraq; ea spongas molles extrinsecus dabam: tū per totum ferè diem, totamq; noctem madefaciebā, subiecto prius corio leniter concauo sub membro vulnerato ad pedes, ut per id quasi per riuulum vinū ex infusione deflueret: in pel-

uimq;

A uimq; vacuum, quæ id exciperet, exinaniret: in quam quod defluerat vinum iterum sumptum denuo infundebam. Nam præter alia quæ hoc vinum in se habet commoda, illud est maximum, quod hebeti odore præditum est, cum enim alia quæ hunc odorem habent, caput vehementer feriunt: nigrum austerum neq; hac in parte læsionem ullam affert. Odoris autem hæc imbecillitas ex frigidityte temperaturæ ei contingit. vinum enim austerum ex terrestri substantia constare in libris de medicamentis demonstratum est. quare cum huiusmodi vinum ex terrestri cõmixtione frigida austerum euaserit: calidos vapores sursum emittere non potest. Dixi autem in principio etiam statim horum commentariorum, propterea quod multi sunt, qui in huiusmodi perfusionibus aberrant, qualem ego in gladiatoribus adhibebam: ceratum liquidum quod in simplicibus fracturis assumimus, licet vino sit longe imbecillius, eam vim tamen habere, ut efficere ea quibus opus est, satis possit.

22 *Hæc est ad ipsum ulcus faciendâ, et hinc et inde ab ulcere, neq; comprimendum, nisi quantum fulcimenti causa sufficiat.*

B Rursus hic non de latitudine, sed de longitudine membri intelligit, cum hinc et inde dicit. seruat enim perpetuum illud præceptum, quo iussit, ut deligatio semper non parum, præcipue in magnis affectionibus sanæ partis occupet.

23 *Supra ulcus autem picatum ceratum dandum est: aut aliquid ex ijs quæ cruentis sunt accommodata, aut ex alijs medicamentis quod irrigationi connutritum sit.*

Præcipua curationis vis in deligatione consistit primis diebus, quando ab ulceratis partibus quicquid humoris eò iam defluxit, elidendum: et quod ex superioribus partibus influit, prohibendum est. à tertio vero die picatum ceratum, cum ea quæ in ulcere sunt, concoquat, utilius adhibetur, sed Hippocrates statim à principio cum ipso facultatem etiam vini assumit: cum non tota substantia id ulcerato loco occurrere, sed per qualitatis diffusionem velit: ne aliqua molestia ex astrictione afferatur. non enim gladio illatum vulnus nunc curat: sed quod omnino contusam vel magis vel minus circum circa carnem habet. quippe cum ea quæ fracturam inducunt, carnis etiam aliquid cõtundere consueuerint. Merito igitur aliquid etiam cruenti medicamento superinijciendum censet, quod contusis cõducit, mitigationemq; affert. quod tamen habere vim eam vult, ut infusionem extrinsecus non repudiet, sed admittat: id est conueniens ei, consentiensq; sit, id enim connutritum hic significat.

24 *Si æstiuum tempus est, plagulæ uino frequenter sunt irrigandæ: si hyemale, lanæ multæ succidæ ex uino et oleo superimponendæ sunt.*

Quoniam in huiusmodi affectionibus nimia refrigeratio conuulsionis interdum periculum affert: vino autem frigidum tam habitu quàm facultate utendum est: iccirco veritus ne molestia aliqua per hyemem contingat, in qua ad curationis modum temporis quoq; frigus accessit: lanarum superpositione, mixtioneq; olei refrigerationis vehemētiam obtundit. Vult autem lanas succidas esse ob sordes, quæ cum caliditate frigiditatis etiam nonnihil obtinent.

25 *Petulca præterea substernenda est: defluuiâq; obseruanda, ut effluere facile possint.*

Siue capræ siue alicuius alterius pellis petulca, id est ἰξάλα appelletur, disputare hic superuacuum puto. non enim de verborum interpretationibus, sed de curationibus morborum hic agere nobis propositum est: ad quam satis est, si cognouerimus rarâ non densam pellem eam esse debere, quæ substernitur. quæ non solum quicquid ex infusione confluit, verum etiam sanies quæ eluuntur, excipere queat, ac deriuare: ita figurata in partibus iuxta pedes, sicut superius diximus.

26 *Memoriaq; id tenendum, loca hæc, si multo tempore eadem figuratone permaneant, intertrigines curatu difficiles contrahere.*

Partes circa os sacrum, quod etiam latum appellant, cum calefiunt, et torpore aduruntur, sub ipsa etiam cute ulcera curatu difficilia faciunt. post cutem enim cartilaginea ossium capita sunt, quæ nudata difficulter sanescunt.

27 *Quos autem deligatione sanare non potes aliquo modo ex ijs qui antedicti sunt, aut dicuntur: in primis curandum est, ut ij disposite fractam corporis partem è directo detineant: attendendumq; ut sursum magis quàm deorsum uergat.*

Non exquisitè è directo tenendum esse crus censet: sed ita, ut aliquanto altior extrema pars sit. Nam sicut dictum etiam superius à me est, figuratio decliuis facit, ut plus humoris in crus defluat: accliuus dolorē creat. Quapropter decliuis semper fugienda est: accliuus quoad dolore non afficitur crus, eatenus admittenda.

Si uero bene quis et facile uult operari, is adhibere etiam medicamenta debet, ut pars corporis fracta iusta et non uiolenta extensione distendatur, machinamentis autem uti in tibia maxime licet. Nonnulli sunt qui in omnibus tibiæ

Septima Classis.

IIIIII fracturis


Gal. in lib. Hipp. de fracturis

fracturis & quae deligantur, & quae non deligantur, pedem extremum lecto, aut alicui alteri ligno iuxta lectum defosso alligent, ij sane mala omnia, & bonum nullum efficiunt, neque enim extensioni adiumentum ullum haec affert alligatio, cum nihilo minus reliquum corpus ad pedem concessurum sit: neque ad directionem quicquam prodest, immo officit, si enim reliquum corpus uel hac uel illac uersetur: uinculum non uetabit, quo minus pes & ossa pedi annexa corporis motionem sequantur, quin si non fuisset alligatus pes, minor fieret distortio: quippe cum minus in motione reliqui corporis destitueretur.

De extensione quae instrumentis fit, quae totum membrum aequaliter extendit, & nullam eius partem vel magis vel minus extendi sinit, de qua & prius egit, & nunc etiam dicit: a nobis quoque superius latius fuit declaratum, quae uero de ijs qui summum pedem alligant, nunc scribit Hippocrates, perspicua sunt, his igitur omissis, ad ea quae de sphaeris tradit, descendemus.

Quod si quis sphaeras duas ex aluta aegyptia consuat tales, cuiusmodi gestare illi solent, qui magnis compedibus uincti sunt, quae quidem sphaerae tunicas hinc & inde habeant, a parte uulneris profundiores, breuiores ab articulis, quae tumidae sint & molles: ita ut altera supra malleolos, altera infra genu cruri coaptari queat, tum a latere unaqueque geminas utrinque appendices annexas habeat a simplici uel duplici loro, breues illas quidem, perinde atque ansas, ex utraque malleolorum parte alias, alias utrinque a genu, nam & superior sphaera tales alteras a directo habere etiam ipsa debet, postea cornis uirgis sumptis aequalibus inter se magnitudine, crassitudine digitali, longitudine uero ea, ut inflexae in appendices apte inserantur.

- A. SPHAERA INFRA GENU
- B. SPHAERA SVpra MALLEOLOS
- C. ANSAE VTRINQUE
- D. CORNEAE VIRGAE



E. VIRGARVM SVPERIOREM COLLIGATIO

Oratio haec de sphaeris mihi quidem aperta esse adeo uideatur, ut explicanda a me aliter non sit, quia tamen nonnulli sunt qui saepe dicunt, se ignorare ea quae ab Hippocrate dicuntur: quid agam dubito. Nam coram ijs qui dicunt se haec non intellegere, sphaeras ipsas in medium profero: ac dum legitur liber, sigillatim unumquodque quod inquit, parti illi sphaeram applico de qua loquitur: atque ita orationem totam clar

ram ac manifestam reddo: Dum scribo autem, quia in libro monstrari sphaeram non possunt: haud scio quo pacto declarari oratio haec queat, nam si quis Hippocratis perspicuam loquutionem non intelligit: is quo modo meam percepturus sit, non uideo. Quocirca hunc monendum esse censerim, ut saepe orationem hanc perlegat, diligenterque ei animum aduertat, nam si ita fecerit, haud dubito, quin si non antea potuit, nunc saltem prorsus eam intellecturus sit. Quin ego quoque quicquid facere ad intelligentiam aliquam eius posse existimo, in praesentia non omitto. Sphaerae igitur hic accipiendae sunt non pro globis aut pilis eiusmodi, ut sunt illae quibus pueri ludere consueuerunt (essent enim prorsus uidequaque rotundae) sed pro circulis & spiris quae similes compedibus sunt, ut ipse inquit. Comparatio facile percipi potest. Similes eas intellige anguibus, aut oblongis farcinibus. Quemadmodum enim coqui interiorum intestinorum inanitatem similagine & contusis carnibus, aliisque nonnullis farcientes lucanicas conficiunt: sic tu ad similitudinem inanis intestini alutam consutam tomento, aut molli aliqua alia re compleas, ac confarcias. Alutam autem aegyptiam esse uult, hoc est validam ac mollem, cuiusmodi si in Italia, aut Thracia, aut alibi terrarum inueneris, aegyptia tibi pellis requirenda non erit. Tanta autem huius consute alutae longitudo sit, ut crus supra talos orbiculariter comprehendat, non secus ac compedes: simili modo quoque infra genu, duae enim in unoquoque crure sphaerae esse debent. Unde etiam plura tibi harum sphaerarum paria preparanda sunt, quae magnitudine inter se differant: ut unum par maiori cruri: alterum minori applicetur, quodcumque ex ipsis unicuique accommodabitur. Oportet autem tunicas harum spirarum non prorsus teretes esse, neque omnino & latitudine & altitudine aequales: sed qua parte corpori inhaerent quodam modo sensim dilatari, ac planae esse debent: rotundae uero, quae in altum conuertuntur, sed neque id admodum exquisitae, ex interioribus enim partibus in altum protenduntur: inde uero per externas partes rotundas earum descensus usque ad carnem fertur: quarum quidem externarum partium in inferiore spira depressior atque humilior est, quae pedi: in superiore sublimior, quae genu appropinquat, quibus ita constitutis appendices in utraque hinc inde duplices

A duplīces instar aurium annecti vult: ita vt aliæ in inferiore spira concauitatem & sinum sursum spectantem versus genu habeant: quæ in superiore sunt, è contrario deorsum. has autem anfas vtriq; spiræ à lateribus, eius videlicet partis quam altissimam diximus, hinc & inde annectendas censet: in quas quatuor virgarum capita coniiciantur. virgæ autem coniici eodem tempore illico debent inflexis ea causa paululum capitibus, vt coniectæ dum redire in naturalem rectitudinem nituntur, spiram inferiorem deorsum, superiorem sursum impellant. Quod cum fit, euenit, vt simul & partes fractæ in conformatione exacta seruentur: & sursum altera, altera deorsum distendantur. Virgas esse corneas iubet ob ligni soliditatem: cuiusmodi lignum ad vsus hos magis esse idoneum perspicuum est. De capsula quidem machinaria q̄ utilis ad huiusmodi distentiones sit, in superiore libro dictum à me est: vbi fabricam quoq; eius explicauimus.

30 Id studens, ut extremae virgarum partes non in corpus, sed in extremas spherarum eminentias impingant, tria autem uel plura etiam virgarum paria haberi debent, alia alijs aliquantulo longiora, alia breuiora & minora: ut si magis distendere uoluerit, possit, uirgæ utraq; hinc & inde à malleolorum parte collocandæ sunt.

B Impingant inquit, id est innitantur & firmentur. Vult enim vt virgæ quæ inter spiras vtrasq; collocatæ alteram sursum, alteram deorsum impellunt: corpus ipsum, id est cutem & carnem non attingant: sed suspensæ in appendicibus spirarum infixæ innitantur: quæ, vt dixi, ob soliditatem materiæ esse corneas iubet: vt uolenter inflexæ, posteaq; iniectæ in anfulas fuerint: in pristinam rectitudinem reducantur. perspicuum enim est, eas, si ita fiet, tantum spiras sursum ac deorsum repulsuras esse: quantum extentæ in longitudinem creuerint.

31 Hæc igitur si bene machinatus fuerit: & extensionem iustam efficiet, & æqualem ex directo: uulneri item dolorem nullum afferet: & expressiones, si quicq; exprimetur, tum ad pedem, tum ad femur abducentur: & uirgæ bene dispositæ erunt aliæ hinc, aliæ inde à malleolorum parte, ut tibiæ positio minime impediatur: uulnusq; bene & impingat, & sustentetur.

Iustam dixi appellari ab eo æqualem: unde æqualem seu æquam idem esse quispiam posset existimare. sed æquum seu æquale in partibus vnus rei existit: iustum de duabus rebus ad minimum dicitur. Icirco nunc iustam extensionem dici intelligendum est & penes distentionem, quæ duæ hæc spiræ efficiunt: & penes virgas corneas, quæ in ipsas iniiciuntur. Æqualem autem penes vnā-quanq; ipsarum tantum: eam videlicet quæ ad malleolos sit tantum: aut eā quæ ad genu: tum penes eam quæ sit à uirga quæ à dextra parte est, tum penes eam quæ à uirga sit, quæ est à sinistra.

32 Neq; enim impedimento illud est, si quis duas uirgas uoluerit, quæ superiores sunt, inter se iungere: & si quis leuiter superponere aliquid uoluerit, ut quod superponitur à uulnere suspensum sit. Si igitur spheræ mites, & pulchræ, & molles, & uacue consutæ fuerint, & uirgarum intentio recte fuerit intenta, quemadmodum iam dictum est: utile erit machinamentum, at si horum aliquid non bene se habuerit: lædet magis, q̄ proderit. oportet autem ut & alia machinamenta uel bene machinemur, uel non machinemur, turpe enim est, ab arteq; alienum, si in machinamentis efficiendis machinatione careamus.

Quatuor erant uirgæ, ex alterutra tibiæ parte duæ: desuper sublimior altera, altera humilior. duas igitur sublimiores posse inter se iungi ac colligari inquit, vt recte permaneant, ne ex uolenta inflexione, qua inflexæ fuerant, retortæ in vicinas partes distorqueantur.

33 Pleriq; tamen ex medicis fracturas & cum ulceribus & sine ulceribus primis diebus lanis succidis curant, nihilq; hoc præter artem esse ipsis uidetur. Nam qui in recenter uulneratis, quia non habent lintea, uti lanis coguntur, ijs ignoscendum maxime est, neq; enim quispiam ad deliganda huiusmodi habere aliquid aliud potest, quod multo melius q̄ lana sit, quanquam esse ea debet quæ plurima, & ualde bene elaborata, & non aspera, nam si pauca sit & praua, imbecillam quoq; uim habet. At qui ad unum aut duos dies lanis sibi esse deligandum censent, tertio uero & quarto linteis deligando comprimunt, & tunc maxime extendunt: ijs multum in medicina & ualde opportuna in re desipiunt.

D Tertio enim & quarto die uulnera omnia minime sunt exagitanda, & ut in summa dicam, scalpelli quoq; omnes admotiones uitandæ his diebus sunt, omniaq; alia quibus uulnera irritantur, plerumq; enim tertius & quartus dies in plerisq; uulneribus rebelliones parit: & illis quæ in inflammationem, & sordes incitantur, & quæcūq; in febres tendunt. Unde magni admodum momenti perinde ac quoduis documentum hoc est, cum quo enim quod opportunissimum in medicina sit, non in ulceribus tantum, uerum etiam in multis alijs morbis communicationem non habet.

Prauam medicorum consuetudinem emendare uult, qui melius esse putant, si fractum membrum non statim extendant: sed ubi prius duobus aut tribus diebus mitigarint, tunc demum tertio aut quarto die post initium ad extensionem deueniant. Hippocrates. n. id quod maxime huic contrarium est, conuenire ostendit, vt in principio membrum extendat: in tertio uero aut quarto die mitigationes adhibeant. Si igitur aium aduertat ijs quæ hic ab eo scripta sunt, oia patebunt, clare. n. explicat.

34 Nisi quis alios quoq; morbos ulcera esse dixerit, nam hæc etiam quandam habet æquitatem oratio.

Æquitatem, i. ἐπιπέπαι, pro probabilitate hic sumit, & uerisimilitudine. hoc autem inquit pro-

Septima Classis.

IIIIII ij pteca

i. et simpl. med. cap. 2.

pterea quòd nonnullæ orationes penitus improbabilis atq; absurdæ sunt. Sed quæ probabilitas esse in hoc potest quod dicunt nonnulli, dum reliquos morbos quoq; esse vlcera asserunt: Dolor rem quidem asserentes morbos in vlcerum genere constitui probabile admodum est: quippe cum demonstratum iam à nobis sit, & ex continui dissolutione dum inciditur corpus, aut intenditur, aut colliditur, & ex intemperatura dolorem existere. continui autem dissolutionem esse vlceris cuiuslibet perspicuum est. Repentinam quoq; mutationem in temperatura solutionem quoq; ipsam continui efficere, in libris de medicamentis demonstratum est. caliditatem enim penetrare, & quasi perrodere id quod continuum est, patet. Quod vero vehementer astringit, quædam dissolutione continuo asserere, dum repente contrahit quod diffusum est: in iisdem libris demonstrauimus, vt in hoc probabilis oratio hæc futura sit, immo etiam vera, dum dolorem omnem in vlcerum genere constituit. Si autem omnes quoq; morbos vlcera appellet quispiam, licet non ita verum, non prorsus tamen à probabilitate erit alienum. nam quia pleriq; morbi cum dolore existunt, à plerisq; ad omnes fieri transitus poterit: si omnino quispiam in toto corpore aut intemperaturam aliquam, aut collisionem, aut distentionem, aut manifestam continui diuisionem contingere asserat: deinde necessitatem asserat, subiungens, omnem intemperaturam aliquam oino continui dissolutionem si non sensui euidentem, rationi certe cõtemplabilem & veram efficere: distentionem vero & cõtusionem, & collisionem sine vlla dubitatione multo magis, quippe cū ea quæ hoc patiuntur, eò q̄ proxime accedant, vt diuellantur: quæ continui dissolutio est.

Multifarie enim alia alijs inter se fratrant.

Quod solemus dicere nos similia inter se sunt, & cõmunicant, & cognationem habent: id dicere Hippocrates ἰδὲ ἄλλῃσιν. i. fratrant, consuevit, maximam rerum similitudinem & cognationem nomine hoc præ se ferens, nam cum multa cognata inter se sint, nihil familiarius ac cognatius q̄ fratres videntur. quali igitur maxima conuenientia & similitudo eandem vim cum fraternitate habeat: eam verbo hoc fratranti appellat.

At qui lanis sibi utendum putant, quo ad septem dies præterierint, deinde extendendum ac dirigendum membrum, linteisq; deligandum: non ita desipere videntur. nam et opportunissimum inflammationi tempus præterijt: et ossa laxa iam, et disposita post hos dies sunt. longe tamen curatio hæc ab ea superatur, quæ inter initia linteis deligat. ille siquidem modus egros præparat, atq; efficit, ut septimo die ad deligationem cum ferulis suscipiendam idonei euadant, hic longe posterior est.

Cum superiori oratione eos reprehenderit, qui tertio aut quarto die fracturis accommodatam curationem incipiebant: nunc ad eos transit, qui post septimum diem eandem aggrediuntur. inquitq; hos in eo minus peccare, q̄ partibus inflammatione minus vexatis distentione adhibent, nam illos qui tertio aut quarto die idem faciebant, quo maxime tempore lenire ac mitigare inflammationem est opus: non leue peccatum committere ostendit.

Nocumenta q; alia quædam habet: quæ omnia longum esset commemorare.


Vbi longitudinem temporis damnauit, in ijs qui fracturis accommodatam curationem post septimum diem incipiunt: præter eam inquit alia quoq; nocumenta euenire, quæ, ne prolixior sit, quam oporteat, omittit. led nos ea subiungemus ex ijs quæ superius ostendimus. Si mediocris sit fractura, ex tali deligatione segniora, sicut superius docuimus, membra efficiuntur. Si vehementiori & maligniori modo membrum fuerit effractum, & curatio fracturis conueniens post septimum diem differatur: periculum est, ne aliquod os laderetur & corrumpatur. A principio enim assumi eam vult, propterea quòd à partibus affectis superfluentem copiam sanguinis in vtrâq; partem elidit, quæ si ibi immoretur, interdum fit, vt ossa quoq; à praua sanie corrofa exputrescant.

Iam vero quibus ossa fracta et extra eminentia in suam sedem collocari non possunt: hæc constitutio est.

Græcis, qui in Asia habitant, mos est, vt constituere dicant pro eo quod est restituere & in propriam sedem reducere. inde mihi videt Hippocrates constitutionis nomen, i. καταστάσεως sumpsisse: vt idem significet, quod collocatio & restitutio, quæ est in sedem repositio. Male igitur nonnulli κατάστασις absq; σ, i. extensio scribunt. cum non per extensionem tantum, verū etiam per molitionem nudata ossa in propriam sedem collocentur.

Ferramenta quædam parua facienda sunt eo modo quo sunt uectes, quibus lapide uti solent: parte altera latiora, altera angustiora, quæ esse debent tria vel etiam plura, ut maxime congruentibus uti quispiam possit. deinde opus est, ut inter extendendum unum ex his iniiciamus, ita ut inferiore sui parte depressiori ossis parti subiectum, superiore eminentiori inmixtum moliat. Atq; ut semel dicam, non secus ac si quis uel lapidem uel lignum ualide moliretur. Sint autem hæc ferramenta ualida quàm maxime potest, ne inflectantur, hoc magnum presidium est, si et ferramenta idonea sint, et molitio ut debet, efficiatur.

Ferramenta



Ferramenta hæc forma proculdubio nō magnitudine similia esse ijs inquit quibus lapicidæ vtuntur. nam quæ adhibere ad trudenda ossa ac molienda consueuimus, nō maiora ijs sunt, quæ ad dentium euulsionem à nobis præparant. Plura autem habere præparata huiusmodi ferramenta hic debemus, quæ inter se & magnitudine & paruitate differant, in extrema videlicet sui parte, qua maxime exercere opus solemus. Quo modo autem vti ferramentis his debeamus, Hippocrates ipse manifeste declarat. vt si quis hominis loquutionem non percipit, is non explanatione neq; interpretatione alia videatur indigere, sed inspectione. quippe cum nōnullæ res eiusmodi sint, vt nisi eas inspiciat, neq; credere, neq; intelligere quispiam possit.

40 Nam quæcumq; ab hominibus accommodate machinamenta excogitantur ualentissima omnium tria hæc sunt: **B** asini circūactio, molitio, & discuneatio. absq; horum autem aut uno aut omnibus nullum ex ualidissimis operibus homines exequantur. Hæc igitur molitio spernenda minime est. nam uel hoc modo, uel nullo alio ossa in suam sedem compellentur. Quod si pars ossis quæ sursum euasit, præacutum quippiam præferat, ineptaq; ob id ad sedem uecti exhibendam sit: interlimandum illud est, quo uectis insidere firmiter queat. molitione hac utendum, atq; intendendum eodem die, aut postero, non autem tertio: quarto uero aut quinto minime. his enim diebus siue non reponas, sed moles: siue reponas, inflammationem afferes.

Asinos & afellos axes vocat, quos etiã fuculas dicimus. horum circūactiōnem esse vnum ex ualentissimis inquit: quemadmodum etiam molitionem quæ uectibus fit, & discuneationem. Discuneatio autem appellatur lignorum per cuneos adactos disruptio ac discissio.

41 Si tamen reponas, conuulsionem magis induces, q̄ si reponere non potueris. Hæc probe scienda sunt. nam si tibi reposita fueris, conuulsio superuenerit: non multæ salutis spes sunt. quin retro expellendum os est, si id fieri sine molestia possit.

Cur cōuulsiones fiant in oībus huiusmodi affectionibus, si ossa reponant, deinceps oīa subiūgit. satisq; habet si, sicut de alijs multis ad artem opportunis, ita de his quoq; semel tantū dixerit: eandem rationē ad oīa à nobis transferendā censens, quæ eiusdē naturæ fuerint. Iam igitur orationem eius tibi ascribam, in qua generale hoc, quod multis particularibus cōmune est, docet.

42 Non enim laxioribus q̄ opportunum sit, conuulsiones superueniunt, & rigores: sed magis intentis, qua de re igitur nunc sermo est, non oportet uexare in antedictis his diebus: sed dare operam ut & minime inflammetur ulcus, & ad pus maxime perueniat. Vbi autem septem dies præterierint, uel paulo plures, si febre caruerit, ulcusq; non fuerit inflammatum: tunc minus obstat, quin tentes reponere, si obtenturum te esse speres. sin minus, nulla frustra inferenda, & suscipienda molestia est. Si ossa uero in sedem suam reposita sunt, tradite sunt rationes quibus curare oporteat: siue recessura ossa speraueris, siue non recessura, nam si speres: linteis modo eo quo dixi, in huiusmodi omnibus facienda deligatio est, à medio ut plurimum incipiendo, sicut ex duobus initijs fasciæ subligatur.

Didicimus in libris de musculorum motu vniuscuiusq; musculi operationem fieri, cum ad propriam originem retrahitur. hoc autem cum inuitis nobis fit ex inflammationis magnitudine, conuulsiones efficiuntur. Quod cur cōtingat, si ossa alternata tam in fracturis q̄ in luxationibus fuerint reposita, illud est: (in hoc. n. quæstionis huius solutio maxime consistit) q̄ in fracturis & luxationibus breuius q̄ erat membrum euadit, cum pars ossium aliqua cutem perforauit: ubi uero ossa in naturalem sedem redierunt, pristinam longitudinem recipit. quare etiam inflammati musculi simul cum toto membro coguntur extendi, atq; ita duplici extensione afficiuntur & ea quæ ex inflammatione habebant, & ea quam tunc insuper accipiunt.

43 Coniellandam autem ad formam ulceris est, ut minime hians & digrediens inter deligandum sit.

Per trāslationem vtriusq; his verbis vsus est. nam & hians quod est σεισγός. i. ringens, de labijs oris dicitur. digrediens. i. ἐκπεπλεγμένον, de cruribus gradum faciētibus, atq; inter se distantibus. crurum. n. diductio πλίκτα. i. digressio appellatur, & πλικάς gressura, sicut dictum est. quemadmodum hiare seu ringere. i. σεισγίνω labra aperire dicimus absq; vlla mandibulæ motione, ita vt dentes inter se coniuncti appareant. Cauendum igitur inquit, ne in deligatione labra vlcis expansa faciamus. vult enim vt ea partibus cutis situm suum recipientibus, inter se contrahamus & cogamus. eo quod si ita fecerimus, locus minus cōprimetur, & subiectum vlcus in musculis suis maxime conseruabitur. Sciendum enim tibi est omnia quæ sub cute sunt cute admodum gaude re: nihilq; quod subiectum ipsi est, ea denudari absq; detrimento posse. Sed quid mirū, si ea quæ proprium, & cognatum ex cute tegumentum habent, eo semper delectentur: ab alijs vero omnibus male & moleste afficiantur? Vnde ego sæpe cum partes cutis minime præciderim, sed quod

748
 detractum fuerat, extrinsecus superimposuerim: glutinari id animaduerti: quodq; magis miran- **E**
 dum est, cum statim ex ictu nigrefactus locus esset. quinetiam maiore admiratione dignum illud
 est, quod non in adolescentibus tantummodo, sed in senibus quoq; nō paucis cum detractas hu-
 iusmodi cutis partes plage iam nigrefactae applicuissimus, adherere ac cōglutinari eas vidimus.
 Si vero excoriata caro ita nuda relinquatur, difficulter sanescit, vt omittam quod morsionibus
 prorsus afficitur, & sordescit. nam medicamenta inflammationes sedantia, & mitigantia, cuiusmo-
 di est id quod humidum hoc est πένυρον nominatur, & quatuor medicamentorum facultas quā
 τετραφάρμακον appellant: absq; inflammatione quidem affectam partem seruant: sordidū tamen
 vlcus reddunt, at quae vlcus purgant, vtpote extergendi vi praedita sensum morsionis afferunt.
 Cum vero à cute contacta est excoriatio: nihil horum patitur. Huic simile est id quod in pustulis
 fit: quae multis de causis exoriri consueuerunt, in tumoremq; exurgere, magnumq; dolorem in-
 terdum afferre, eas eodem modo curo. acuta acu pustulā pungo, expressoq; inde lenim humo-
 re, cutem adiacentem relinquo. & cum euenit, vt rursus foramine occluso repleatur: iterū eodē
 modo pungitur, expressoq; humore, cutis carni applicatur, ac deprimitur: seruatq; ita, quoad
 quod sub ipsa carne vlceratum est, consolidetur. Hæc dicta a me sunt, vt manifeste perspiciamus,
 omne vlcus indigere, vt cognata cute contegatur. Vlcus vero de quo nunc agitur, non quodli- **F**
 bet est & leue, sed in quo tota caro per totam altitudinē diuisa ossibus est, nō enim per cutem ossa
 eminere extra potuissent, nisi prius tota caro fuisset dissecta. quā sanē operiri sua cute longe me-
 lius est, si enim nuda relinquatur, substantias ipsas impositorum medicamentorum attingens ab
 oleo confectis, & mitigantibus sordescit: a purgantibus quae extergunt, mordetur. Sin autem fa-
 cultates medicamentorum quae imponuntur, absq; substantia in affectam carnem per cutem pe-
 netrauerint: sicut ipsi proderunt, ita nullum huiusmodi malum afferent. Merito igitur Hippocra-
 tes in id praecipue dandam operam censet, vt talium vlcerum labra inter se cogantur. id autem re-
 cte efficies, si formam ipsorum exacte contemplatus fueris. Nam si alterum ex labris inuersum
 in latus inspexeris: inde deligatione orsa in contrariam partem conuerteres, si vtraq; eodem modo
 hient: ea fascia ex duobus initijs iniecta inter se applicabis ac coges.

Alijs, n. coalitum est, ut ad dexteram, alijs ut ad sinistram, alijs ut ex duobus initijs deligentur. Quaecunq; autem **44**
 ossa frustrata repositione fuerint, ea scire licet recessura esse: & quaecunq; penitus carnibus nudata sunt. Nudatur autē
 nonnullorum superior pars: nonnullorum circum circa carnes emoriuntur.

Coalitum est, i. connutritum & accommodatum est, & congruum dixit, translatione vtilitatem **G**
 afferente vsus, vnde etiam notatum à me est. translatione siquidem alij quoq; omnes in dicendo
 periti ad euidentiore rei explicationem vti consueuerunt.

Aliorum ex ueteri vulnere ossa quaedam emarcuerunt, aliorum minime, atq; aliorum magis, aliorum minus, atq; **45**
 horum ipsorum quaedam parua, quaedam item magna, ac propterea vno nomine dici non potest, quando recessura
 ossa sint, alia, n. ex paruitate, alia ex eo qd in extremo sunt, citius recedunt, alia vero non recedunt, sed arefacta, &
 marcida effecta desquamantur. ad hæc autem curatio etiam curatione differt. Vt plurimum tamen ossa eorum citis-
 sime recedunt: quorum citissime suppurationes, citissime item & pulcherrimae carnis excrescentiae fiunt. subnascentes
 enim carnes in noxa ipsa ossa plerumq; suspendunt. Totus tamen restæ ossis circulus si in quadraginta diebus recesserit: bene recedet, nonnulla enim ad sexaginta usq; dies perueniunt, quae enim sunt rariora, maturius: quae sunt soli-
 dora, tardius: reliqua quae minora sunt, multum intra hoc spacium: alia aliter recedunt.

Emarcuerunt, id est σαράπησιν à marcido quod est σαργόν dicitur, qui autem marcida, id est **H**
 σαργα ea quae corrupta sunt, vocant: non admodum recte loquuntur, omnia enim vetusta, &
 obsoleta marcida appellantur. **46**

Os autem quod extra eminet his pretextibus praecidendum est: si redire in sedem non possit, parumq; quid abesse **46**
 uideatur: quin promoueatur, possitq; detrahi, si praeterea nocuum sit, aliquidq; ex carnibus rumpat, sensusq; mole-
 stiam representet: si item nudum carne sit, auferri debet. Reliqua recidantur nec ne, non multum refert. Certo, n. scien-
 dum est, ossa quaecunq; carnibus prorsus priuantur, atq; arefiunt: ea penitus quoq; esse recessura, quae autem eò nen-
 tura sunt, ut desquamantur: praecidenda non sunt. Quae penitus fuerint recessura notis praestitutis coniectandum, pla-
 gulisq; & uino, sicut etiam superius scriptum est de recessuris ossibus curatio adhibenda, cauendumq; est ne frigidis
 primo tempore attingamus, quippe cum horum febrilium, necnon conuulsionum periculum impendeat, frigida, n.
 conuulsionem semper promouant: & insuper quoq; exulcerant, scire autem oportet necessario breuiora ibi corpora fie-
 ri, ubi utraq; ossa fracta & alternata curantur: quibusq; totus restæ ossis circulus recessit.

Nunc quoq; Hippocratem non falsas causas, sed veras, pretextus dixisse perspicuum est. To-
 ta hæc de marcidis ossibus oratio satis clara est. lubet enim vt quae repositiones impediunt, rese-
 centur: quaeq; tangentes carnes pungunt, & sicut ipse inquit, molestia sensus representant, id est
 grauem sensum doloris afferunt. Ostendit etiam ossa quae carnibus denudata sunt, & non statim
 fuerunt reposita, quaeq; aruerunt, decidua esse.

Quibuscumq;

vit. 2. ad gl. cap. 2. H.

47 **A** Quibuscumq; os brachij aut femoris extra eminet, hi non admodum euadunt, nam tum ossa magna sunt & medullosa: multa ea sunt & peropportuna quæ uulnerantur, nervi, muscoli, uenæ. ut si ea reponas, conuulsiones soleant superuenire: si non reponas, febres acutæ, & biliosæ, & singultuosæ contingant: atq; insuper nigrescant. Illi magis euadunt, quibus neq; reposita fuerint, neq; tentatum, ut reponantur: magis uero ijs quibus inferior ossis pars, q̄ quibus superior extra eminet. Superfuit etiam quibus reposita fuerunt, sed raro tamen. curæ enim curis, & nature corporum naturis ad facilius tolerandum longe præstant. Multum item refert in interiorem ne brachij aut femoris partem ossa extra emineant. multæ enim, & opportune uenarum productiones in interiore parte sunt: quarum nonnullæ si uulnerentur, iugulant: sunt etiam in exteriori parte, sed minus. In huiusmodi igitur uulnerationibus qualia pericula impendeant, ignorandum non est: prædicendum: neq; in occasionibus, et si reponere ossa cogaris, spesq; te id exequuturum esse, nec multa ossis alternatio sit, musculiq; non concurrerint (solent enim concurrere) molitio cum extensione his quoq; bene ferre open poterit.

Non tam ossium magnitudo quæ nudata sunt, quàm musculorum, & neruorum, & venarum, & arteriarum uulnus periculum affert, atq; insuper quòd id prope originem musculorum & neruorum est. dictum autem est in tractatione sua solere musculos cum ossa alternantur, in se ipsos concurrere: id quod sæpe his in libris repetitum iam est. reliqua, si quis animum aduertat, clara sunt.

48 **B** Cum reponis autem ueratri mollis potionem exhibere debes eodem die, si eodem die reposueris: sin minus, ne tentandum quidem est, ulcus uero eodem modo, quo ossa capitis fracta, curandum tibi est, nihilq; frigidi admouendum: cibiq; penitus circuncidendi.

Quid molle hic significet in dubio est, nam vel qualitatem, vel quantitatem potionis eius indicare non est obscurum, sed neq; quod paucum quãtitate est, molle recte dici existimaret quispiam: neq; modum aliquem quo confici molliter queat, nobis tradit. Nos sanè raphanos ex aceto mulso interdum damus, in quibus die ac nocte ueratri ramusculus infixus fuerit, sed huiusmodi ueratro facta purgatio imbecilla esset, inuenire tamen uerum non licet, propterea quòd ab ipso, quo modo ueratrum exhibeat, scriptum minime est, complures enim exhibendi eius modos à multis tum ueteribus, tum recentibus, tum medijs ætate medicis scriptis traditos esse non ignoramus.

49 **C** Et si amara bile natura præditus sit, melle odorata parum in aquam destillandum: eoq; uictu sustinendus æger est: sin autem amara bile non abundet, aquæ potu est utendum: siq; febris continua labore, quadraginta diebus ad minimum: sin febris careat, septem diebus idem uictus exhibendus est.

Hanc lectionem Artemidorus qui Capito cognominatus est, contrario modo scribebat: cum amare biliosis exhiberi mellam: non amare biliosis aquam, nollet. Ita igitur legebat: Et si amara bile natura præditus non sit, mellæ odoratæ parum in aquam instillandum: eaq; alendus æger est, sin autem amara bile abundet, aquæ potu est utendum. Quam sanè lectionem multi alij vnâ cum Artemidoro priori anteposuerunt: præsertim cum idem Artemidorus illam orationem in libro de uictu in acutis, in qua de aquæ potu agit Hippocrates, in hunc modum legendam censet. Præterea neq; sitim sedat, sed insuper amarescit, naturæ biliosæ biliosa est, & præcordijs mala, sed cum in inanitatem ingressa fuerit, tunc uero pessima, & biliosissima est: imbecillitatemq; maxime inducit. Cum enim nonnulli scribant: naturæ enim biliosa est, & præcordijs mala: ipse Artemidorus priorem lectionem admittit, in qua scribitur, naturæ enim biliosæ biliosa est, non absolute cuiuslibet naturæ, & cunctis: sed soli biliosæ biliosam esse aquam asserens. Qui sit igitur, ut eam nunc amara bile redundantibus præbeat: nisi scilicet amara bile præditos alios esse quàm biliosos existimet, sed in quibus plurimum amaræ bilis gignitur, eos hic amare biliosos, i. πικροχολους vocari, nemo est qui nesciat, nam altera bilis quæ atra uisus est, acida: quæ uero pallida & flaua conspicitur, amara est. Patet itaq; in proposita hac oratione ob affectiones, quibus æger opprimitur, abstinentium omnino à uino esse, sed si quis natura amara bile præditus sit, quia ei aquæ potio læsionem non mediocrem affert: sicut in libro etiam de uictu in acutis dictum est: parum mellis tantummodo ipsi exhiberi concedit, quod ὀξύλυκός dicitur, quod etiam ἀπόμυλι, i. mella seu mellis decoctum nuncupari solet, nam ne neruofas partes attentet hoc eligit, quod dulcius est, quippe cum minus noxium sit, quàm quod est acidius, præsertim si ex melle & aceto fuerit confectum, & non, sicut dixi, ex maceratis fauis, in Græcia enim & præcipue in Elide ita confici solet, nos id conficimus aceto cum melle commixto: tantisper tamen simul decoctio, quoad & utrorumq; qualitates inter se uniantur, & aceti vis retundatur.

50 **D** Deinde ex additione pro ratione uulgaris uictus inducendus, quibus autem ossa non reposita fuerint, ijs eandem purgationem, & ulcerum curationem, & uictum simili modo exhibendum: & suspensam partem corporis non extendendum, sed contrahendum potius, atq; adducendum: ut laxior circa ulcus pars efficiatur. At ossium recessio, quæ admodum etiam superius diximus, longinqua est, quare talia, si quis modo facere id honeste potest, præcipue fugienda sunt.

da sunt. cum & spes paucae subsint: & pericula multa impendant: & si non reponas, imperitus artis existimeris: si reponas, propius ad mortem quam ad salutem hominem deducturus sis. B

Vulgarem victum. i. φαῦλον appellari ab Hippocrate eum qui tenui & exquisito est contrarius, dictum etiam superius à me est.

Prolapsiones & dimotiones ossium in genui quae in cubiti articulo benigniores multo sunt. 51

Prolapsiones, hoc est ὀλισθήματα, ossium integras alternationes: dimotiones non integras vocant. Benigniores vero dixit. i. εὐθέατα in proprio significato sumpto vocabulo. significat. n. eum qui bonis moribus praeditus est. cum enim benignus seu simplex, qui εὐθής dicitur, pro stulto accipitur: improprie sumi consuevit: non secus ac γλυκῆα & καλλίασ. i. dulcis & pulcher. cum suem quae dijs offertur, bene auspiciandi causa, γλυκῆαν hoc est dulcem: & καλλίασ, id est pulchram simiam appellant: huius enim appellationem vitantes ita dicunt. quemadmodum etiam Callimachus inquit, Bestia namque vnam ante horam non dicitur esse. “

Nam femoris articulus pro magnitudine quae brachij expeditior est. 52

Geni ipsius iunctura duobus ossibus inter se connexis constat, femoris & tibiae. In quibus, cum sicut in alijs omnibus, sinum quendam esse oporteat, qui prominens alterius caput excipiat: capitumque hoc rotundum ita esse debeat, ut apte & sine vlla molestia in cavitatem eam inseratur: femoris extremitas inseritur: tibiae caput insertam excipit. tibia enim cum femori subiecta sit, duo eius capita duobus sinibus suis, qui nerueo & cartilagineo discrimine apte distinguntur, admittit. Idcirco merito hic Hippocrates inter se iunctorum ossium articulum appellans, non eius ossis esse inquit quod eminentiam alterius suscipit, sed eius quod in alterius sinu insertum firmatur. Atque inquit, femoris articulus expeditior est. quoniam femoris tibiae innexi articulus, id est inferior femoris extremitas expeditior, quam brachij est. quod perinde est ac si magnitudine minor dixisset. Non tamen absolute minor haec est, quam brachij extremitas, quae cubito innectitur, sed magnitudinis utrorumque habita ratione. nam si inferius caput femoris magnitudini eius corresponderet, longe maius id esset dicendum, quam brachij. Sed non ita res est, multo maius siquidem est femur, quam brachium. quocirca fit, ut minor femoris extremitas quae ad genu est, quam brachij, quae est ad cubitum, recte esse dicatur. F

Et iustam naturam solus habet, atque eam rotundam. 53

Iustum apud Hippocratem, ut saepe dictum est, aequum seu aequale significat. Sed quo modo solum hunc articulum aequalem naturam & formam habere dicat, consideremus. inueniemus. n. ob id, quia partes in eo non abundant: quae partes eius omnes inter sese similes sunt: quae totus vnam dearticulationem habet. Nam cum in duo rotunda capitula hac parte desinat femur, ea in duos aequales tibiae sinus inserit. atque ita equali & magnitudine & figura dearticulatione connectitur. accedit quae utrumque & femoris & tibiae extremum est directo sui situm obtinet. unde merito articulum hunc iustam, atque aequalem naturam habere dicere quisquam posset. pars enim superior femoris ad coxam caput neque est directo femoris constitutum (abire enim id in interiorum partem videtur) neque pro ratione magnitudinis habet: quippe cum longe crassius femur ipsum sit, quam caput. caput igitur brachij maius quam femoris habita ratione censetur, licet mole minus eo sit: neque est directo brachij procedit. Verum si reliquas quoque articularum iuncturas inspicias, quae omnes has equalitates quas in genu esse diximus, habeat: reperies nullam. Age enim inferior tibiae extremitas, qua sura cum talo dearticulatur, neque appendices, neque sinus pro ratione ossium habet. nam si ita esset, sicut tibia longe crassior quam sura est: sic quoque maiorem eius appendicem esse & in interiore sinu ubi innectitur, & in exteriori gibbositate, oporteret. sed hoc non ita se habet. Adde quod in talo quoque ipso qua dearticulatur, simplex figura non est, sed varia atque in partibus longe diuersa. Similia in articulo etiam manus & cubiti & radij inuenies, quae omnia si velim commemorare, in nimiam prolixitatem incidam: dum multo magis diuersam omnium aliarum dearticulationum naturam cogar explicare: puta maxillae, vertebrarum, & ossis eius quod latum appellatur. Quapropter melius mihi videtur esse, ut oratione hac tota in breuem summam collecta, ad alia pertranseam. Breuis summa haec est. De ossium omnium natura vnus à me conscriptus est liber: ubi vnusquisque & magnitudo, & forma, & dearticulatio explicata est: si librum eum legeris, verum esse in omnibus articulis hoc deprehendes, quod in praesenti hac oratione asseritur: solum hunc videlicet in genu esse articulum, qui iusta & aequali prorsus dearticulatione iungatur. H

At brachij articulus & magnus est, & sinus plures habet. 54

Cum iuncturam genui & cubiti inter se comparare proposuisset, affectionesque ossium in genu ostendere, quae in cubito mitiores contingere, dixissetque articulum femoris pro ratione magnitudinis

A tudinis, quàm brachij expeditiorem esse: satis erat si iustam naturam habere eum subiūxisset. sed quia solum quoq; ex omnibus ita esse eum dixit, effecit, vt aliorum quoq; articularum mentionē facere nos coacti fuerimus: quorum nullus reperitur, qui simplici natura præditus sit: sed omnes & figura & magnitudine inæquales & dissimiles in partibus conspiciantur. Nunc igitur cum ad brachij dearticulationem venerit, eiusq; partes inæquales ac dissimiles esse declaret: orationem eius sequuti, singula quæ dicuntur, iam explicemus. Maius esse inquit caput brachij, quod cubito innectitur, quàm femoris, non iniuria, latius siquidem ea parte euadit, in pluraq; capita scinditur inæqualia, quæ *κονδύλας*, id est tubercula, vocant. concauitas vero neutrum horum excipit vt in genu, sed trochlearem tantum rotundationem, quæ in medio eorum existit, ex ipsis vero condylis & tuberculis, id quod in interiore parte ē nullum obiectum os habet, quo cum dearticuletur: alterum, quod in exteriorem partem vergit, cum radio connectitur ab eius sinuata extremitate comprehensum, atque ita fit, vt cubitus & radius brachium excipiant, alio modo brachium contra cubiti vertices intra se admittit, duos enim vtrinque accommodatos sinus, alterum, minus deficientem in anteriore parte: in posteriore profundior alterum habet, vnde etiam cubiti vertices, quos *κορώνας* foemino & *κόρωνα* neutro genere, id est cornices vocant, qui in sinus inseruntur, inæquales etiam ipsi sunt, maiorq; est qui in posteriore parte prominet. Quare articulationem, quæ ad gibbum cubiti est, variam, & inæqualem, & dissimilem partibus esse, iam patet: vt recte dictum ab Hippocrate sit, articulum ad genu iustam habere naturam: brachij non ita. Plures autem hunc sinus habere dixit, si ad genu comparatur, duo enim soli tibiæ sinus sunt, & femoris tubercula item duo, quæ eò inferuntur, at in cubiti iunctura, vnus est cubiti magnus sinus, qui duas cornices quas diximus, determinat, tres brachij: duo excauati quasi fossulæ, in quos cornices cubiti infiguntur: vnus in medio instar trochleæ rotundatus.

55 *Præterea tibiæ ossa similia inter se longitudine sunt: & paululum quid, quod momenti tamen nullius sit, exterius os excedit: idq; nullius magnæ rei impedimentum afferit: vnde exterior tendo poplitis exoritur.*

C Paululo maius exterius os, quam suram vocant, esse inquit, id quod superius etiam dixit, vbi de curatione simplicium tibiæ fracturarum loquebatur. Nos vero sicut illic, ita quoque hic dicimus, in inferiore parte suram excedere: in superiore ad genu supereminere tibiā magis dici posse, femur enim cum sura dearticulatione non connectitur: sed vt modo diximus, exterius ipsius caput, in cauitatem tibiæ, quæ ea parte est, insinuatur. Quod autem inquit nullius id magnæ rei impedimentum afferat, ijs qui libros de vsu partium legerint, esse manifestum potest: in quibus demonstratum est, omnium articularum iuncturarum fabricam ad duo hæc spectare, vt & operationes non impediatur, & excidentijs, sicut nuper appellauit Hippocrates, id est luxationibus, impedimentum afferat. Sinus superficie tenus & non alte deficientes, & laxæ copulæ, operationes ne impediatur, præstant: vt vero luxationes prohibeantur, sinus & excauati, & magna supercilia habentes, copulæ validæ, sed longitudine breues, tum qui extrinsecus circumiecti sunt, tendones validi & solidi efficiunt. Nihil igitur est, quod in iunctura suræ ad genu impedimentum hoc faciat præter parum quid, quod ipse etiam indicauit, dum dicit, vnde exterior tendo poplitis exoritur. Sed opus non est, vt exactioris cognitionis causa dissectionem in quibuslibet expectes, cum euidenter in gracilibus etiam ante dissectionem hæc appareant. Tendones autem, id est *τένοντες*, proneuaciones, id est nervosas musculorum extremitates vocari sæpe à me dictum est. Tendo hic in exteriore parte genu cum iuncturam astringat, præsidio cuidam est, & impedimento, ne in eam partem prolabi femur queat.

56 *Cubiti vero ossa inæqualia sunt: & breuius, longe plenius est: tenuius vero multo supereminet & excedit articulu.*

Cum cubiti ossa inæqualia esse hic dicat, id non ad tibiæ comparationem ita dictum est, vt ea inæqualia non habere ossa intelligatur: quippe cum in ea quoq; os exterius longius modo esse dixerit: sed quia quod in ea exterius os est, exiguo admodum excessu exuperat, cubitus multo excedit. Nam si diligenter animum aduertas, suram in superiori parte parum quid deficere à tibiā deprehendes, vt licet inferiori capite manifeste sit longior: quia tamen in superiori deficit, parum admodum excedat, at cubitus toto gibbo, qui *ἀγκών* dicitur, radium exuperat, ac propterea inquit, articulum excedit, vel dearticulationem, & iuncturam totum articulum appellans, vel finem brachij, qui cum sinu cubiti sigmatoide, id est ζ literæ græcæ figuram imitante, connectitur.

57 *Atq; his quidem nervis in communi ossium coniunctione annexum est.*

Nervos hic quemadmodum vbique solet, copulas ipsas appellat, copulas enim latas & membranas dearticulationis huius nervos hic nuncupari, ex ijs etiam quæ deinceps subiungit, apertum est, verum illud etiam constat, nullum ex ijs qui nerui proprie nominantur, in os aliquod desinere.

finere. quippe cum id copularum proprium sit: atq; ob copulas etiam tendonum, quod mistam substantiam ex copulis & nervis habet. Sed de huiusmodi omnibus in libris de motione musculorum satis dictum est, nunc quod in oratione hac inquit, explicandum est. Annexam esse inquit partem excedentem cubiti, id est gibbum, copulis quæ articulationem hanc continent, ea parte qua ossa, id est cubitus, & radius communem habent coniunctionem. Inquit autem hoc, propterea quod quicquid inde retro procedit nudum carnea substantiâ nullam cum copulis iuncturæ huius connexionem habet, ipsi enim innectitur iuxta ligamina dilatatus tendo musculi qui iuncturam gibbi extendit.

Maioremq; partem annexionis horum nervorum in brachio tenue os q̄ crassum habet. atq; horum quidem articulorum, ossiumq; cubiti natura huiusmodi est. 58

Hæc oratio est, qua dixi manifestum fieri, totius dearticulationis copulas nervos ab ipso vocari: quæ ex inferiori brachij extremitate exortæ cubiti & radij capitibus, quæ hac parte sunt, innectuntur. in omni enim iunctura hoc est. Adeo vero latæ hæ copulæ communes dearticulatis ossibus circumiectæ conspiciuntur, ut crassæ membranæ quædam esse videantur. atq; hæ quidem licet radij capiti quoq; innexæ sint: maiorem tamen partem cubiti occupant. Propterea inquit, maiorem partem annexionis horum nervorum in brachio tenue os, q̄ crassum, id est cubitus quæ radius habet, nam annexi quidem sunt utriq; copulis, quæ è brachio exoriuntur, quos nervos appellare cum dixi: maiorem tamen annexionis partem cubitus habet.

Atq; ideo ex nature modo ossa genu sæpe cum elabantur, facile redire consueverunt. 59

Ossium enim quæ utranq; iuncturam constituunt, astricta in cubito: in genu laxior coaptatio est. Nam cum ibi multæ prominentiæ ac multi sinus inter se inserantur, iuncturam cubiti vndiq; atfringunt: in genu vero cum tubercula femoris in sinus tibię supinos, neq; alte excauatos ineant, merito fit, ut iunctura ea sicut ad lapsum proclivior, ita ad redeundum in sedem facilior sit.

Et neq; inflammatio magna, neq; vinculum articuli evenit. 60

Cum ex violentia & luxationis et repositionis inflammationes oriantur, merito in genu, quia facile utraq; hæ efficiuntur, nulla inflammatio superuenit, & cum inflammatio nõ fiat, neq; vinculum articuli contingit: cum videlicet articulus post curationem ægre mouetur, ut neq; extendi neq; inflecti facile queat, id quod evenire consuevit cum ex magna inflammatione reliquæ aliquæ affectionum in nervis & copulis supersunt. inde enim articulus motionem admodum difficilem consequitur: ut vincus esse videatur. Nam cum tendones & copulæ neque in extensione, neq; in flexione sequi mouentes musculos possint, sed ex duritie quam contraxerunt, renitentur: vinculo perquam similis affectio euadit. Adde q; in cubiti iunctura si ex prætenuibus cornicibus cubiti capitulis aliquid tum in luxatione, tum in repositione refringatur, multa ibi ex retrimento congestio difficilius & molestius articuli vinculum efficit.

In interiorem partem plerunq; interdum in exteriorem, quandoq; etiam in poplitem prolabitur. quorum omnium repositiones difficiles non sunt, sed cum extrorsum & introrsum lapsus est factus, hominem in humili aliquo sedili collocatum altius cruris, non tamen multo habere oportet. 61

Qua parte magis constricta est iunctura, eam in partem minus labitur. firmissime autem constricta est in anteriore parte, ubi est patella: quam nonnulli medici, quia supra totum genu incubit, supergenualem vocant. Nam hanc extrinsecus tendo quidam latus constringit, qui cum originem ex anterioribus femoris copulis habeat, transcendatq; patellam totam, tibiæ capiti innectitur: atq; ita fit, ut anterior genu pars, tum patella, tum hoc, quem dixi, tendone in tibiæ vsq; caput innexo firmiter coarctetur. Posteriolem vero partem, quæ non admodum rotunda est, caput musculi qui tibiæ inflectit, coercet. musculus is paruus cum sit, ac propterea in iunctura ipsa occultetur, dissectionis studiosos latuit: caput tamen crassissimum ex validissimis copulis constitutum habet. Reliqui duo iuncturæ huius loci sunt, exterior, & interior: qui nulla huiusmodi, ut anterior & posterior, tutela muniuntur. quocirca in has partes, atq; in interiorem magis, quæ minore constrictione firmatur, prolabi femur consuevit.

Extensio vero ut plurimum mediocris sufficit: ut altera parte tibiæ, altera femur in diversa extendas. 62

Cum de extensione dixerit, de repositione nihil expressit: quasi clarum nobis id satis sit, in vnaquaque repositione in contrariam partem articulum elapsum esse propellendum. Vbi autem

A tem eminentia aliqua ossis non admodum oblonga suspendi, osq; quod reponendum est, è directo statui debet: quid agere oporteat, non omitit: sicut in iunctura cubiti fecit. Sed de genu & poplitis luxatione nihil prorsus dixit: cum eadem repositionis ratione utendum sit, quam adhibemus, cum vel in anteriorem vel interioriorem partem articulus prolabitur. post extensionem enim quæ simili modo fit, articulus in anteriorem partem retrudendus est.

63 **O**ssa uero iuncturae cubiti turbulētiora, quàm genu, reposituq; difficiliora ob inflammationem: nisi statim quispiam ea reponat, minus quidem quàm illa prolabantur, sed restituantur, & reponuntur difficilius: magisq; inflammationē insuper patiuntur, & supero ccallefcunt, continguntq; plerunq; etiam horum parte declinationes: cum aliàs in partē ad costas, aliàs in exteriorē dimouentur, non tamen ita, ut totus articulus excidat, sed subsistit aliquid in cavitare ossis brachij, qua cubiti partem supereminentem habet. Huiusmodi lapsus siue hac siue illac fiat, reponi facile potest: satisq; est, si extensio è directo brachij efficiatur, ut dum alter ad articulum manus intendit, alter circumiectis sub alā manibus retrahit: alius altera manu ad articulum egressum palma applicata truat, altera iuxta articulum retrudat. quippe cū huiusmodi prolapsiones obtēperare repositioni non tarde soleant: si quis prius q̄ inflamētur, eas reponat. Luxantur autem ut plurimum in interiorē partem magis, sed etiam in exteriorē prolabantur, id quod figura facile innotescit. sepeq; hæc sine etiam ualida aliqua extensione in sedem restituantur. Oportet autem ut cum in interiorē partem facta prolapsio est, articulum in naturam suam repellamus: cubitū in pronam partem magis circumagamus. Ac prolapsiones quidem cubiti plerūq; huiusmodi sunt. Si uero articulus uel hac uel illac transgressus fuerit supra os cubiti quod in cauum brachij prominet, quod quidem raro contingit: si tamen fiat, extensio quæ per directum fit, non amplius simili modo est accommodata, in huiusmodi enim extensione os cubiti prominens brachij transgressio nem prohibet. Quocirca his qui ita luxati sunt talem extensionem adhibere debemus, qualem superius descripsimus: cum fracta brachij ossa erant deliganda: ut ab ala uidelicet in superiorē partem intendamus. à cubiti ipsius gibbo deorsum urgeamus, ita enim maxime brachium supra suum sinum suspendetur, quod ubi factum fuerit, palmis manuum constitutio effici facile poterit: si altera egressam brachij partem trudamus, altera os cubiti iuxta articulum retrudamus, eodem modo utraq; sed minus tamen. Extensio hæc huiusmodi prolapsionis iustissima est. Reponi etiā extensione in directum possit, sed minus tamen quàm hoc modo. At si in anteriorem partem prolabatur brachium, rarissime autem id fit, sed quidnam repentina eluctatio non eijceret? multa enim præter etiam naturam suam excidunt, etiam si magnum aliquod obstet impedimentum. huic autem eluctationi, magnum quoddam obstaculum est, & os crassius, quod superiacet, & multa neruorum intentio, nihilo minus tamen quibusdam eluctantur, signum huiusmodi eluctationis est, quod nulla ratione inflectere cubitum queunt, & articulus, si attrectetur, patet. Si igitur non statim reposerimus, uehementes & uolente inflammationes, necnon febriles oriuntur: sin aut statim occurrat aliquis, facile reponitur, oportet enim ut duro aliquo linteo non magno conuoluto, ac, per transversum in flexuram cubiti coniecto, cubitum repente conflectamus, ac manum quàm maxime ad humerum adducamus.

A. LINTEV̄ CŌVOLVTV̄ I FLEXVRĀ CVBITI CONIECTV̄
B. CVBITVS REPENTE CONFLEXVS




D

His ita luxatis satis quidem hæc repositio est: uerum èt extensio indirectam bene coaptare hunc modum repositionis potest. palmis tamen manus alter brachij extantē partem ad flexuram in posteriorem partem detrudere: alter ab inferiori sursum cubiti gibbū ex directo cubiti protrudere debet. Potest etiam huic modo prolapsionis illa extensio adhiberi superius scripta, qua ossa brachij fracta cum deliganda sunt, extenduntur, atq; ubi ita extensum fuit, sic palmis conformandum est, ut prius est dictum. At si in posteriorem partem brachium exciderit, quod raro euenit, maximosq; omnium dolores, febresq; continuas, mereq; biliosas, et letales, paucisq; diebus conficientes affert. Quibus id euenit, ij extēdere, atq; explicare brachiū nequeunt. Si his à principio accesseris, uim afferre debes, ut cubitum protendas: & sponte articulus restituetur. Si uero febris præoccuparit, reponendum amplius nō est. dolor enim, si cogere quicquam uolueris, augetur. Ut autē in uniuersum dicam, neq; alius quispiam articulus, cum febris adest, & minime omnium cubitus tentandus est. Aliæ quoq; noxæ circa cubiti gibbum molestæ, ac turbulente contingunt. hic enim quandoq; os crassius ab altero dimouetur, ita ut neq; conflecti brachium, neq; extendi similiter queat, id autem manifestum sit, si in flexura cubiti iuxta uenæ discissionem quæ supra muscolum fertur, contrectemus. Quibus hoc accidit, id in suam naturam restituere facile non est: quippe cum neque alia ulla duorum ossium communis coherentia, quam συμφυσις & appellant, ubi diuisa est, in pristinam naturam reduci ualeat:

ei ualeat: sed necesse est, ut ea pars qua dissidentia facta est, turgidior appareat. Quomodo uero in articulo facienda deligatio sit, in deligatione circa malleolum dictum est. At enim nonnullis os cubiti, quod brachio subiectum est, frangitur: quandoq; cartilaginea eius pars, unde tendo posterior brachij exoritur, quod cum sit, febrile ac malignum euadit, articulus quidem in sua sede manet: equaliter enim basis eius ea parte superexcedit. quando uero id abductis est ea parte qua caput brachij superstat: erraticus magis ac uagus articulus euadit: si uidelicet prorsus abriampatur. Minus noxia enim, ut summam dicam, sunt cuncta ossa que franguntur, quam si non ossa frangantur, sed uene & nervi opporuni his in locis contendantur. Hec siquidem propius, quam illa ad mortem accedunt: praesertim si continua febris occuparit. Sed huiusmodi tamen fracturae raro euenire consueuerunt. Quandoq; uero hoc caput brachij circa appendicem frangitur: idq; multo magis noxium uidetur, cum tamen multo benignius sit, quam quae in cubito accidunt. Quomodo igitur singula luxata & reponi maxime conuenit, & curari, scriptum est: confert enim ut articulus statim ob celeritatem inflammationis neuorum reponatur. nam si etiam statim postquam exciderunt, repositio fiat, solent nervi contendere, & aliquandiu extensionem, quam facere consueuerunt, & inflexionem impedire. Omnia autem haec simili modo curari conuenit siue frangantur, siue dissident, siue prolabantur. cuncta siquidem haec ex linteis multis, & plagulis & cerato, non secus atq; aliae fracturae, curanda sunt. Figuratio uero cubiti in his etiam prorsus facienda eiusmodi est, ut in ijs fiebat quibus brachium fractum aut cubitus deligabatur. communis enim maxime omnibus luxationibus, dimotionibus, & fracturis figuratio haec est: nec non ad distentionem, quae postea facienda est, & ad singula extendenda, & inflectenda. hinc enim uiae ad utraq; similes sunt, facillima praeterea aegrotanti haec figuratio est, ut & gestetur, & appendatur. Adde q; si callus occuparet extensum brachium, melius esset si non adesset: quippe cum multo impedimento & paruo adiuuamento sit: sin inflexum, esse magis usui posset. at si mediam figuratone obtinens callo obducatur, illud uero multo melius usuiq; accommodatius est. Atq; haec de figuratone. Deligandum autem est initio primi lintei supra lesam partem iniecto siue fracta, siue luxata sit, siue dissideat: conuolutionibusq; primis supra hanc eandem factis, ita ut maxime ibi, minus hinc & inde constringamus. Deligatio uero communis & brachio & cubito facienda est, quae multo maiorem partem utriusq; occupet, quam pleriq; faciunt: ut quamlongissime a noxa hinc & inde tumor exprimatur. acuta insuper cubiti pars circundanda est, siue in ea noxa fuerit, siue non fuerit: ut ne ibi circa ipsum intumescencia colligatur. Cauendum autem in deligatione est, ne multum lintei in flexura cubiti collectum sit, quatenus fieri potest: comprimendumq; maxime iuxta noxam est. Cetera de compressione & laxatione iisdem temporibus singula obseruanda, sicut superius in ossium fracturum curatione scriptum est. religationes ite tertio post die fiant. tertio item die laxum esse uideatur, sicut tunc. Ferulae etiam conueniente tempore circundentur, nihil enim ab re est, tam quibus fracta ossa sunt, quam quibus minime, nisi febriant. quam laxissime tamen aliae a brachio, aliae a cubito collocatae, quae non crassae sint. inaequales uero esse eas necesse est, ut inter sese alternentur: quatenus conferat, coniectura a conflexione sumpta. Plagularum quoq; appositio talis facienda est, sicut ferularum: crassiores enim paulo circa noxam applicandae sunt. Tempora autem ab inflammatione, & ab ijs, quae superius scripta sunt, coniectare oportet.

Explicatio deest.





GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE ARTICVLIS COMMENTA,

RIORVM LIBRI QVATVOR,

Ioanne Bernardo Feliciano interprete,

Nunc ab eodem & recogniti, & nouis quibusdam figuris illustrati.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Vt in libro de fracturis multa dicta sunt, quæ ad luxationes attinent, ita hoc quoq; de articulis multa de fracturis tractantur: in cuius prima parte de humeri articulo restituyendo, de summo humero, ac de iugulo pertractat.



librum hunc sequi superiores de fracturis, licet in superioribus commentarijs dictum à nobis iam sit: nunc tamen breuibus etiam declarabimus. Hoc primum ex principio vtriusque libri cognosci facile potest. ibi enim ita exorditur: Medicum oportet luxationum & fracturam quam directissimas extensiones efficere: manifeste declarans de fracturis & luxationibus sibi esse futuram dissertationem. Nunc vero in ipsa statim huius libri fronte / autem / coniunctionem posuit: quæ orationem nunquam omnino incipit, sed antedictis alijs subiungi consuevit, tametsi nonnulli sunt, eò sapientiæ prouecti, vt libri Xenophontis de re familiari faciant mentionem: eiusque testimonio confirmare

se existiment, morem veterum scriptorum esse, vt / autem / coniunctionem in principio etiam orationis constituent, aiunt enim Xenophontem librum eum in hunc modum auspicari, *Audiui autem ex eo, cum etiam de re familiari talia apud me disserteret: non aduertentes librum eum à superioribus dependere: atque esse vltimum eorum, quos de Socraticis commemorationibus antea conscripsit. Sed rerum præterea ipsarum doctrina librum de articulis subsequi ad eum de fracturis indicat. Nam cum in superiore de luxationibus & fracturis dicere fuisset pollicitus, quæcunque ibi prætermisit, hic adiungit, ne doctrinæ quicquam deesset. Vnde etiam dixi nonnullos asserere totam hanc tractationem in duos libros ab Hippocrate ipso minime fuisse distinctam, sed vno tantum libro comprehensam, qui de ijs, quæ in medicatrina fiunt, ab ipso fuerit inscriptus: deinde ob magnitudinem ab aliquo alio in duos libros fuisse diuisam. Nam in his nullum neque luxationis, neque fractionis genus fuisse ommissum, præter eas, quæ in capite contingunt, propterea quòd alium peculiarem de illis librum conscripserit: clarum tibi esse poterit, si ea, quæ in libro de fracturis docuit, & quæ in hoc est pertractaturus, consideraris. In illo enim primum de cubiti & brachij, tibiæ & femoris fracturis scripsit: deinde de ijs, quæ in pede & manu accidunt: tum de ijs, quæ cum vulnere contingunt, in quibusq; ossa aliqua denudantur: postremo de omnibus, quæ ad genu & cubiti gibbum euenire consueuerunt. Restabant ex articulis, humerus, coxa, maxilla, & spina dorsii: ex fracturis, quæ in costis, maxillis, naribus, auribus fiunt: de quibus omnibus hoc in libro disseruit. Quin etiam de dissidentia ossium, & contusionibus circa articulos in vtrisque libris cum dicat: siquid in libro de fracturis prætermisit, hic adiungit: vt nullum amplius neque fracturæ, neque luxationis, neque ossium dissidentia genus reliquum omnino sit. Accedit q; de contusionibus quoq; dictum est, quæ circa musculos, & venas, & neruos contingunt. Quæ sanè omnia licet satis idonea sint, vt consequutione libri huius ad superiorē declarēt: illud tñ non leue quoq; huiusce rei argumentū est: q; cum eo in libro consuluerit præparandam esse machinam ijs, qui in magna aliqua vrbe curaturi sunt: hic fabricā eius vniuersam describit: ac simul supius se de ea mentionē fecisse refert. Eā posteriores medici scānum Hippocraticū vocant. Sed ad demonstrandā libri huius consequutionē satis hæc sint. Nunc ad explanationē verborum eius veniemus, si tñ hoc, sicut in libro quoq; de fracturis fecimus, p̄monuerimus. Loquutionē Hippocratis hic adeo planam*

Gal. in lib. Hipp. de articulis

planam ac claram esse, vt parua explanatione apud eum præcipue indigeat, qui primis disciplinis fuerit imbutus, veterisq; alicuius auctoris loquutioni assueuerit. Quod si quis ita instructus in hominis, aut saltem simiæ ossibus articulorum quoq; compositiones inspexerit: ei multo clariora omnia futura sunt. Nam si musculorum etiam dissectione calluerit, atq; alioqui ingeniosus sit: haud dubito, quin multa quæ his in commentarijs nostris scripta fuerint, superuacua esse arbitretur: cum prius scriptoris huius loquutionem intelligat, q̄ meis explanationibus edoceatur. Quia tamen non huiusmodi solis scribimus: melius mihi videtur, vt aliorum quoq; ratione habita, si vel parua aliqua obscuritas occurrat, non prætereamus.

Humeri autem articulum vno modo prolabi, in aliam videlicet noui.

De articulatione inter se iunctorum ossium appellare articulum solere, non solum qui alterius ossis caput in se excipit: sed ipsum quod inferitur caput: in superiori libro dictum à nobis iam est. Nunc illud est commemorandum: brachium cum satis magnum caput habeat, in non admodum profundam ac desiderantem cauitatem extremæ ceruicis scapulæ partis, quæ ipsi incumbit, innecti, ab Hippocrate præterea iuncturas huiusmodi interdum hoc modo explicari solere, quo hic fecit, cum inquit. Humeri articulum, interdum non ita, sed articulum qui ad humerum est, quemadmodum superius in libro de fracturis articulum qui ad genu est, sapius dixit. Vnum autem modum, id est differentiam vnam tantum luxationis huius articuli agnouisse se inquit: quod an recte ab eo dictum sit, postea considerabimus.

Sorsum uero, aut in exteriorem partem, nunquam.

In humeri dearticulatione sinus, quem in extrema scapulæ ceruicis parte esse dixi, in anteriorem partem vergit ita, vt cum brachium attollit quispiam, caput ipsius totam penitus sinus cauitatem occupet. Cum autem sex circum circa omnem dearticulationem sint loca, supra & infra, ante & retro, extra & intra: huius articuli pars interior, qua planè sorsum vergit, carnosam musculi partem superiectam habet, qui deltoides à Δ literæ similitudine à quibusdam vocatur: qua vero ad collum versus declinat, scapulæ dorsum, ubi ex iuguli coniunctione summus humerus efficit, qui ἀγκυλομοιον appellatur: qua intrinsecus spectat, processus ille scapulæ occurrit, quæ ob formam, anchoralem alij, quidam cornicularem nuncupant: qui profecto vetat, quo minus eam in partem excidere articulus queat. vt autem in posteriorem partem prolabatur, cum inde scapula ipsa incumbat: quis nostrum est, qui vel concipere animo possit? Reliquæ igitur quatuor partes sunt, quæ tutela carent: in quas elabi posse articulum verisimile est, quarum omnium ipse mentionem facit: inferioris, in principio, cum inquit. Humeri autem articulum vno modo prolabi, in aliam videlicet nouitrium reliquarum nominatim deinceps: sorsum enim primum, deinde in exteriorem partem, postea in anteriorem ait. Aduertamus igitur animum quænam de duobus hæc modis dicat, quos in oratione hac protulit.

Non tamen, prolabatur nec ne, confirmaturio: licet de eo habeam quid dicam. Verum neq; in anteriorem partem excidisse mihi uisus est, medicis tamen ualde in anteriorem partem prolabi uidetur, atque in ijs maxime decipiuntur, quorum carnes circa articulum & brachium tabes confecit, in huiusmodi enim caput brachij profus eminere in anteriorem partem conspicitur. Atq; ego quidem cum huiusmodi articulum negarem excidisse, eam ob rem & apud medicos & apud populares male audiui. solus enim ego uidebar illis ignorare, cum alij omnes cognoscerent, neq; hoc ita se habere persuadere ipsis, nisi difficulter potui.

Cum duos luxationis modos dixerit sorsum & extrorsum, ac se neutrum ex ipsis uidisse asseruerit: postea quasi de vtrisque his adhuc loquatur, ita subiungit. Non tamen, prolabatur nec ne, confirmaturio: licet de eo habeam quid dicam. Cum tamen dicat licet de eo habeam quid dicam aperte uidetur de altero tantum ipsorum loqui, si enim de vtrisque intelligere uoluisset, non dixisset singulari numero de eo, sed de ipsis. nunquid igitur de sola differentia in exteriorem partem hoc dicatur, considerandum est: quippe cum illi statim hoc subiunxerit. Potest etiam, vt nonnulli intelligunt, veteri loquendi forma de vtrisque ita dictum esse: perinde ac si in hunc modum scripsisset, Licet de ea re habeam quid dicam. Alij sunt qui fieri posse affirmant, vt error hoc loco ex librario, qui primum non recte descripsit, inoleuerit: qui propterea q̄ nemo emendare eum ausus sit, hucusq; fuerit reseruatus. Veruntamen ego in quodam exemplari ita scriptum deprehendi. licet de ipsis habeam quid dicam, in quo ausus est profecto aliquis in contrarium modum immutare lectionem, q̄ in alijs reperitur. Cæterum siue de vtrisque modis, siue de altero tantum se non posse confirmare dicat: operæ precium est, vt de vtrisque nos consideremus: vbi hoc tantum de loquutione ipsa adhuc addiderimus. Confirmaturio inquit, pro ad confirmandum paratus sum, & confirmare appeto, non secus atq; inspecturio: quod etiam ipsum ad inspiciendum paratum esse & appetenter inspicere significat. vnde Homerus inspecturientes dixit, explicare hoc idem volens: cum inquit, Vnde tumultum illi bellumq; inspecturientes. Sed cur cum posset aliquid dicere, nolle se id facere inquit, consideremus: priusq; quænam sint ea quæ dicere potuisset, excogitemus. Perspicuum sanè est inuentionem eorum, quæ fuisset dicturus, si sibi esse dicendum censuisset, ex ipsa partium natura existere, partium autem ipsarum structura exacte à nobis tum in libro

de

- A** de ossibus, tum in musculorum dissectione, quin etiam in dissectionibus tractationibus demonstrata est. Nam articularum, & venarum, & neruorum natura nullam ad praesens negotium utilitatem affert, propterea quod omnia, quae in articularum luxationibus accidunt, ex ipsis ossium articulis, & qui ipsos continent musculis, & fiunt & prohibentur: nihilque ad ea vel inferenda vel impedienda arteriarum, aut nerui, aut venae faciunt. Age enim, humeri articulus reliquis omnibus promptius excidit: tum quia vniformis est & simplex, non quemadmodum qui in genu est, duplex: aut qui in cubito, varius & nullo modo simplex: tum quia caput brachij magnum cum sit, & sine vlla oblonga ceruice in sinum altitudine carentem inseritur. Nam femur cum caput habeat paruum, & ceruicem oblongam, acetabulo est profundo excipitur, quod supercilijs satis magnis circumdatum est: praeterquam quod copula validissima quoque ex summo capite in intimam acetabuli sedem innectitur. Quocirca non iniuria fit ut femur raro saepe brachium excidat. quippe quod neque copulam habeat, neque in profundum sinum descendat. Principium igitur luxationis in eam partem fieri necesse est, in quam figuratiōis violentia impellit, in ea tamen manere non potest & ob naturalem inclinationem, qua deorsum fertur, & ob angustiam interdum loci, quae vel ex ossium eminentijs, vel ex musculorum validitate existit. Superior igitur huius articuli pars summum humerum habet superiectum, unde si eod aliquando excedat, fit, ut ab ossibus, quae ibi sunt, non admittitur statim pondere suo deorsum relabatur. Exterior autem pars etiam ipsa magnis quidem musculis munita est, & deorsum simili modo est procliuis: fieri tamen potest aliquando, ut violentus aliquis brachij habitus adeo sit, ut musculis inter se impetu disiunctis in medium inter ipsos locum articulum protrudat: vbi interclusus a musculis strictim cohibeatur. Propterea igitur Hippocrates an excidat has in partes humeri articulus nec ne, confirmare se nolle inquit. Nam cum deorsum natura tendat, permanere neque in anteriore loco potest, cum autem, sicut dictum est, disiecti violentia aliqua musculi interclusum eum coarctare, ac continere queant: permanere posse ibidem videtur. Habebat itaque haec atque huiusmodi Hippocrates, quae de luxatione in alias partes quam in alam diceret: quia tamen nunquam id viderat, causas sibi ex commentatione scribendas non censuit: probabilius ratus, quod euidenter apparet, quam quae rationibus tantum innituntur. Sic quoque in curationibus rationes suas experientia prius confirmat, quam nos eas doceat: non sicut quidam posteriores, qui in libris de curatione ea quae nunquam ipsi prius fecerunt, facienda nobis esse scribunt. Adde quod in hoc quoque libro Hippocrates ipse, vbi agit de ijs, quae in spina accidunt, cum excogitationem suam ex ratione refelli ab experimento dixisset: ita subiungit. Pulchrae enim earum quoque rerum disciplinae sunt, quae ad experimentum perductae frustratae apparuerunt: & cur frustratae fuerint, apparet.

- 4** Siquis in brachio superhumerali carnibus nudaret, quaeque musculus intenditur: tendonem item nudaret, qui ad alam est, & iugulum ad pectus: caput brachij etiam si non excidisset, in anteriorem partem prominere multum conspiceretur. natura enim ita comparatum est, ut caput brachij in anteriorem partem prociduum: reliquum os in exteriori incuruum sit.

- Brachium appellatur, quod inter duas iuncturas humeri & cubiti intercedit, totius brachij pars. Superhumeralis vero, id est *επωμεις*, superior humeri pars, quae ad collum vergit. Nam humerus totum id, quod in dearticulatione hac apparet, vocatur. Nam quod non apparet a posteriori parte est os scapulae: ab inferiori est id quod dum totum brachium attollitur, manifestum fit, quae ala nuncupatur. Cum superius dixerit Hippocrates caput brachij in illis prominens apparere ita, ut videatur excidisse, quibus carnes circa humerum emaciatae contabuerunt: naturam eius ex dissectione totam nunc docet, si quis inspicere id euidenter velit. lubet enim, ut superhumeralis carnibus denudetur: hoc est carnes scalpello eatenus detrahantur, quoad ossa dearticulationis huius denudentur, atque extent, nudetur item tendo ad alam. tres enim musculi hic sunt: primus qui a scapula & iugulo proficiscitur, quem deltoidem vocant. huius musculi carnosae pars totam dearticulationem operit. Tendo vero in os brachij per longitudinem innectitur: cui quidem tendo alius inheret musculi satis magni qui a pectore exoritur, & cum praedicto iuxta humeralis venae posituram defertur: cuius nunc meminit, cum inquit tendonem item nudaret qui ad alam est. Dum autem ait, quaeque musculus intenditur, id potest de deltoide intelligi, cuius totum articulum carnosae pars operit: potest item de anteriore, qui iuxta ceruicem est, dictum esse, qui in duobus capitibus robustas copulas habet: alteram ex anchorali processu: alteram ex edito ceruicis scapulae supercilio prodeuntes.

- 5** Conuersatur autem brachium cum cauo scapulae in latus, cum ad costas porrigitur. cum vero in anteriorem partem totum brachium extenditur, tunc caput brachij est directo scapulae cauum in: neque prominere in anteriorem partem videtur. Sed de quo nunc est sermo, neque in anteriorem partem unquam vidi ipsam excidisse: neque de hoc tamen excidat ne ita, nec ne, confirmatur. Quando igitur in alam exciderit, utpote cum multis contingat, reponere multi id sciunt. cognoscere autem omnes modos quibus medici reponere consueverunt, quoque pacto uti his ipsis quispiam optime possit: eruditum est, horum tamen optimo, si validissimam necessitatem uideris, utendum tibi esse ducas, optimus vero est, qui postremo describetur.

Conuersari, id est *ὁμιλῶν*, veteres in vniuersum non pro colloquendo, quemadmodum plerique nunc

Gal. in lib. Hipp. de articulis

nunc solent: sed pro conueniendo & consuefcendo simul sumebant: verbumq; hoc ab eo deduce bant, quòd ὁμοῦ εἰλεῖντο, id est simul voluerentur, & versarenī inter se homines. Homerus quoq; de ijs qui in clypeo Achillis à Vulcano efficti fuerant, ita inquit. Non secus ac viui conuersabantur. Brachium igitur cum cauo scapulæ in latus conuersari inquit, quādo ad costas brachiū fuerit prætentum: hoc verbo conuersari simul esse & attingere ipsum significans. Cum vero totum brachium extenditur, tunc è directo brachium in scapulæ cauum inferi, ac non amplius in anteriorem partem ob erectionem prominere.

Quibuscumq; frequenter humerus excidit, ij ad reponendum id sibi ipsis ut plurimum sufficiunt.

Dictum à me in libro quoq; de fracturis est, duas esse causas, quæ efficiant, vt frequenter & ex leui occasione articulus excidat, & luxetur. nam vel quia sinus alte non descendit, supinaq; ac re- tusa habet supercilia, id euenit: vel ex partium, quæ iuncturam circundāt, humiditate: qua fit, vt & laxæ sint, & facile extendantur. Ob has èt easdem causas adeo faciles huiusmodi articulorū re- positiones esse diximus, vt absq; èt medicorū opera fieri ab ipsis illis qui id patiuntur, possint.

Iniectis enim condylis alterius manus sub alam articuli sursum propellunt: gibbū vero cubiti ad pectus adducūt.

Primus repositionis modus hic est, cum vel ipse æger, vel medicus aliquis condylos ac nodos digitorum manus sub caput brachij subiicit, nō ita absolute, sed ex interiore parte: vt prius in an- teriore infra à costis diductum, sursum postea retrudatur, & è regione ad sinum qui id exceptu- rus est, constituatur. hic enim profectò & musculi etiam qui iuncturæ huic circumiecti sunt, opi- tulantur. Dictum siquidem ab ipso est in libro de fracturis, sicut etiam à nobis in libris de motio- ne musculorum, proprium naturaq; insitum musculis esse, vt in seiplos contrahantur. à seipsis. n. non extenduntur: sed musculi alij sunt, qui in contrariam partē porrecti, quiescētes illos & ocia- tes moueāt. Huiusmodi hic musculorum motus brachij quoq; caput in alam delapsum ibi mane- re non sinit, sed retrahit ad costas, quoad scapulæ ceruici subiiciatur. Vnde etiam repositio hæc ex tribus operationibus composita est: vna, cum in anteriorem partem, altera, cum in superiorem, tertia cū retro à nobis articulus ppellitur, hæc siquidē necessaria est, quocūq; mō qspia reponere voluerit. Vbi igitur humida natura & laxa sunt corpora circum circa iuncturā, parua manus cō- tentione brachij caput in anteriorem partem reducitur: vbi dura & valida, vehementiore opus est. Propterea multi reponēdi modi inuenti sunt. quorum omnium vnum propositum est, quod in tres quos dixi scopos reducitur. hos autem scopos ex maxime communi, maximeq; generali omnium inuenimus: quod & ab Hippocrate dictum, & à nobis in libris de curandi ratione de- monstratum est: & nunc quoq; quābreuissime fieri poterit, commemorabitur. Nihil ex ijs, quæ secundum naturam sese habent, emendatione indiget. conseruare enim id, non remouere propo- suimus. sed quæ præter naturam sunt, ea in naturalem statum reducere nitimur. Necesse autē est, vt qui in pristinum statum rediturus est: is eadem via vnde est digressus, reuertatur: quod perin- de est ac si dicamus, vt contrarium iter faciat. Iis autem qui Athenis Eleusinem proficiscuntur, nul- lam aliam contrariam viam reperire possumus, quā si Athenas Eleusine reuertantur: ea vię parte quæ prima fuerat, dum Athenas proficiscerentur, vltima effecta. Considera igitur in vnaquaque luxatione vnde nam articuli excessus inceperit, quo modo progressus fuerit, quò finem fecerit. oportet enim vt finem excessus principium reditus facias: atq; inde retro ad principium vsq; lu- xationis progrediaris. Age enim in proposita hac luxatione rē perspiciamus. Cum è propria se- de caput brachij in anteriorem lapsum, pondere suo deorsum deciderit, ac postea retro ad costas à musculis eam in partem se contrahentibus abductum fuerit: restitutionem in naturalem situm à posteriore parte exordiamur, necesse est, atq; inde in anteriorem partem primum, deinde in su- periorē promoueamus. vbi vero iam è regione sinus, in quem ingressurum est, cōstitit, alte- rum ex duobus faciendum est: nam vel musculis totum negotium committendum: vel simul etiā compellendum. Illud tamen aduertere debes, si musculis rem commiseris, ne inferiorem locum immunitum destituas. innitatur enim supra aliquid brachium ea parte opus est: ne si aliquo mo- do musculi imbecilliter trahant, deorsum prius delabatur, q̄ reductum in propriam sedem fuerit. Cum tres igitur hæc progressiones sint, optimum est vt in rectam lineam singulas, primam in an- teriorem partem, secundam in superiorem, tertiam in posteriorem faciamus. Sæpe tamen nō ita facimus, sed circūuersato brachij capite ad scapulæ ceruicem, repositionem moliri cōsueuimus. Ac primus quidem modus, qui ab ipso ægrotante, aut medico, digitorum coniectione fit, ex hoc genere est: ab ipsoq; Hippocrate κατὰ περίσφελσιν, hoc est ex circumuagatione nuncupatur: qui sanè absq; læsione vlla in humeri dearticulatione proficit, in qua eminentia nulla oblonga extat, neq; in capite brachij, quod planè rotundum est, neq; in supercilijs cavitatis, quæ est exceptura. Quibus igitur frequenter excidit, ijs necesse est dearticulationem laxam esse, cavitatemq; breui- bus proiecturis, ac supercilijs esse circundatam, ac propterea fit, vt facile ipsi sibi reponere articu- lū valeant condylis & nodis digitorum alterius manus sub alam iniectis ita, vt in medium locum inter

A inter brachij caput, & costas inferantur. vice enim vectis digiti funguntur, cum condyli ipsorum in acutum, tanq̄ metæ verticem desināt: quo immisso facile reliqua eorum pars in eum medium locum sese insinuet, in quem quidem locum vbi semel fuerunt recepti ob humiditatem corporū qui circa iuncturam eam sunt: repositio facile subsequitur. Digiti enim statim admissi articulum in anteriorem partem à costas abducunt, gibbus vero cubiti ad pectus adductus brachiū sursum

attollit. cumq; interim digiti simul impellunt, & ab inferioribus, anterioribusq; dearticulationis partibus cōuoluuntur, caput brachij ad marginem cavitatis, in quam ingressurum est, ascendit, quò simul ac peruenit, leui momento in eam restituit: atq; hic repositionis finis est.

A. DIGITI SVB ALAM CONIECTI
B. CAPVT AD SVMMV̄ HVMERVM OBIECTVM
C. GENVA AD GIBBV̄ CVBITI APPVLSA

8

B



C

A. DIGITI SVB ALAM CONIECTI
B. CAPVT AD SVMMV̄ HVMERVM OBIECTVM
C. ALTER CVBITI GIBBV̄ AD COSTAS ADDVCENS

D



9

Septima Classis.

KKKKKKK Modus

Eodem quoq; hoc modo medicus reponet, si ipse ab inferiore parte articuli qui excidit sub alam coniectis digitis à costas diducat: capiteq; renitēdi causa ad summum humerum obiecto, genibus ad brachium iuxta gibbum cubiti appulsis ad costas retrudat. Qua in re confert, si manus robustas habeat, qui reponit. Vel ipse manibus & capite ita faciat, alter vero aliquis cubiti gibbum ad costas adducat.

Medici dum articulum luxatum reponunt, quædam, quæ communia cum vulgariis operationibus sunt, facere consueuerunt: quædam propria ipsi adiungunt: quemadmodum in hac quam nunc tradit, repositione videre licet. communia cum imperitis sunt, digitis hæc adhibita molitio, & brachij sublatio. propria quæ addita sunt, reluctatio quæ capite fit, ad summum ægrotantis humerum, & genibus ad inferiorem partem brachij obfirmatis retrusio. Ac reluctatio quidem ad summum humerum ea causa fit, ne homo ad brachium dū in anteriorem partem manuum molitione impellitur, consequatur. hæc enim primo faciendæ sunt: postea tertio loco adhiberi debet retrusio genibus accommodate sub id tempus totius operationis, quo caput brachij cum prorsus à costas recesserit, nondum ceruici scapulæ occurrit: tunc enim neq; omnino in anteriorem partem impellendum est, sed sursum trudendum. id autem recte efficietur, si inferiorem extremitatem brachij ad costas quæpiam compellat. Cum enim hæc in inferiorem & inferiorem partem tendit, ea quæ ipsi opposita est, in contrarium abit. vbi vero in superiorem & anteriorem partem caput brachij eductum est, facile in sedem suam redit. Quòd si quis genibus impellere inferius brachij caput nolit, alteri adducere id ad pectus iubeat. id quod vulgares facere superius demonstratum est, quid agendum hac in re sit ex frequenti luxatione edoctos. at cui primum luxatio contigit, is agere id minime potest, nisi admodum fortis, atq; interritus quidam sit. nã si huiusmodi fuerit: iussus à medico ad ceruicē per se ipse attollet.


Repositio quoq; humeri est, si retro ad spinam dorsi reducto cubito altera manu apprehenso eius gibbo sursum retorqueat, altera à posteriore parte iuxta articulum inmitatur.

Gal. in lib. Hipp. de articulis

A. CVBITVS AD SPINĀ DORSI REDVCTVS
 B. MANVS GIBBŪ CVBITI SVRSŪ RETORQVENS
 C. MANVS A POSTERIORE PARTE AD ARTICVLŪ
 INNIXA



Modus hic repositionis per circumuagationem magis, quàm superior fit. estq; etiam ipse ex tribus operationibus necessario compositus: ita tamen vt singulae ipsarum proprijs terminis non circumscribantur, neq; in transitu angulos, sed flexuras circulares efficiant. non secus ac si quadrangule figure anguli retusi, ac refracti fuerint. Quid enim in huiusmodi operationibus per circumuolutionem & circumuagationem contingat, ex figura huius descriptionis euidenter intelliges. Finge brachij capitis, quem articulum vocat, progressionem in prima operatione qua à costis in priorē partē impellit in c — d linea esse cōstitutā: inde vero sursum in d — b: postea cum illinc in cauitatem ppellitur, in b — a. cum huiusmodi fit impulsio nulla circūuagatio cōsequitur. Sed cum angulis in d & b retusis non in tres rectas lineas, sed in vnam tantum conflexam progressio efficitur: tunc euenit vt conuolutum brachium ad marginem dearticulationis ascendat: in quam cum deuenit, paruo momento accedente intro in sedem suam circumuagando illabitur. atque hoc commune omnibus est, quæ ex circumuagatione reponuntur.



Quam vero nunc refert, repositio huic cognata est. nam cum retro ad spinam dorſi cubito reducto eò necessario brachium quoq; sequatur, caput ipsius ante & sursum promotum circūuoluetur primum inferiore dearticulationis parte, deinde anteriore, quousq; ad marginem & supercilium sinus ipsius ascenderit: vnde in cauitatem deuolutum in sede sua stabiliatur. hic enim repositionis terminus est. Quemadmodum vero in ea quam ante hanc tradidit, ne homo in anteriorem partem sequeretur, capite medici vrgeri retro summū humerum iussit: ita nunc ne retro sequatur, è contrario faciendum censet: vt obiecta manu in posteriore dearticulationis parte in anteriorem retrudamus.

Hæc repositio & ante dicta licet secundum naturam non sint: circumuagando tamen articulum ingredi cogunt. 10

Non secundum naturam has esse inquit, propterea q; non per rectas lineas, sed per circūuolutionem, sicut dictum est, articuli motio fit. qua in re quidem periculum est, ne eminetia aliqua defringatur. Cogunt autem dixit, vt violentiam earum significaret.


Qui autem calce reponere conantur, ij prope ad naturalem repositionem accedunt. 11

Cur hanc repositionem prope ad naturalem modum accedere dixerit, manifeste cognosces, si prius totam ipsam audiueris. id autem fiet, si verbis ipsius attendas.

Homine supino humi collocato is qui reponit, utram in partem articulus exciderit, ea sedere humi debet: deinde manu lesa manibus suis apprehensa ad se brachium attrahere: calce uero in alam ægrotantis coniecto, dextro uide licet in dextram, sinistro in sinistram, retrudere. In sinum tamen alæ rotundum aliquid quod congruat, subiiciendum est. ad quem usum accommodatissime sunt paruæ admodum pile ac duræ, quales multæ à sutoribus conficiuntur. Si enim tale quid iniectum prius non sit, calx attingere ad caput brachij non potest. nam dum extenditur brachium, ala sinuatur: quippe cum tendones qui hinc & inde alam constringunt, contrarij inter se sint. Oportet autem aliquem ex altera parte confidentem integrum humerum continere: ne corpus, dum brachium lesum in diuersam partem extenditur, circumuagatur. Præterea alius debet supra ægroti caput sedens habere mollis, atq; idoneæ latitudinis, quæ pile sub alam circumiecta fuerit, eamq; detineat, duobus capitibus apprehensis sinum retrahere, pede ad os summi humeri appposito, pile autem interiorem in partem, atq; ad costas maxime, non ad caput brachij collocata sit.

Siquis

- A. MEDICVS BRACHIVM AD SE ATTRAHENS
 B. CALX IN ALAM CONIECTVS
 C. EX ALTERA PARTE INTEGRV HVMERV CONTINENS
 D. HABENA PILAE SVPERIECTA
 E. ALIVS HABENAM SVRSV RETRAHENS
 ET PEDE OS SVMI HVMERI REPELLENS



Siquis ea quæ in hunc modum exponuntur, non intelligit, is non explanatione quæ verbis fiat, sed demonstratione rei in operationibus ipsis videtur indigere. propterea sæpe, quemadmodum etiam prius dixi, consulo, ut qui librum Hippocratis legunt, diligenter ei animus advertant: atque ea quæ dicuntur, intelligere conentur. Ego igitur quasi iam sententiam horum verbo-

rum per te ipse perceperis, causam afferam, cur hanc repositionem alijs damnatis quæ secundum naturam non fiant, prope ad naturalem modum accedere dixerit. Primum itaque ob id, quia hæc brachium extendit, cum alia id minime faciant: ut merito laudanda huiusmodi repositio sit. dictum enim à nobis est in libris de fracturis quænam utilitas extensionis sit: debereque eam ante omnem repositionem & conformationem præcedere. Secundum in hac repositione est, quod calce retro homo impellitur, ne ad brachium dum trahitur, sequatur. duabus igitur his operationibus distinctio efficitur: dum habena circumiecta alæ in posteriorem partem eger attrahitur, pede obiecto repellitur: quarum utranque intentionem vnus exequitur. atque hæc quidem secundum naturam in hac reponendi ratione fiunt: molitio tamen deficit, cum parua pila nequaquam in mediam partem inter costas & caput brachij ingredi, ac multo minus calx possit. Nam si eò nihil inseratur, quo pacto molitio efficietur: si vero ea non effecta sit, neque repositio secundum naturam profus erit.

13. Alia item repositio est cum ægro alter subhumerat. maior tamen esse debet qui subhumerat, & comprehensa manu humerum suum acutum in alam subijcere.

- A. ÆGRI HVMERVS
 B. HVMERVS SVB HVMERALIS I ALAM ÆGRI SVBIECTVS
 C. LEVIS PVERA TERGO APPENSVS



Septima Classis.

Primus repositionis modus commemoratus est, quod digitis aut ægroti, aut medici fit. secundus qui calce efficitur. tertium hic refert per subhumerationem: ita enim vocant. propterea quod ipse inquit, cum ægro alter subhumerat: id est humero suo subiecto in alam ægri sustollit. quod quo modo fiat, manifeste ipse edocet. lubet. n. ut qui subhumeraturus ægro est, brachium laxatum eius manibus apprehendat: suumque humerum in acutum porrectum sub alam ipsius subijciat ita, ut in cavitatis eius sedem prominentia humeri insinuetur, ac firmetur.

Et deinde subuersare, ut sedi inaptetur: ea coniectura habita, ut circa humerum suum hominem ex ala suspendat: ipse vero seipsum altiore in eum humerum quam in alterum reddat: brachiumque suspendi ad suum ipsius pectus quæcitissime compellat: in eaque figuratone concutiat, cum suspendet hominem, ut contra brachium quod continetur, reliquum corpus propendeat. Si vero admodum levis homo sit, aliquis levis puer ei à tergo insuper appendatur. Hæ repositiones omnes in palestra usitate sunt: propterea quod alijs instrumentis minime indigent, sed alibi tamen etiam uti ipsis unusquisque potest.

Subuersare inquit, de humero eius qui sustulit, intelligens: quemadmodum fieri solet, ubi primum in sellam considemus: circumuersamur enim paululum, ut delidere in ea, ac firmari

KKKKKKK ij mari

D
14

Gal. in lib. Hipp. de articulis

mari cōmode valeamus. Cum autē ex sustollentis humero homo post terga suspendit, pculdubio **B**
 ptracta in priorē partē manu distentionē facit. At si leuis nimis sit, ei appēdi puerum iubet, quo
 pondus ad distendēdū manus reddat. Concuti vero humerū agrotantis ab eo q̄ sustentat, ea causa
 vult, vt brachiū è directo ad ppriam sedem redigat. nā sicut dictum saepe iam est, vbi eō deductus
 articulus est: etiā si nos amplius non cōpellamus, cum musculi in officio sint, facile reuertitur.

A. PISTILLV̄ MOLLI FASCIA INVOLVTV̄ SVB ALĀ INTRVSV̄
 B. BRACHIŪ AD PISTILLV̄ PORRECTV̄ AC DETRACTV̄
 C. ALTER MANIB̄ CERVICI CIRCŪJECTIS DEORSV̄ CŌPELLENS



Quin & qui pistillis cōpellūt, prope ad naturalem **15**
 modum reponūt. Debet autem pistillum fascia aliqua
 molli involui, quo sublabi minus queat: atq; inter co-
 stas & caput brachiū subintrudi. si vero pistillum breue
 fit: collocandus in sedili aliquo homo est sic, ut pistillo
 circumducere brachium vix queat: sed longius precipue
 fit, ita ut stans homo ferē circa lignum suspendatur, de-
 inde brachio & cubito circa ipsam porrecto aliquis ex
 altera parte corporis ad cervicem circūiectis manibus
 iuxta iugulum deorsum compellat. **F**

Hi quoq; quatenus distentione in contra-
 rias partes vtuntur, eatenus secundum natu-
 ram reponunt. quatenus autem circa pistilli
 caput circūuagatur articulus, in eo vero à na-
 turali modo aberrant. cetera quæ particula-
 tim exponit, plana sunt.

Repositio hæc secundum naturam modeste est: & **16**
 proficere, si quis eam bene tractauerit, potest.

Mediocriter secundum naturam esse hanc
 inquit, id enim significat, cum ἐπιεικὴς, id est
 modeste dicit: quemadmodum etiam homo
 modestus, id est ἐπιεικὴς, mediocris & mode-
 ratas à Græcis nuncupari solet. Nonnulli ta-
 men sunt qui ἐπιεικὴς nō pro modeste & me- **G**
 diocriter, sed pro admodum & maxime su-
 mant: ac p̄pterea, vt puto, in principio quoq;
 huius orationis particulā hanc/prope/abstul-
 erunt, atq; ita legunt, Quin & qui pistillis cō-
 pellunt, ad naturalem modū reponunt. Verū
 tamen debebant ijs, etiā si nihil ab Hippocrate
 ipso dictum fuisset, in sequenti oratione ex ijs,
 quæ huic repositioni vitio vertit, intelligere.
 eā. n. reprehēdit, cū inquit, Circa enim pistilli
 caput, etiā si humerus fixus pmaneret, pericu-
 lum est ne corpus circūuaget, atq; iccirco ea
 quæ p̄ scalā fit, vt inq̄t, melior est. Non est igit
 hæc ad summū laudāda, vt maxime dici natu-
 ralis possit. nā magis ea q̄ p̄ scalā fit, approbat. **H**



A ROTVNDV̄ QVO
 DDĀ SCALĀ GRAD
 VI ALLIGATVM

Sed enim alia quadam huiusmodi est, quæ fieri per **17**
 scalam consuevit, atq; etiam melior: propterea q̄ si-
 spensum corpus hinc & illinc librari stabilius potest.
 Circa. n. pistilli caput, etiam si humerus fixus permane-
 ret, periculum est ne corpus hac vel illac circūuagetur.

Quintus hic repositionis modus est, q̄ cur
 superiore, qui pistillo fit, sit melior, ipse mani-
 festissime declarat.


Oportet autem ut supra gradum scale rotundā ali- **18**
 quid alligetur, quod in cauum alæ infinetur: atq; ita
 caput brachiū reuerti in naturam cogat.

Ex eodem gradus ipsius ligno eminentia
 huiusmodi in machinaria hac scala statim à
 principio efficitur: qua nos etiam vti consue-
 uimus.

A uimus. Rotunda autē hęc in gradu eminentia ligno, quod deinceps describit, similis est, quod in superiori extrema parte crepidinem habet, à qua posteriores medici omnes crepidinem, id est *αμβων*, ipsum appellant. Adiungi hoc potest statarijs quoq; instrumentis cuiusmodi est Andree instrumentum & Tectonis, quorum nullius fabricam referre mihi nunc necesse est: cum à multis recentioribus qui de instrumentis scripserunt, dictum de eis satis sit, nobis enim Hippocratem explanare propositum est, qui ad omnia quę vehementiore distentione & molitione indigent, eo quod scamnum vocant, utitur.

19 Optima tamen repositionum omnium hęc est, lignum sumēdum est, quod latitudine circiter quinq; aut quatuor digitorum sit: crassitudine duorum, aut etiam tenuius: longitudine uero bicubitali, uel paulo minus, cuius summitas ex altera parte rotunda, & angustissima, & tenuissima sit: habeatq; in extremo paulo supereminentem crepidinem, quę non ad costas, sed ad caput brachij *ergat*, ut *ale* ad costas sub caput brachij subiecta inferatur. Linteo autem aut mitella aliqua molli summa pars ligni, quo lenior sit, est inuoluenda, eaq; sub alam sic est impellenda, ut inter costas & caput brachij interiorē maxime in partem collocetur: brachiumq; ei totum in longitudinē porrectum paululum infra caput brachij, & ad cubitū, & ad articulum manus alligandum est, ut q̄ maxime firmum permaneat. in primisq; id curandum, ut summa ligni pars superato capite brachij in q̄ intimum *ale* sinum ingrediatur.

B Sextum modum repositionis, quem maxime approbauit, nūc docet: ligni cuiusdam apparatus manifeste describens, cui cū in summa extremitate supercilium quoddā ad crepidinū similitudinem promineat: crepidinem, ut dixi, totum ipsum medici vocant. Eiusmodi autē est supercilium, qualis in orificio patinarum crepido est in interiorē cavitatē conuersa. Vnde etiā comicus quidā carpens patinarum crepidines circūlingere quendam dixit: *αμβωνας* masculino genere more attico eas appellās. Nam Iones fœminino *αμβωνας* huiusmodi proiectionarū & superciliorum figuras vocant: quo uerbo hic Hippocrates utitur. Hac autē crepidine lignum hoc, ut inter caput brachij & costas adaptetur, commodissimum sit: quin etiā moliri uolentibus utilissimum, cum rotunditatem capitis brachij in se firmiter recipiat, ac comprehendat. Reliqua omnia in hac oratione aperta sunt.



Postea inter duas pilas canterius transuersus constituendus est, eisq; bene deligandus supraq; cum brachiū unā cum ligno transmittendū ita est, ut in alteram partem brachio, in alteram corpore propendente sub alam canterius subeat, quod ubi factum fuerit, hinc brachiū inde corpus circum canterium deorsum detrahendum est, in eam altitudinem autē deligari canterius debet, ut corpus suspensum summis digitis insistat. Hęc reponendi humeri ratio, longe optima est. iustissime enim molitur, si uel tantum interiorē in partem q̄ caput brachij sit, lignum iniectum sit. Iustissime item in utraq; partem librationes, ac stabiles ossi brachij sunt. Ac recentia quidem citius q̄ opinaretur quispiam, redeunt, ac prius q̄ extenta esse uideantur.

Pilas appellare hic Hippocratem colūnas: canterium uero trabem quę ab altera columna ad alteram pertingit, perspiciuum.

Quin etiam uetera restituere sola hęc repositio potest, nisi iam ob uetustatem & caro in acetabulum ingressa fuerit: & caput brachij in loco in quem excidit, moram sibi fecerit. Quāq; ita quoq; inueteratum brachij lapsū reponere mihi uidetur posse. Quid enim iusta molitio non moueret: sed mansurum tamen in sede sua id non puto, sed relapsurum nibilo minus, ad consuetudinem. Idem facit, si hoc modo præparatum brachium supra scalam traiciamus.

Attritam & callo obduratam sedem, moram, i. *τρίβον* siue attritionem dixeris, appellat: quę ex diuturna capitis brachij immoratione efficitur, in ea carnis circūiectę parte, in quam id prima prolapsione incubuerit. Acetabulum uero uocat cavitatem quę in dearticulatione est in extrema, ut dictum est, ceruicis scapulę parte. Plerunq; tamen profundos sinus magnis supercilij circumdatos tum ipse, tum alij nuncupare acetabula consueuerunt, nunc uero cavitatem eam hoc nomine appellat, in quam circūiectę carnes, cum luxatio sit, priori sede, quam brachij caput deseruit, occupata, ineunt. Efficitur igitur ex eo q̄ & propria capitis brachij sedes est interclusa:

Septima Classis.

KKKKKKK iij & locus

Gal. in lib. Hipp. de articulis

A. SEDILE THESSALICV
B. EGROT' IN LAT' COLLOCAT' IN SEDILI



& locus qui ipsum excepit, callo obducto vicem acetabuli exhibet, vt si etiam aliquando fuerit repositus articulus, resistere non possit: cum carnes præter naturam acetabulum obstruxerint, & quæ os exceperunt, callo indurata cavitatem de articulationi similem adeptæ sint.


Idoneum quoque admodum est, si recens sit lapsus, circa magnum sedile thessalicum compulsionem facere. Preparatum tamen esse lignum oportet, sicut dictum est, deinde in sedili homine in latum collocato, brachium ligno alligatum supra reclinatorium traducitur: & in alteram partem corpus, in alteram brachium cum ligno deorsum trahitur.

Sedis cuiusdam talis quædam erat forma, qua in Thessalia antiquitus utebatur: quæ à tergo ad rectas lineas porrectum in altum reclinatorium habebat: circa quod distentionem faciendam censet, quemadmodum superius de canterio edocuit, quo pacto autem collocandus in sede homo sit, manifeste declarat.

Idem facit, si supra biforem ianuam compellamus. ipsæ autem quæ forte affuerint, utendum est.

Sunt nonnullæ huiusmodi ianux, quæ in medio transversum lignum validum habent, cuiusmodi erat canterius, quem inter duas columnas protendendum esse antea dixit. infra quod quidem lignum altera valua, supra item altera aperitur. vnde biforem ianuam dixit, quasi duplicem quandam, quæ binas parvas fores in se contineret. Iubet igitur vt luxatum brachium supra lignum quod inter duas valuas situm est, distentionis causa transmittamus.

A. IANVA BIFORIS



De luxationibus ab Hippocrate non visis.

Hippocrates in aliam vidisse se tantum brachij delapsionem inquit. nonnulli vero ex posterioribus medicis alias quoque luxationes articuli huius, vtpote quæ fieri possint, scriptis tradiderunt. & nos quoque quinquies ad hunc usque diem vidimus: in Asia semel, Romæ quater: quoties videlicet in vrbe alicui huiusmodi affectio contigit, propterea quod medici omnes absurda atque admirabilia consulti causa ostendere mihi consueuerant. Quatuor igitur luxationes contigerunt, omnes quidem in anteriorem partem: eatenus tamen à se mutuo differentes, quatenus per membri longitudinem & latitudinem vel propius, vel longius à dearticulatione efficiebantur. Mirabatur itaque, cum hic nunquam, alij post ipsum aut semel aut bis vidisse se id attestarentur. toties tamen, vt nos, hucusque viderat nemo. Quamquam fortasse posthac etiam alias tale aliquid videbimus, non enim forte quadam, sed probabili causa rem hanc mihi occurrisse arbitror, de qua deinceps nunc dicam.

In nostra Asia huiusmodi luxationem primum inspexi, cum adhuc sub illorum præceptorum disciplina Smyrnæ erudirer. vrbs autem hæc magnitudine multo amplior est, quam ea de qua Hippocrates frequenter meminit, vtpote qui in ea plerumque fuisset versatus. Ego vero post secundum & trigessimum

- A** & trigelimum annum Romam me contuli, urbem tanta hominum frequentia celebratam, ut Polemo orator parū dixisse videatur, cum breuiariū ac cōpendium orbis terrarū eam appellarit. in qua, ut dixi, quatuor huiusmodi luxationes hucusq; extitisse manifestū est. Nā q̄a oēs medici de ijs quæ p̄ter opinionē incigebant, mecū cōmunicare consueuerant: non modo, liquid Romæ huiusmodi contigisset, latere me poterat: sed quicquid etiam ad portum, & in vicina vrbe, quam Hostiam vocant, eueniebat, mihi non erat ignotum: propterea q̄ qui illis in oppidis medebant satis frequentibus etiā ipsis, cuncti mihi erant amici. Vrbes vero quarū Hippocrates fecit mentionem utpote in eis diutius cōmoratus, non pluribus habitatoribus, q̄ vicus vnus Romæ, incolēbātur. Nihil mirum igitur, si in vrbe multitudine hominum frequētata plures simili modo pati contigerit. Adde q̄ illud quoq; ab experientia edoctus ad causæ inuentionē deductus sum. Nōnulli liquidem in palæstris hoc modo luxabant, alij praua medicorum curatione. Duo. n. ex ijs q̄ a me visi sunt, prolapsus sibi fuisse articulum in alam dicebant: postea vero cum imperite medici molitionem adhiberēt, impulsus articulum inter musculorum cōmissuras, sicut conspiciebat, fuisse constrictum. Quare si multitudini, quæ in Romanorum ciuitate est, duas has quoq; causas adiunxeris: requires non cur tot viderim: sed cur plures non viderim, q̄bus in hunc modū brachium exciderit. Hippocratis. n. tēpestare qui medebant, legitime didicerāt: & præcipue in hac manuum opera erant exercitati, nunc vero vel nihil profusus, vel breui admodum tpe didicerūt. præterea luctandi peritia mirum dictū est q̄ creuerit, quamq; varias ac multiformes magistri distortiones mēbrorū, circūnexionesq; inuenerint. Quares igitur, ut dixi, non cur tot, sed cur nō plures viderim in tot millibus hoium, qui a multis aliptis, multisq; imperitis medicis in tales luxationes inducunt. Cæterum talium quoq; luxationum repositio h̄sdem efficitur scopis, distentione, molitione, & depositione. Oportet autē hic non ita moliri, sicut cum in alam exciderat, faciebamus. tunc. n. in anteriorem partem primū, deinde sursum articulus erat impellendus, quoad ē regione ad sinum in quē erat ingressurus, fuisset deductus. nunc vero, q̄a in anterioribus dearticulationis partibus est, siue ad exteriorem, siue ad interiorem partem musculis diductis interclusus: in contrarium est agēdus, ut a musculis attractus in alam deferatur. ac maxime q̄dem efficere hoc potest vel sola distentio. in qua melius est ut locus sub ala stabiliatur, sicut nos Smyrnæ in luxatione quæ hoc modo contigerat, egimus. Nam cū in palæstra cuidam explicatum a colluctante brachium fuisset, q̄ modus in anteriorem partem ppellere ē sede articulū præcipue potest: eo humi supino collocato distentionē similem ei quæ calce fit, adhibuimus. a tergo enim alterū
- C** constituimus, qui forū latum alæ circūiectum retraheret, quodam tñ prius indito quod sinum alæ expleret. nos vero, ut dixi, ex circūstringētibus musculis articulum cum repulsemus, eum remissa extensione permisimus a musculis in seipos concurrentibus attrahi, in cavitatemq; cōpelli. atq; hic q̄dem facile reuersus est. statim enim in ipsa palæstra curationem fuimus aggressi. satisq; fuit affecti brachij extensio a nobis ipsis facta, sicut in modo repositionis, qui calce administratur. Quandoq; vero etiam laqueo extēnsionem fecimus. validus tñ esse laqueus debet. cuiusmodi est duplex carchesius, & qui ex duobus aduersarijs loris ac perpetuis constat. Alias quoq; inueterata iam luxatione Hippocratico scamno indignimus. de quo ipse procedente oratione postea verba facturū est. Nunc de luxationibus huiusmodi hæc sufficiāt. Sed iam ipsi deinceps de corporū ipsorum differentia, in q̄bus magis vel minus articuli excidunt, docenti attēdamus.

24 Sciendum tamen est naturas a naturis in eo multum distare, ut quæ excidunt, facile reuertantur. acetabulum quoq; ab acetabulo distat, cum aliud facile transcendatur, aliud minus. plurimam item & ex neruis copula habet differentiam, cum quibusdam laxior, quibusdam intentior sit.

D Cum orationē de repositionibus absoluerit: causas nunc subiungere incipit, cur quibus facile excidit articulus quilibet, ijs absq; magno negotio reponat: quibus vero raro id contingit, ijs difficulter fiat restitutio. Dictum etiā a nobis hac de re superius est, cum & ossium dearticulationi, & superiectionum musculorum vel laxitudini, vel intentioni id ascriberemus.

25 Nam humiditas hominibus fit in articulis ob neruorū annexionem: si laxi natura fuerint, intentionesq; facile ferāt. Multos. n. uideas, qui adeo sunt humidi, ut ijs, cū uoluerint, & absq; dolore articuli excidat, et absq; dolore reuertant.

Per contrariū mihi hoc uideē enunciaſſe. nam cū ob naturæ hoīs humiditatē nerui laxi reddātur, non ob neruorū laxitatem humiditas in articulis exoriat: ipse contrarium oratione hac dicit. Sed cū uellet exprimere promptissimā neruorū extēnsionē ex humiditate hoium existerē, id nō mihi uideē fuisse assequutus, nā p̄positiōe/ob/iproprīe vsus ad causæ itelligētiā legētes inducit.

26 Habitus præterea quedam corporis differentiam affert, quibus enim bene se habet membrum, carnosumq; est: ijs sicut minus excidit, ita difficilius reaptatur. Cum uero attenuatiorē se ipsis sunt homines, & macilentiores: tunc fit, ut ijs & magis exeat, & facilius redeat. Quod ita esse illud est argumento: q̄ bobus femora tunc magis ex acetabulis elabuntur, cum sunt macilentissimi. macilentissimi autem boues sunt sub sinem hycnis. unde etiam eo tempore luxantur maxime. Si modo tale aliquid scribendum in medicina est: sed est sanè.

Septima Classis.

KKKKKKK iiij Naturæ

Gal. in lib. Hipp. de articulis

Naturę & differentię articulorum, quibus fit, vt vel facile vel difficulter & luxationes & re- **B**
 positiones efficiantur, duę sunt: quas & ego sæpe, & ipse in oratione supra hanc explicauit. Ac-
 cedit vero his quãdoq; & tertiã, de qua nunc agit, quę ex plenitudine & tenuitate corporis exi-
 stit, quam habitudinem vocant. Quanto enim carnosiores se ipsi homines fuerint, tanto ipsi & lu-
 xationes & repositiones articulorũ difficiliores euadunt: propterea q̄ multitudine carniũ vndiq;
 constringuntur. at e contrario si attenuati fuerint, cutis enim carniũ dearticulationibus circũ-
 iectarum laxior effecta, neutrum vetat. Nam si gracilis natura quispiã sit, obesiore nihilo erit infe-
 rior. sicut enim in libris de tẽperaturis demonstratum est, qui gracilior est natura, siccior: qui est
 obesior, humidior temperatura est. Quare gracilium intenta musculorum substantia, deartacula-
 tionem coarctat. obesiorum vero carnes quatenus ampliores sunt, eatenus locum circa articulũ
 obstruunt: quatenus sunt humidiores & molliores, facilius cedunt, & capita excidentium rotun-
 dorum ossium admittunt: vt par in luxationibus vtriusq; his facultas existat. At si quis carnosus na-
 tura cum sit, quodam tẽpore gracilior euaserit: ei facilius tunc q̄ prius articulus & elabitur & re-
 uertitur. Eodem modo si gracilis natura pinguefactus sit, eo tempore difficulter luxationes pati-
 tur: & quę luxata sunt, ægre ei restituuntur. In huiusce rei testimonium ea adducit, quę in bobus **F**
 fieri conspiciuntur. planeq; omnia declarat, vt nulla indigeãt explanatione, nisi verbum aliquod
 vnum aut alterum inciderit, de quo annotandum aliquid esse videatur.

Recte enim *Homerus omnibus pecudibus boues eo tempore maxime laborare nouit, & ex bobus aratores: pro-* **27**
pterea q̄ hyeme operantur, his igitur articuli excidunt maxime: quippe cum maxime attenuentur. Alia enim pecora
breuem herbam depasci queunt: boues non ita, nisi prius alta euaserit. quippe cum alijs gracilis labri prominentia,
gracilis item superior maxilla sit: boui e contrario obesa labri prominentia, & maxilla obesa ac retusa: ut breuibus
herbis subijcere eam non ualeat.

Pecudes, id est *πρόβατα*, quod verbum oues proprie significat, nunc dixit pecora omnia: sicut
 in libro de sacro morbo ita ad verbum scriptum est. Nulla alia pecus est præterq̄ boues & caprę. **cc**
 & apud *Homerum* etiam, vbi inquit. *Multę illi pecudes adsunt, cum greges pecorũ* **cc**
 velit significare. alij quoq; veteres hoc nomine ita vsi sunt.

Solipeda siquidẽ animalia, utpote ambidẽtia, frendere sanẽ possunt, & breui herbe dentes subijcere, delectanturq; 28
eiusmodi herba magis, q̄ cum est alta. breuis enim ut plurimum melior, ac solidior, q̄ alta herba est, & præterea etiam 29
prius q̄ alta fatiscat in frugem. Ideo igitur in hunc modum canit. Ceu bobus ueris iucunda superuenit hora. 30
quia iucundissima alta herba ipsis apparet. Sed alioq; eẽ bos laxiorẽ q̄ cetera animalia articulũ habet. iccirco alijs quoq;
magis est uoluipe, & præsertim cũ macer est, & consenuit. His oĩbus de causis boui etiã excidit maxime, de quo plura a
nobis nunc sunt scripta, q̄ antedictorum oĩum testimonia sunt. Ceterũ de quo nũc sermo est, came expertibus citius
& excidit & reponit, q̄ came p̄ditis: minorq; inflãmatio humidis & macilentis, q̄ siccis & came oppletis superuenit.

Frendere, id est *σαρκάζειν*, nõnulli significare dicunt labra inter se ita vehemẽter cõmittere, vt
 auellere atq; abscindere partem aliquã graminis valeant. Alij dentibus inferioribus & superiore
 labro idem efficere, *σαρκάζειν* dici asserunt, propterea q̄ frendentes homines atq; indignantes,
 quod *σαρκάζειν* dicimus, mordere dentibus labrum consueuerunt. Sed illos quidem dentibus in-
 ferioribus labrum superius mordere aiunt: quę vero ruminant animalia cum inferiore tantum
 dentium ordine prædita sint, eo ad mordẽdum vti. Alij frendere inquit nihil aliud esse q̄ den-
 tibus inter se ex vtraq; parte cõmissis scindere, vnde etiam dictũ esse hic asserunt *σαρκάζειν*, quasi
 carnificare dixeris: propterea q̄ carniuora animalia vtriusq; dentium ordinibus vtũtur. Atq; his
 q̄dem ea quę hic dicuntur, videntur attestari: cum Hippocrates non ruminantia animalia fren-
 dere, id est *σαρκάζειν* dixerit: sed vtriusq; dentium ordines habentia, quę ambidentia seu vtrinq;
 dentata appellant, hæc depasci etiam breues herbas possunt, vt equi, asini, & muli. Ex illis vero **H**
 quę vno tm ordine dentium instructa sunt, ea sola valent idem facere, quibus tenuis ac gracilis
 labri prominentia est. Ideo boues soli animalium quę herbis vescuntur, per hyemem alimenti pe-
 nuria laborant: eo q̄ neq; frendere, id est dentibus abscindere, neq; labris apprehendere, ac de-
 tondere, sicut caprę, & oues, breuem herbam queunt. Hęc q̄dem tria animalium genera bisulcas
 vngulas habent. Ambidentata aut sunt solipeda, hoc est solidis vngulis prædita, nomine ita per
 contractionem facto, vt asserunt qui etymologijs dant operam, pro solipeda: *μόνονυχα* gręce, pro
μόνονυχα, quasi solunguia & solidunguia dicas. eo q̄ solum habeant vnguem. Talem enim in hu-
 iusmodi animalibus solida vngula obtinet locum, qualem in hominibus vngues, id est summum pe-
 dem. Minor aut inflãmatio his exoritur: quia cum facile excidat articulus, facile etiam reponi-
 tur, vt merito vel parua inflãmatio, vel nulla prorsus subsequat. in violentis enim luxationibus,
 & repositionibus dolores musculi contrahunt, ex quibus inflãmationes oriuntur.

Vinciturq; minus in posteriore tempore, quin & mucus subest amplior quãdoq; q̄ par sit: atq; ita lubricum locum 29
reddit. Articuli enim sunt omnino macilentis, q̄ obesis mucosiores.

De toto tempore quod subsequitur, intelligere potest: quod duplex est: alterum post re-
 positionem,

A positionem, statim cum inflammatae partes curantur: alterum post curationem, cum in tranquillo statu membrum iam constitutum est. Nam statim post repositionem, cum inflammatio adest, ea ipsa, ut ipse etiam dixit, articulum cōstringit. Post curationem vero, quia in talibus hominibus musculorum substantia intenta est, & ex magnis inflammationibus, quae superuenerūt, restat durities quaedam in musculis contracta: fit ut articulus quasi vinculo quodam coarctetur.

30 Nam ipse etiam comes eorum qui non recte ex arte inedia confecti fuerint, si graciles sint, quae si obesi, sunt mucosiores. Quibus tamen cum inflammatione mucus subest, ijs cum articulis ab inflammatione uinciatur, non admodum ex mucositate elabitur: elapsurus quidem, si nihil neque amplius neque minus inflammationis contigisset. At quibus articulus redijt, & partibus circumiectis inflammatio nulla superuenit: uti absque dolore humero queunt: nullamque ob id curam sibi habendam sibi amplius opinantur. Contra quorum opinionem uaticinari medici partium est: huiusmodi hominibus & rursus magis excidit, quae quibus nervi fuerint inflammati. In omnibus in homine ita res se habet, & praecipue in humero, & genu. quippe cum haec maxime etiam luxentur. Quibuscumque uero nervi inflammati fuerint: uti humero, cum & dolor, & inflammationis intentio prohibeat, non possunt. Iis cerato, & plagulis, & linteis multis deligando succurrendum est, sub alamque munda ac mollis lana conuoluta, quae sinum expleat, subiicienda: ut & firmamentum deligationi exhibeat, & articulum sustentet. Brachium autem ita, ut in superiorem partem uergat, detinendum ut plurimum est, sic enim fiet, ut caput humeri procul a loco in quem lapsus fuerat, absit. ubi autem humerum deligaris: postea brachium ad costas mitella aliqua corpori circumducta alligandum.

Qui cuncti vel ob famem, vel ob iracundiam, vel ob luctum, vel ob dolorem, vel ob stomachi fastidium minori alimento sumpto quam conueniebat, extenuantur: ijs non statim carnes siccae efficiuntur: quae admodum illis, qui recte ab arte inedia confecti fuerint: sed humidiores in omnibus ut plurimum habitibus euadunt. cum ob defectum alimenti colliquationes quaedam, & contabescantia in ipsis fiant. Illi uero etiam magis contabescunt quibus dolor accessit. unde etiam poetae dolores & curas μελεδ'όνας uocant, quali membredias & coruras dicas, quae membra edant, & consumant: & cor urant. Colliquescit autem in ipsis carnibus adeps omnis, & quicquid molle, & recenter coactum est. Quando uero medicus dedita opera attenuare, ac gracile reddere corpus aliquod uult, primum id inedia coerces: postea frictionibus adhibitis, et exercitationibus accommodatis, si aliqua colliquatio contigit, eam vel per sudorem quod sensui patet, vel per sensui obscuram, sed ratione perceptibilem diffractionem digerendam curat. neque ex cibis aut potibus quicquam sibi esse neglegendum ducit. sed ijs ipsis etiam faciles reddere excretiones omnes studet, tam quae per aluum, quam quae per urinas fiunt. Ita enim efficitur ut maxime unde cuncti, siqua est in corpore ex colliquatione humiditas, educatur. quae si intus maneat, mucositas mora temporis carnes efficit. Nam quicquid subtile ac ferosum in colliquatione inest, per diffractionem, si ea sola procuretur, abicit ac digeritur: quod crassius est, tantum remanet: quod tempore lentore quodam contractio mucositas simile euadit.

31 Refricandus item humerus est sensim, et leniter, ac multorum quidem peritum medicum esse oportet, sed certe etiam refractionis, quippe cum ex eodem nomine non idem eueniat. refractionis enim articulum laxiorem iusto uincire: duriorē quam conueniat, soluere consueuit. Sed de refractione alio in libro a nobis definitur. Talis igitur articulus mollibus manibus (confert enim) & praeterea leniter refricandus est.

Ne duritia aliqua ex inflammatione relinquatur: accommodata frictio est, si sensim, & leniter adhibeatur. Ea autem multiformi manuum traductione faciendae est, a superiori parte deorsum, & sursum ab inferiore: & deinde non tantum sursum ab inferiore, sed a superiore etiam deorsum: quin et orbiculariter, & quasi per transuersum a dextris ad sinistra, & e contrario a sinistris ad dextra: ea causa ut fibrae musculorum omnes emolliantur. Nam refractionis nomen, id est ἀναρτίσιμος, per frictionem a veteribus dicebatur. Quocirca ne existimes, id quod opinati nonnulli sunt, cum dicit refricandum humerum esse, uelle eum in fricando ab inferiori parte ductum manu esse faciendum. refricare, non uniuersum frictionum genus, non unam tantummodo eius differentiam ab inferiore parte sursum significat. Id quod ipse quoque manifestat, cum inquit, sed de refractione alio in libro a nobis definitur. non enim profecto de una tantum differentia eius omissis reliquis dicitur se esse pollice. Quin & in libro de ijs, quae in medicatrina fiunt, ipsas omnes declarauit toto genere et ibi nominato. refractionis, inquit, soluendi, uinciendi, carne augendi, minuendi vim habet: & quae sequuntur, de quibus cum in commentarijs eiusdem libri, tum in libris de salubribus absolutissime a nobis dictum est.

32 Articulus autem mouendus est non uolenter, sed adeo ut sine dolore moueatur, constituuntur uero omnia, alia longiore tempore, alia breuiore.

Nihil in deficientibus inflammationibus huiusmodi motione utilius est. reliquias enim omnes eius absoluit. quibus neglectis amentari ac uinciri articuli consueuerunt. utroque enim modo affectionem hanc appellant.

33 Exciderit ne brachium hisce notis cognoscendum est.

In libro etiam de fracturis prius in peccantes inuectus est: hic quoque cum ita fecerit, ac deinde redargutioni

redargutioni eorum de repositione subiunxerit ea, quæ non modo ex antedictis consequentibus, sed et illis attestabantur: nunc deinceps luxationis humeri notas tradit. quæ sanè licet in operibus artis antecedant, necesse sit, in docendi tamen ratione non est necesse. Sequantur ne aut aliqua, aut præcedant necessario necesse, illud tibi argumento sit: si videlicet vel agi opus, vel intelligi disciplina recte ante non possit, quod præcedit, cognitum fuerit. Repositio igitur luxatorum ante quæ in quem locum articulus excesserit, intellexerimus, tradi clare non potest: prius tamen quæ signa luxationum perspexerimus, potest. nam modo in alam fieri luxationem ante didicerimus, repositionem & nos ipsi excogitare, & ab alijs traditam cognoscere postea satis possumus: fieri tamè in alam luxationem, nisi prius totam dearticulationis naturam nouerimus, perspicue intelligere non valemus. Siquis igitur loquutus de repositione, postea qualis luxationis repositionem docuerit, subiungeret: is ordinem necessarium immutaret. quemadmodum si etiam differentiam prolapsionis prius persequutus, de natura postea dearticulationis quispiam pertractet. nam qui bene nouit quo modo in alam excidat articulus: ei de natura dearticulationis discere superuacaneum est. sed si prius qualis natura iuncturæ sit, deinde prolapsionem norit: nihil ei deest, quin repositionem optime percipere valeat. Sicut etiam nunc signorum ignoratio nulli impedimento nobis fuit ad repositionem intelligendam. Atque hoc fieri in omni doctrina curationis potest. quid enim vetat, quin inflammationis iecoris, aut ventriculi, aut renum, aut coli curationem prius docere quispiam possit, quàm eiusmodi morborum dignotionem perceperit: curare tamen ante quæ dignoscat, non poterit. Ex ratione itidem & docendi via non est, si vel inuenire curationem, vel doceri ab altero velis prius, quàm exacte naturam membri cognoueris, quod curandum est.

Nam cum iustum habeant corpus homines, & brachia & crura: sano membro uti debemus ad non sani, & non sano ad sani exemplum, neque alieni articuli inspiciendi. 34

Quod prorsus ex vtraque parte & à dextris & à sinistris æquale est: iustum appellauit. nam quia formæ membrorum longorum, id est crurum & brachiorum diuersæ, hominibus sunt, membrum coniugatum & compar eius ipsius qui affectus est, comparandum alteri censet: ex quo quatum à naturali statu abierit, coniectandum.

Alij enim alijs exarticulati magis natura sunt. sed ipsa eius qui laborat membra attendenda, sanum ne ægotanti dissimile sit. 35

Eos qui piectos atque eminentes articulos habent dum in naturali statu sunt, exarticulatos vocat. G

Atque hoc quidem recte dictum est, admodum multam tamen propterea obintelligentiam habet: neque satis est si tantam ratione artem hanc cognouerimus, sed consuetudine uersandum est. 36

Non omnem absolute ignorantiam obintelligentiam nuncupat, sed eam tantum quæ adiuncta est, & vicina cognitioni: qua fallimur, & obintelligimus, id est præter id quod verum est intelligimus. Quo modo vero contingat ut decipiamur comparando etiam sanam partem ægotanti, ipse deinceps ostendit, cum ita inquit.

Multi, n. sunt, qui præ dolore uel alia causa, licet non exciderint articuli, in figuram tamen similem illi, in quam sanum corpus formatur, redigi non possunt. Insuper igitur aduertenda atque intelligenda huiusmodi figura est. Quin et in alam caput brachij magis incumbere in luxato quæ in sano uidetur. de super uero in superhumerali concavus locus apparet: osque summi humeri, utpote cum in inferiorem partem subierit articulus, extare conspicitur. 37

Vnam hic obintelligentiam, ut ipse vocat, ostendit, quæ circa figurationem contingit. quippe cum interdum in quasdã figurationes affecta membra redigi non valeant: & tamen homines quibus id euenit, non ex luxatione, sed ex dolore, aut musculi contentione ita affecti sint. Altera deinceps ignorantiam subiungit. H

Ceterum obintelligentiam quoque hoc quandã exhibet: sed postea de hoc, cum res digna scriptu sit, nonnulla scribemus. 38

Cum sinuatus locus apparet in superhumerali, quam ἐπ'ωμίδα dicimus, id frustrationem quãdam & deceptionem afferre ait, de qua postea scripturum se pollicetur. error autem hic interdum euenit, cum iugulum à scapula fuerit diuulsam.

In luxato præterea cubiti gibbus uidetur à costis magis, quàm alter dista. e. si tamen uim attulerit quispiam, admo uebit quidem, sed cum labore. 39

Signum hoc errorẽ adiunctum habet: nisi est tumor sub ala appareat, occurrente ibi si quis contrectet brachij capite: quo fit, ut ad costas admoueri gibbus cubiti sine magno dolore non possit.

Quin etiam sursum idem rectum brachium ad aurem cubito extento attollere, aut hac & illac perinde ac sanum traducere non poterit. 40

Hæc quoque nota sicut superior, obintelligentiam & deceptionem affert. perspicuum enim est ex his, quæ prius dixit: multi enim sunt qui præ dolore, uel alia causa, licet non exciderint articuli,

A culi, in figuram tamen similem illi, in quam sanum corpus formatur, redigi non possint. Nam si brachia ad costas admovere prompte aliquis potest, articulum quidem esse lede naturali non esse dimotum certum indicium est, sed si aliqua ex parte tamē impediatur, cum vel ex dolore vel ex musculi contentione accidere impedimentum id queat: dubia luxationis indicatio euadit.

41 Ac notae quidem luxati humeri hae sunt, repositiones item, quas superius scripsimus, et curationes eadem. Operae precium autem est discere quo modo iis quibus frequenter excidunt humeri, mederi ualeamus. quippe cum multi, licet in alijs omnibus idonei admodum sint, hac calamitate à certaminibus fuerint prohibiti: multi itē inepti ad res bellicas euaserint, corrupti quē fuerint. Operae precium quoque ob illud erit, quod qui ijs recte medeatur, nouerim neminem: sed alios ne aggredi quidem rem, alios contraria quam conferat et sentire et facere uideam. Multi enim medici luxatis humeris et in superhumerali, et in anteriore parte, qua brachij caput extuberat, et in posteriore quoque paululum à superhumerali adustiones adhibuerunt, quae quidem adustiones, si brachium uel in superiorem, uel anteriorem, uel posteriorem partem excidisset: recte fuissent administratae, cum uero in inferiorem partem exciderit, eijciunt magis, quam prohibeant. caput enim brachij omnes à superiore inani laxitate excludunt. Sed ita haec aduerenda sunt: Cutem sub ala digitis interceptam contra maxime eum locum in quem brachij caput excidit, attrahere debemus.

B In hac quoque oratione clara omnia sunt, quocirca, nisi ubi obscuritas aliqua occurrerit, à nobis sunt praetereunda.

42 Deinde ita attractam in ulteriorem usque partem deurere.

Nullam partem cutis attractae absque deustione relinqui uult, sed candens ferramentum à dextris in sinistras alae partes, et à sinistris in dextras traiciendum censet.

43 Ferramentis autem adurendum est non crassis, neque admodum caluatis, sed oblongis: quippe cum penetrabiliora sint, aptiora quē ut manu imprimantur.

Caluata, id est φαλακρά, ferramenta appellat, quae rotunditatem quandam laeuem in extremis partibus habent. cuiusmodi sunt specillorum capitula, et quae nucleata appellantur, et spathularia. oblonga uero his contraria nuncupat: quorum extrema minime sunt rotunda, sed mucronata, ad suffusionum interunctiones accommodatis instrumentis quodam modo similia.

44 Adurendum quē est translucidis, ut quae celerrime, quatenus fieri potest, penetrent. crassa enim cum tarde penetrent, latiores crustarum casus efficiunt, periculum quē afferunt, ne cicatrices perumpantur: quod quamuis peius nihilo sit, est tamen deformius, et inartificiosius. Cum uero in ulteriorem partem deuris, satis erit in plerisque si in inferiore parte adustiones has solas adhibeas.

Ignita esse ferramenta ad alam deurendam uult, admodum enim ignita et candentia translucida appellat.

45 Quod si periculum minime esse uideatur, ut cicatrices perumpantur, sed multum in medio spacium intersit: tenue aliquod linitorium specillum per adustionum foramina traiciendum est, cute adhuc suspensa ac retracta: alioquin, non traici non posset. Vbi uero traiectum fuerit, cutis dimittenda: deinde inter duas adustiones, alia tenui ferramento iniicienda: eatenus quē deurendum, quo ad in subiectum specillum inciderimus.

D Cicatrices, id est ὠτειλὰς ulcera ipsa hic appellat, quemadmodum poeta, qui de recenti vulnere loquens ita canit. Donec adhuc calidum sanguen fert ipsa cicatrix. Postea quē, attractam cutem per transversum à dextris in sinistra deusseris: alteram secundam tibi faciendam censes, non transversam illam quidem ex altera parte uidelicet in alteram ferramento impresso, sed in medio in altitudinem penitus adacto. Oportet autē mediū inter priores adustiones spatium idoneū esse magnitudinis, si, n. paruū admodum esset: in discrimen res ueniret, ne perruptis ulcerationibus magna una plaga efficeret: ex qua quidē licet quantum ad partē illam exiccandam et stringendā spectat, nihil peius euenturū sit: necesse tamen non est, ut magna cicatrice effecta, turpius locum illū reddamus: cum ex paruis perforationibus comparari aequale praesidium queat.

46 Quantum autem ex cute alae interceptum sit, ex his conijcere debemus. Sub ala subsunt glandulae, sed multis et alijs in corporis partibus. Ceterum alio in libro de glandularum solimembria scribetur, quid quē sint, et quae in qualibus significant, quae quē uim habeant. Glandulae igitur apprehendendae non sunt: nec qua interioribus subsunt, magnum enim periculum impendet.

Solidam atque integram essentiae glandularum naturam solimembriam, id est ὄυλομελίην uocat, de qua alibi docturum se esse hic pollicetur. non tamen ullus de glandularum solimembria Hippocratis liber nunc extat. Tametsi quidam ex recentioribus Hippocratis sectatoribus paruū quendam librum edidit de glandularum solimembria inscriptum: qui et dicendi forma, et sententiarum longe à germanis Hippocratis operibus abest. Ut omittā quod neque ex superioribus medicis quae praementionem eius facit: neque qui indices librorum Hippocratis condiderit, eum agnoscunt.

Quippe

Gal. in lib. Hipp. de articulis

Quippe cum opportunissimis tenoribus uicina sint, Sed quicquid extra glandulas est quāplurimum apprehendendum, innocuum enim est. B
47

Subesse glandulis, quæ sub ala sunt, tenores, id est τόνους opportunos inquit, neruos intētos ita appellans. Ridiculum igitur est, quod quidam recentiores medici opinantur, qui tenores appellari ab Hippocrate eos neruos tantum asserunt, qui coniugati & pares à cerebro exoriuntur: propterea quod in libro secundo vulgariū morborum ita scribit: Duo vero tenores à cerebro iuxta os magnæ vertebræ, & quæ sequuntur. Nam qui ad manus & brachia feruntur, nerui, ab omnibus dissectionis professoribus à dorsi medulla exoriri circa collum qua thoraci appropinquat, conceduntur: quos & nunc appellare tenores in præsentī hac oratione videtur Hippocrates: & deinceps bis, & inferius etiam iterum, vbi de spina dorsi agit, tenores neruos nominat.

Sciendum tamen est, si ualde brachium sublatum attollas: nihil ex cute sub ala, quod alicuius momenti sit, comprehensurum te esse. resimatur enim in sublacione: neque tenores ullo modo feriendi sunt, qui in promptu & intenti ea figuracione extant. Sed si paululum attollas, & multum cutis apprehendere poteris: & tenores, quibus cauendum est, intus citra comprehensionem subsident. 48
F

Cutem sub ala ex nimia totius brachij sublacione absumi inquit, quia cum laxa antea esset, ut si pereffluere videretur: in hac figuratiōe ita subiectis partibus superextenditur, ut redundatio illa pereat atque absumatur.

Non ne igitur in tota arte ante omnia curandum est, ut iustas figuraciones in singulis inueniamus? 49

Iusta ea vocat quæ facultate & vi æqualia sunt: hoc est in quibus id pro dignitate vniuscuiusque rei est, & convenientia seruatur. Nūc enim res proposita est adustio cutis sub ala: quæ brachio accommodate figurato faciēda est. Si igitur brachium adeo demissum sit, ut vel costas attingat, vel parum admodum ab eis distet: ne inspicere quidem in intimum alæ sinum licebit, nedum iniectis digitis cutem apprehendere, atque inurere poterimus. Si uero cōtra maxime sublatum sit brachium: nihil ex cute erit, quod alicuius momenti sit, quod attrahi digitis queat: quippe cum in eiusmodi figuracione subiectis corporibus superintendatur ita, ut nerui quoque in promptu extant. Quocirca tantum diducendum atque abstrahendum brachium ab ala est: ut & locus visui pateat, & digitis facile subiectis cutem attrahere ac deurere valeamus. Hæc figuratio enim iusta erit ad operationem exercendam: neque amplius erit attollendum, nulla siquidem alia de causa brachium eleuamus, quā ut attrahere cutem sub ala possimus, ac deurere, quemadmodum ipse dixit. Nam si fieri posset, ut demisso brachio hæc operaremur, figuracione ea opus esset, utpote quæ laxiorem cutem reddat, nam ita & plurimum ex ea traheretur, & operis administratio periculo omni prorsus vacaret. G

Atque hæc circa alam: satisque hæc comprehensiones sunt, si adustiones recte adhibeantur. 50

Comprehensiones de cute hic intelliguntur.

Extra autem alam duo sola loca sunt, ubi adustiones affectionem vindicantes iniicere quispiam posset. 51

Extra, hic non ad loci differentiam referri videtur, sed sicut apud Demosthenem aliosque oratores dici consuevit, cum extra rem à se aliquid dictum fuisse aiunt, id est præter rem: ita hic ab Hippocrate dictum est, extra alam, id est præter hanc quam diximus alæ adustionem, duæ aliæ sunt, quæ affectioni opitulantur. Quod enim inquit affectionem vindicantes, opem ferentes, & liberantes significare perspicuum est, quemadmodum etiā apud Euripidem, cū Orestē ita dicentē inducit, Ego quidem sum matre iugulata impius.

Pius sed alio nomine patrem vindicans, hoc est liberans à contumelia, ei que auxiliū ferens. Differt autem τιμορῶν cum datiuo, quo hic utitur Hippocrates, & τιμαρῶν cum accusatiuo. Illud enim auxilians, hoc vlscens & puniens, & crucians significat: vnde ἐαυτὸν τιμαρῶν, id est se ipsum crucians, Menandri fabula inscribitur. H

Vnam in anteriore parte inter caput brachij, & tendonem qui ad alam spectat. 52

Hoc in loco à nobis quoque articulus prolapsus prominere visus est, qui quidem totius anterioris regionis pars vna est, cum enim anterior regio tota lata sit, vnam partem plane mediā, duas vtrinque habet: alteram versus interiorem, cuius nunc mentionem facit: alteram extrinsecus, de qua postea ager. Qua in re admirandus proculdubio Hippocrates est, quod cum nunquam aliā in partem, quā in alam excidere articulum vidisset, satis sibi esse non putauit si adustionem ei accommodatam tantum tradidisset: sed duas alias etiam adiungens loca ea exquisitè coniectura est assequutus, in quibus nos quoque firmatum caput brachij inspeximus. Ex quibus quidem humeralis venæ sedes, qua muscoli duo inter se committuntur, qui à pectore procedit magnus, & quæ deltoïdes nominatur, quater: altera extrinsecus in media regione, de qua deinceps dicturus est, semel à nobis visa est brachij prolapsionem excepisse.

Vbi

A Vbi quidem cutis penitus deurenda: ita tamen ut altius nō procedamus. uena enim crassa prope est, et nerui, quorum neutra sunt calfacienda.

Venam quæ humeralis appellatur, crassam nūc vocat, quasi magnam & latam, cui commissio illa antedictorum musculorum superiacet, neruo adiuncto, ex quo tota, quæ circum circa venam est cutis, fibrarum distributiones accipit. Cauendum quidem esse ne in adustione cutis neruum aut venam tangamus, manifeste exposuit, sed in primis ne venæ partibus, an in interioribus, an supra ipsam admodum sit, non planè declarauit. Possumus enim hoc facere, primum attractā cutem eo modo quo de ala dictum est, per trāuersum deurere: deinde traiecto linitorio specillo in orbem secundam cauterij impressionem facere. Sic enim in ala, licet nerui maximi, & vnā cum ipsis arteria & vena latissima subesset: inurendam tamen cutē præcepit, subiectis partibus ex specilli lati traiectione tutela præparata: ita nunc in prop. sita hac adustione nihil mirum esse debet, si cutem quæ venæ superiacet, adurendam censeat. Nervos sanè illos sub ala tenores opportunissimos appellauit, eo nomine vti solitus de magnam vim habentibus, sicut illi: de ijsq; qui & prope dorsum medullam, & crassissimi substantia sunt. Hūc vero neruum qui iuxta venam humeralem est, nerui simplici nomine nuncupauit, neque opportunum vocauit: quippe cum & longissime à dorsum medulla absit, & magnitudine paruus sit.

B In exteriori uero parte altera adustio iniici potest, tendone qui ad alam est multo superius, brachij autem capite inferius paulo: cutisq; penitus adurenda est. Sed neque hic alta impressio est facienda, propterea quod ignis neruis est inimicus.

Ad reliquam partem, quæ humeri articulū elapsum excipit, deuenit, quæ in exterioribus partibus anterioris regionis est, in quam quoq; ipsam excidisse brachium semel conspeximus. Non recte autem in plerisq; exemplaribus ita scriptum est: in posteriore uero parte altera adustio iniici potest: non enim in posteriore parte de articulationis locus hic est, sed in exteriori. Nam si quis loca iuncturæ humeri circūsitā, quæ latitudine contineantur, distinguere exquisite velit: perspicuum sanè est eum, si omnes aduertat, in anteriori parte lineam quandam latitudine carentē planè mediā animo concepturum esse, quæ desuper per longitudinem brachij porrecta latitudine utrinq; adiacente anteriorem partem definiat intrinsecus humerali uena, extrinsecus altero quodam tanto interuallo, quanto uena hæc à linea illa latitudine carente abest: Atq; hi anterioris regionis termini sunt. Utrinq; uero duo sunt alia loca, in quibus alæ tendones existunt: interiorē alter, alter exteriorē terminans regionem. Iuncturæ enim huius interior regio ex interioris tendonis inter uenam & alam circumscriptione consideranda est: Exterior ex tendone exteriori, & linea eius interualli, quanto à linea illa anteriore exquisite mediā distare uenam humeralem dixi.

Quare ex hac diuisione quicquid exteriori tendone alæ superius est, de articulationis huius posterior pars nullo modo dicere, sed exterior. Posterior, n. locus de articulationis huius sima scapulæ pars est: quemadmodum inferior, ala ipsa. Superior uero, quicquid inter summum humerum & caput brachij intercedit.



A LINEA LATITVDINE CARENS
B HUMERALIS VENA
C ALTERVM TANTVM INTERVALLVM
D POSTERIOR PARS
E INTERIOR **F** EXTERIOR
G INFERIOR **H** SUPERIOR

Ulcera autem omni medela curāda sunt. In quo aduertendum ne uehementer brachium attollatur, sed mediocriter, quātum ad ulcerum curam sufficiat, ita enim minus refrigerarentur. Confert siquidem ut omnes uisiones tegantur, quo curari conuenienter queant. Minus itē digrederentur, & sanguinis eruptione infestarentur minus: minusq; eis conuulsio superueniret.

Causas ipse subiicit, cur non esse uehementer attollendum brachiū iubeat. Primum, quia confert ut uisiones omnes contegantur, quod curari queant: tum ne refrigerentur, alioqui enim, ut ipse dixit, ulceribus frigus mordax est: cutē circū circa indurat: dolorē irreparabilē creat, sed multo magis ijs, quæ ex calida causa extiterunt: quæadmodū nūc ex igne. Minus p̄terea, inquit, digrederent, i. hiarēt, & oras expandent, quod cum sit: & magis frigeſcūt, & serius consolidantur, & cicatrices maiores cōtrahūt. Qd̄ uero deinceps dicit, & sanguinis eruptione infestarentur

Gal. in lib. Hipp. de articulis

infestarentur minus, ad omnium vlcerum vniuersalem rationem spectans, subiunxit: non ad ea **E**
de quibus nunc loquitur. nam si, vt iussit, cutem deuilerit quispiam: nullum subsequutum fan-
guinis eruptionis timorem, dubitat nemo. Fortasse tamen ex eo q̄ denudata cute nerui refrixe-
runt, conuulsionis solius periculum impenderet: cuius etiam in fine huius orationis ipse men-
tionem fecit.

*At ubi iam pura effecta ulcera sunt, ad cicatricesq; deueniunt: tunc profecto omnino brachium ad costas alligatum 56
& die & nocte semper detinendum est.*

Cicatrices hic proprie pro inductione, consolidationis vlcerum, nō sicut superius fecerat, pro
vlceribus ipsis posuit. Maximam igitur habendam curam cōset, ne brachium à costas diducatur,
nisi parum admodum: atque id eo tantum tempore, quo vlceribus curatio adhibetur. maxime
enim puris vlceribus ea omnia accidere conspiciuntur, quæ modo commemorauit: & præcipue
ab externis causis. Nam dum sordida vlcera adhuc sunt, & inflammata: sordem, & humorū præ-
ternaturalium redundantiam pro obstaculo ac tegumento habent. calor vero inflammationis fri-
gori extrinsecus aduenienti resistit. Vbi autem & inflammatione carent, & pura, excrementi- **F**
tiusq; sordibus mundata iam sunt: magis q̄ prius ea quibus afficiuntur, perferunt: ac propterea
facile ab externis causis, & præcipue frigidis molestantur. & ob exquisitum sensum dolore, cæ-
terisq; molestijs vehementius afflictantur.

*Quin etiam ubi consauerunt, simili modo in multum tempus brachium ad costas est alligandum. ita enim maxi 57
me fieri posset, ut cicatrice obduceretur: & intercluderetur laxitas ea in quam maxime brachium prolabitur.*

Et hic finem adustionis quem proposuit, declarat, cum inquit: ita enim maxime fieri posset, vt
cicatrice obduceretur: & intercluderetur laxitas ea, in quam maxime brachium prolabitur: perinde
ac ita dixisset: Quanto enim cicatrix contractior ac breuior euadit: tanto in angustiis spatium cutis
circa alam cogitur, id quod maximum remedium est, ne eò excidere facile brachium queat.

*Quibuscumq; uero humerus repositione fuerit frustratus, si adhuc in auctione sint, os brachij læsi non simili modo 58
ut sani, augeri consuevit, sed augetur quidem aliquantulum: breuius tamen, q̄ alterum euadit.*

Ea quæ necessario illis eueniunt, qui exarticulatum humerum habent: nunc commemorat.
Primum igitur ac maxime commune, ex quo et reliqua omnia consequuntur, illud est: q̄ minus
alimentum brachium percipit, ex hoc enim postea fit, vt in iam adultis tenue ac macilentum: in
adhuc crescentibus breuius euadat. Hæc autem alimentum inopia, & ex venarum & musculorum mē-
bri distortionem contingit: & ex eo quoq; q̄ totus articulus non mouetur. Nam si sanum quoque
membrum diutius prorsus absq; motione permaneat: manifeste macilentius fieri conspicitur.

*Qui etiam ab ortu anci uocantur, ob duplices has calamitates huiusmodi efficiuntur. Si uidelicet talis aliqua luxa 59
tio in utero eos præoccuparit. Alteram item ob calamitatem: de qua postea aliquando à nobis scribetur.*

Anci γαλιόγκωνες à græcis appellantur, qui an à similitudine τῶν γαλιῶν, id est mustellarum,
quasi mustellanci ita dicti sint, an alia aliqua de causa: illi viderint, qui diligenter hæc inquirere stu-
dent. Medico uero utile est, si sciat nonnullos esse, qui vtriusque humeris & dextro & sinistro lu-
xatis nascantur: ac propterea vtraque brachia contracta ac breuia habeant. Sciendumq; ei est alteram **H**
quoque causam esse, quæ huiusmodi affectionem inducat: de qua aliàs dicturum se esse pol-
licetur. Difficile tamen est alteram reperire, quæ diuersa ab ea sit, quam deinceps ipse contingere
infantibus ait, in hunc modum.

*Adde q̄ quibuscumq; adhuc infantibus circa caput brachij altæ & in imo desidentes suppurationes sunt, ij quoq; 60
omnes anci euadunt. & siue incidantur, siue adurantur, siue sponte erumpant: ita se habere hæc sciendum est. At qui ab
ortu anci sunt, licet uti manu aptissime possint, neq; ipsi tamen attollere brachium ad aurem extento cubiti gibbo ua-
lent: sed multo minus læsa, quam sana manu id faciunt.*

Hoc quoq; foetibus in utero accidere potest. Nam calamitatem ab hac diuersam, quæ in utero
foetificatis luxationis causa sit, inuenire difficile est. Vtrasque uero has contingere, ex ijs non est,
quæ fieri nequeant: quippe cum fieri possit, vt & suppuratio foetui oriatur, & erumpat, & à natu-
ra consolidetur: & multo magis in humeri articulo luxatio fiat, tum ob humiditatem naturæ infan-
tis, tum ob id q̄ acetabulum iuncturæ labilem exitum præbet.

*At quibuscumq; iam uiris humerus exciderit, & repositus non fuerit, superhumeralis carne magis expers efficitur: 61
habitusq; gracilis hac parte euadit. Cum tamen dolor ijs cessauit, quæcumq; abducendo à costas gibbo cubiti in la-*

A tus operandum est, ea non omnia exercere simili modo possunt: ea autem possunt, quae traducendo brachio præter costas uel ante, uel retro tractantur. Nam scobinã, & serram trahere queunt, & securi item dolare, & ferrare, modo ne nimis sursum attollere cubiti gibbum cogantur: & cætera operantur, quæcumq; huiusmodi figuraciones requirunt.

Superhumeralis ijs qui ita sunt affecti, non modo statim ubi caput brachij humerum deserit, attenuatior, & gracilior apparet: verum etiã postea adhuc magis eiusmodi fieri conspicitur. propterea q; procedente tempore musculi deltoideis partib; debiliores atq; ad alimentum capiendum ineptiores redduntur: dum intentus deorsum uolens brachij caput in alam consequitur: & quia non mouetur, neq; propriam operationem exercet, quia brachium attollebat: frigidior & imbecillior, ac propterea macilentior euadit. Quippe cum motio corroberet, ocium tabefaciat.

DE SUMMO HUMERO.

62 **I**is autem quibus summus humerus auulsus fuit, os quod auulsum est eminere conspicitur. est autem is iuguli & scapulae nexus. quippe cum hac in parte diuersa hominis ab aliorum animalium natura sit. Medici igitur in hoc uulnere maxime decipi consueuerunt. cum enim os auulsum emineat, superhumeralis humilis & cõcaua apparet: ut ab illis quasi humerus prolapsus sit, cura adhibeatur. Multos quidem ego noui medicos in alijs sanè non malos, qui dũ huiusmodi humeros conantur reponere, excidisse eos rati: multa damna uexando attulerunt: neq; prius desistere, quã uel sententiam mutarint, uel reposuisse se articulum existimantes quid facere deberent amplius, ignorarint. His curatio ea est, quæ alijs huiusmodi: ceratum, plagula, lintea: & deligatio in hunc modum facta. Urgendum deorsum os eminens est: eaq; in parte plagula q; plurime imponendæ, ac deprimendæ q; maxime sunt: brachiumq; ad costas in superiorem partem annectendum, atq; ita detinendum. Hoc enim nullo modo maxime fit, ut accedere ac coire auulsum os possit. Sciendum tamen probe est, & prædicendum etiam tuta hæc esse, si alioqui uolueris: propterea quod nullum neq; paruum neq; magnum nocumentum ex hoc uulnere humero euenit: sed locus tantum deformior euadit. Quippe cũ neq; hoc os in pristinam sedem simili modo, ut natura erat, restitui queat: sed necesse omnino sit, ut uel paulo uel multo turgidius in superiore parte efficiatur: neque aliud aliquod in eundem planè statum redeat, quod communicans cum altero ac coherens à pristina coherencia auulsum fuerit. Paucis diebus dolor in summo humero sedatur, si recte deligetur.

Coniunctionem ac coherentiam ipsam summum humerum esse hic ostendit: dicitq; ipsum esse os, & necesse utraq;. Summum humerum sanè esse cartilagineũ os coniunctioni iuguli & scapulae impositum, manifestum est: è quo membranæ quædam exortæ capita ossium inter se colligant. unde fit, ut si id auulsum sit, iugulum quoq; eodem consequatur: ac propterea emendatio est, si iugulum deorsum urgeatur ac deprimatur sic, ut circulares quosdam flexus efficiat. Sed depressio hæc in adolescentibus magis succedit: eo quod quanto magis ætas progreditur, tãto corpora nostra sicciora euadunt. Sicut igitur sicca ligna ad flexuras idonea minime sunt, sed humida & uiridia facile eas tolerant: eodem modo eorum qui adhuc auulescunt, ossa, si uis afferatur, inflecti possunt: ac multo magis si cassa sint ac fistulosa, ut iugulum est. Atq; ego quidẽ in me ipso expertus sum, sensiq; mihi inflecti iugulum: palpitabat enim profunde, cum ex uolenta deligatione uehementer deprimeretur. idq; ad quadraginta usque dies sustinui: quorum spatio capiti brachij ita admotum iugulum est, atq; adhæsit: ut & qui id nunc uident, auulsum aliquando fuisse, nõ credant: & qui quando auulsum est, distantia trium digitorum uiderunt recessisse, rem supra modum admirentur. Contigit tamen ut per id tempus brachium penitus alimento destitueretur, sic ut gracile prorsus effectum fuerit: & vnã cum ipso cubitus etiam non aleretur. sed hæc sanè vno tantum deligationis subsidio fuerunt emendata: totumq; membrum non multo post tempore, q; soluta fasciæ sunt, alimento fuit restauratum. In adolescentulis uero, ac pueris etiam magis deprimere os deligatio facile potest. Nam mihi quidem quintum & trigelimum annum agenti pati hoc modo in palæstra contigit, non tamen aliquem alium tam adultum, cum ferre uolentiam deligationis non ualere, curare ita vnquam potui. Ego uero etiam ipse frigidum adeo locum sentiebam, ut toto die ac nocte calido oleo fouere eum cogerer: subiecto toti corpori corio quodã, supra quod nudus, utpote canicula æstibus infestantibus, cubabam. Supposita igitur ad pedes uacua pelui corium ea parte accommodate figuratum fuit, ut inde in peluim defluere liquor posset: atque ita quod in pelui collectum fuerat, iterum in lebetem transfusum, atque ad ignem calefactum supra affectum locum totum perfundebatur. & si paululum aliquando qui id ministrabãt, intermisissent, statim musculorum circa collum intentionem sentiebam: ut perspicuum inde esset, si in perfundendo negligentius se gessissent, consequuturam facile fuisse conuulsionem. Sed mihi musculorum afflictionis alia quædam non parua causa accesserat, quam commemorare non ab re erit: ut existimare vnusquisque possit, ex sola iuguli depressione nihil eiusmodi musculos fuisse passuros. Cum enim mihi auulsus summus humerus fuisset in palæstra, alipta depressiorem superhumeralem intuitus atque humiliorem, brachiumq; in alam elapsum esse opinatus, brachium mihi extendebat, moliriq; id aggrediebatur: remq; artificiose tractabat. Cum uero opus minime procederet, & frustra tempus tereretur: errare ego hominẽ in molitione existimans, alij vnã cum ipso & brachium deorsum, & sursum humerum distenderẽt, iussi: ipse uero digitis integræ manus in alam brachij, quod excidisse uidebat, coniectis, ut inter costas & caput

brachij

brachij inserti moliendo paululum ipsum retruderent: nulloq; ibi tumore præter naturam inuen- **B**
to, statim desistere ab intentione eos qui vnà cum alipta distendebant, monui: non enim excidit-
se articulum, vt opinabantur. At illi quasi ego dolore iam fractus id dicerem: hortabantur, vt me
ipsis obtemperantem exhiberem, non mihi: neq; intentionem quicq; remittebant. ac fortasse mu-
sculum diuulsissent, id quod nonnullis etiam alijs contigit: nisi forte quidam alius superuenisset: q
cum sciret me nequaq; ex mollitie intētione fuisse prohibitorum, vt remiserint, effecit. à meq; qd
euenisset, quidq; facere iuberem, requisit. At ego cum auulsam esse summū humerum, oleoq;
& linteis & lanis esse opus dixissem, in bal. ieu profectus sum: ibiq; copioso circumfuso oleo in so-
lio quoad potui, sum immoratus: donec quæ ad curationem spectabant, fuerunt comportata. qua
re effectum est, vt mihi ex vexatione ea musculi assidua fotione indigerent. Pleriq; vero licet eis
hoc non contingat, deligationem ipsam non tolerant. sed difficultatem ex affectione in posterū
tempus malunt habere, q̄ ad quadragesimum vsq; diem laborem eum sustinere. Citius enim iu-
guli os exacte inflecti posse non existimo, reliqua in oratione hac Hippocratis patent.

DE IUGULO.

Iugulum fractum, si vere abscissum fuerit, curatu facilius est: si per longitudinem, difficilius sanatur. contrariumq; in **F**
hoc euenit q̄ quispiam opinaretur. Nam quod vere abruptum est, cogi magis ut in naturalem statum redeat, potest: ut **63**
si curam adhibeat aliquis: quod superius abiit, deorsum compellere figuratōibus idoneis, & accommodatis deliga-
tionibus non difficulter queat, nam etiam si non prorsus coaptatum sit: os certe quod supereminet, nō admodum acu-
tum efficitur. At si per longitudinem confractum os fuerit, similis ut in ossibus auulsis, de quibus superius modo scripsi-
mus, calamitas euenit, quippe cum & coherere inter se non admodum partes hæ fractæ soleant, & ossis fragmentum
quod eminet, ualde acutum euadat. In uniuersum igitur sciendum illud est, ex iuguli fractione nullum neq; humero,
neq; reliquo corpori timeri nocimentum, nisi sideretur: sed hoc tamen raro contingit.

Vere abscissum inquit, caulatim abruptum, sic vt nulla in parte contineatur. cuius oppositum **G**
est non vere abscissum, quod vno modo fieri ipse declarauit, cum dixit: si per longitudinem, diffi-
cilius sanatur. simulq; ostendit quod exquisitè abruptum, per transversum: quod nō exquisite,
per longitudinem fractionem pati. Quando igitur penitus abscissum est, alternari ita partes ossis
consueuerunt, vt cum vel sursum altera, altera deorsum, vel introrsum altera, altera extrorsum
abeant: fractura propterea magna esse, atq; incurabilis videatur. At altero modo cum per longitu-
dinem fractio accidit, licet minor læsio esse appareat: eius tamen difficilior sanatio est. quippe cū **G**
iugulum fasciæ circunvolutionem, sicut brachia & crura non admittat, quæ sola complanare, atq;
astringere quod in longitudinem scissum est, pōt. Si hæc quæ nunc dixi, memoria teneas, nihil ex
ijs, quæ deinceps subiungit, tibi esse obscurum videbitur.

Deformitas tamen circa fracturam euenit: atq; id primum turpissimum, deinde uero minus turpe fit. **64**

Melius erat, si dixisset, minus turpe apparet. Inter initia enim rei nouitate turpe id eē maxime
videtur: postea uero temporis processu assueti homines, sicut in alijs omnibus, ita in hoc quoque
deformitatem negligere consueuerunt.

Iugulum porro non secus atq; ossa alia cassa cito conglutinantur, quæ enim huiusmodi sunt, callum celeriter obdu- **65**
cunt. Quando igitur recenter est fractum, & qui uulnerati sunt, maius malum quam sit, esse opinantes, satagunt: &
medici diligentiam ac studium adhibent, ut recte medeantur. Procedente uero tempore et uulnerati, quippe cum do-
lore non afficiantur, neq; aut ambulatione, aut comestione prohibeantur: rem negligunt, & medici, quia locum eum
restituere in pristinum decorem nequeunt, refugiant: neq; incuriam laborantium egre ferunt. interim uero calli indu-
ctio acceleratur. Deligationis autem modus similis, ut pleriq; alijs est, nam & cerato, & plagulis, & linteis mollibus **H**
medendum est, & hæc insuper curanda sunt, insuperq; animaduertendum in hac tractatione & plagulas plurimas su-
pra eminentem partem imponi debere: & fasciis plurimis ea maxime in parte comprimere oportere. Sunt autem nonnul-
li qui comprobarunt iam plumbum quoddam graue superalligari, quo superextantem partem deorsum cogerent. In-
telligunt quidem fortasse neq; illi qui simpliciter deligant. Sed neq; hic modus fracturæ iuguli est accommodatus. quip-
pe cum fieri non possit, ut quod eminet, deprimatur, quod alicuius momenti sit. Alij uero quidam sunt, qui cum cogno-
uerint huiusmodi deligationes erraticas esse, & non secundum naturam eminentia deorsum cogere: deligant quidem
etiam ipsi plagulis & linteis utentes, non secus atq; alijs, sed mitella quadam cincto homine ea parte qua cingi aptissi-
me potest, cum plagulas supra eminentiam fracturæ imposuerit, ita ut extuberent, initium fasciæ ex anteriore parte cin-
ctui alligant: atq; ita eam è directo iuguli productam in posteriorem partem conuoluunt: atq; ibi cinctui circumiectā
in anteriorem partem rursus, ac rursus in posteriorem reducant. Alij autem non cinctui circumiiciunt linteum, sed inter-
femineo: atque inde per sedem, & spinam traducendo ac circunvoluendo fracturam comprimunt. Sed hæc quidem
non experto dum audiuntur, prope ad naturalem modum accedere uidentur: utenti uero inutilia euadunt. Non enim
sunt stabilia ullo tempore, etiam si iaceat quispiam, licet enim ita q̄ maxime sint, si quis tamē iacens uel crus inflectat,
uel ipse inflectatur, fasciationes omnes mouentur: & alioqui molesta deligatio est.

Cum causam dixerit cur cito huiusmodi ossa conglutinentur, cur inductio calli celeriter effi- **ciatur:**

A ciatur: propterea non explicauit, quia ex ipsorum ossium natura de quibus est sermo, intelligi potest. Quae enim casta sunt, plus humiditatis in se habent: qua effusa, vt superius diximus, & a facultate quae in osse est, coagulata, callus circa fracti ossis oras concrefcit. quod vbi satis effectum est, orae ipsae constringuntur, ac colligantur, non ex intima parte atq; alte osse conglutinato, quae admodum carnes solent: sed sicut dictum est, in exteriore tantum superficie quasi vinculo quodam conferruminato. Caetera omnia si quis animum aduertat, patent.

66 Nam & sedes intercluditur, & linthea uniuersa in hac angustitate colliguntur. cingula praeterea non ita firmiter accincta sunt, ut ea quae ipsi circumiunguntur, non elabi sursum cogant: atq; ita necesse sit, ut fasciationes omnes laxent. Quae proxime uero aliquis facere uidere, licet magna non faceret: si aliquibus lintheis circa cinctum datis, plerisque alijs ad priorem illam deligationem uteretur, sic enim maxime fasciae & stabiles sunt, & sese mutuo tuentur. Pleraque quidem quae in quibus iugulum fractum est, contingunt, dicta iam sunt, sed illud quoque aduertendum est, iugulum ita plerique frangi solere: ut os quod a pectore est, in superiorem partem emineat: quod est a summo humero, in inferiore subsidat, cuius ea ratio est, quod pectus neque inferius multo abire, neque superius potest.

B Quod inquit in angustitate, id est *σενυροχωρη*, quasi loci angustitatem dixeris, compositum nomen non est, vt quidam opinantur, ex loco & angustia & humido, sed ex *σενυρο*, id est angusthumido, quod tamen nihil amplius quam angustum significat, per paragogen vetusto more ita producto vocabulo, atq; inde *σενυροχωρη* nihil amplius quam loci angustiam notat. Perspicuum hoc esse ex Simonidis etiam carminibus potest: quae in hunc modum se habent.

» Non sic opacis quisquam vnquam in montibus

» Pauisse fertur saeuae occurfu pardalis,

» Angusthumida iter solus iniens semita: *σενυρο* enim hic quoque pro *σενω*, id est angusthumida pro angusta tantum positum esse manifestum est.

67 Articuli enim qui est in pectore paruus crissatus est.

Leuem quandam motionem crissatam, id est *κιρκλισμόν* vocat: siue autem a Crissa aui, quam motacillam dicunt, & graece *κίρκλον*, nomen hoc deductum sit, quae pennas in cauda assidue motat, atq; agit: siue ab alia aliqua re: considerare ad praesens propositum minime spectat. Sed magis conuenit, vt causam inquiramus, cur iuguli dearticulatio quae ad pectus est, cum ex minimis nequaquam sit, sicut aliae aliquae: motionem tamen nullam habeat, quae digna existimatione sit. Quam rationem huiusce rei asserat Hippocrates ipse, audiamus. Sed aduertendum, pectus hic non pro tota anteriore thoracis parte sumptum videri, sed pro medio tantum osse, quo cum costae dearticulantur: quod posteriores medici proprio vocabulo *σέρον* quasi stratum appellant: ita enim inquit.

68 Ipsam enim pectus & sibi ipsi, & spinæ dorsi est commissum.

Sibi ipsi commissum esse pectus, quod stratum dicunt, manifeste apparet. Spinæ dorsi vero etiam esse coaptatum aperte intelliges, si in arefacto animalis cadauere costas a posteriore parte spinæ dorsi, ab anteriore strato huic innixas euidenter inspexeris.

69 Proxime quidem iugulum ad humeri articulum natabile est: cogitur enim frequentem motionem habere ex summi humeri connexionione. Praeterea cum uulneratum fuerit: pars quae pectori inhaeret, in superiorem partem elabitur: neque admodum in inferiore deprimi potest, quippe cum natura leue sit, & supra ipsi quam infra inanita laxior pateat. At humerus, & brachium, & quae his annexa sunt, facile a costis & pectore absolui queunt: ac propterea & longe superius, & inferius abire possunt. Quando igitur fractum est iugulum, os quod ad humerum est, deorsum inclinatur, procliuus enim ei est simul cum humero & brachio deorsum defluere, quam sursum ferri. Cum igitur haec huiusmodi sint: desipiant sane illi qui supereminentem ossis partem deorsum depelli posse existimant, nam id quod infra est, ad superius applicandum esse perspicuum est, quippe cum id sit, quod moueatur, quodque a naturali sede excefferit, patet itaque cogi id nullo alio modo posse, deligationes siquidem nihil magis appellunt, quam repellunt. Si uero quis brachium costis quam maxime adhaerens sursum protrudat sic, ut quam acutissimus humerus esse uideat: ita plane fiet, ut ad os quod a pectore est, inde fuerat auulsam, coaptet.

D Translatis, & vetustis linguarum nominibus, quis civili loquutione utatur, uti Hippocrates consuevit. Tale quid Xenophon etiam facit. nam ille quoque licet civiliter, sicut quisque alius, eloquatur: vetusta tamen saepenumero & translata verba interserit. At rarius quidem in eo, frequentius in Hippocrate hoc reperitur: quemadmodum in superiore oratione crissatum dixit, in hac, natabile: quod uerbum idem est atque infirmum, & stabilimento carens, quemadmodum etiam quod inferi, declarat, cum inquit: cogitur, n. frequentem motionem habere ex summi humeri connexionione. summus uero humerus ex articulo humeri frequenti motione praeditus est, quippe cum minime intentus sit, motusque maximos habeat. Quod uero in principio dixit proxime/ambiguum est, utrum ad locum, an ad rem ipsam referendum sit. nam vel proxime ad articulum mobile esse iugulum intelligemus, quod mihi esse rectius uideatur: vel ut alijs magis placet, aduerbium hoc proxime/ ad natabile & mobile erit coniungendum: ut talis oratio euadat: quam proxime natabile iugulum iuxta humeri articulum est: hoc est quam proxime ad frequentem motionem, agitationemque accedit.

Septima Classis,

LLLLLL

Si igitur

Gal. in lib. Hipp. de articulis

Si igitur aliquis legitima deligatione usus, ut celeriter consolidetur: reliqua omnia excepta antedicta figurati-
uana esse existimet: is et recte intelliget, et citissime atque optime curabit. Si homo tamē cubet, multum refert. Et dies,
si quiescat, quatuordecim satis: viginti plurimi sunt. 70 B

Legitimam deligationem vocat ab omnibus vilitatam, quæ quasi lex quædam non scripta iam
sit, ita enim & in vitæ cōmunionem consuetudines quædam & institutiones quæ ab omnibus ob-
seruantur, legibus similes euadunt: & νόμιμα, id est legitima, seu instituta appellantur. Fracturis
enim accommodatam deligationem non oēs, ut par erat, conficiebant: ac propterea plura de ea in
primo libro de fracturis conscripsit. Hic vero nulla huiusmodi affectioni alicui deligatio adhibe-
tur, nam sicut & prius in cōmentarijs in eum librum editis demonstratum à me est, & nunc etiā
fuit repetitum: oēs affectiones quæ modo deligationis fracturis accommodatæ subijciuntur, in eo
libro ab Hippocrate fuerunt commemoratæ: quæ vero alteram deligationem requirunt, in hoc
exponuntur. Fit siquidem fracturis apta deligatio, cum lintea soli fracto membro in spiram cir-
cunducimus, altera autem, cum in alias quoque partes, & plerunq; eas quæ membro affecto oppo-
sitæ sunt, fasciæ conuoluuntur, quemadmodum in libro de his quæ in medicatrina fiunt, etiā dicit.
Humeri deligationi ea quæ per alteram alam fit, circumductio consentit.

Quod si alicui cōtrario modo iugulū fractum sit, id quod non sepe euenit, sic ut os quod est à pectore, subeat, quod
est à summo humero, supemineat, supstetq; alteri: nullo magno negocio i curado opus est. Ipse. n. humerus demissus et
brachiū ossa cōmittere iter se pōt: et quælibet uel vulgaris deligatio est satis. Pauciq; ad callū cōtrahēdū dies sufficiūt. 71 F

Superius dixit, plerunq; fieri, ut cum iugulum totum per transuersum abrumpitur, pars ossis
quæ à pectore est, in superiorē locum elabatur: altera vero quæ est ab humero, inclinatur infe-
rius. Nunc de altero modo scribit, qui rarius contingit, cum eminentius à parte humeri: depres-
sus à pectore os euadit: quod facilius curatu esse inquit. Humero siquidē ipso demisso fit, ut iu-
guli quoque pars, quæ summo humero est annexa, simul cum ipso deorsum sequatur: alteriq; ita
equalis effecta deligationem, & curationem idoneam admittat.

Si autem ita fractum non sit, sed in latus uel hac uel illac fuerit elapsum: restituere in naturalem situm oportebit,
humero unā cum brachio sublato, sicut etiam antea dictum est. Vbi uero in pristinam naturam redierit, reliqua me-
dicina celerissima erit, pleraque quidem alternata sursum compulsum brachium dirigit. 72

Intelligendum tibi est de ossiū in interiorē uel exteriorē partē recessu dictū hic ab Hippocra-
te esse. Sed ex me illud cognoscas, intus in corporis pfunditatē, extra ad cutem esse accipiendū. G

Quæcumque uero ex superioribus uel in latus elabuntur, uel deorsum: ijs directio preparatur, si homine supino collo-
cato, medio inter scapulas dorso paulo sublimius aliquid subijciatur, sic ut pectus anfractū q̄maxime sit: brachiumq;
ei ob costas porrectum aliquis attollat, medicus uero altera manu in caput brachij impressa uola repellat: altera fra-
cta ossa cōponat, ita enim q̄maxime in naturam restituitur. Ceterum id quod dictum iam est, superius os in inferiorē
partem subire facile admodum solet. Pleriq; sanē ubi deligati fuerint, figuratio ipsa opitulatur: cum ad costas gibbo
cubiti detento sursum humerus propellitur. 73

- A. EGER SUPINVS COLLOCATVS
- B. PVLVINVS INTER SCAPVLAS SVBIECTVS
- C. ALTER BRACHIVM A COSTIS DIDVCTVM ATTOLLENS
- D. MEDICVS FRACTA OSSA COMPOENS



fractum mensis super incidit. In hunc modum igitur figurato homine uult, ut medicus altera
manu caput brachij costis prætenti ac diducti in exteriorē partem repellat. ita. n. fiet, ut fractæ
ossis partes maxime disiungantur: cum ad id etiā circūflexa illa figuratio non parū conferat: al-
tera uero, iuguli partes inter se conformet, ac cōponat. In sequenti oratione melius aliqñ inquit
esse, si ad costas porrectum brachium attollatur. H

Nonnullis

74 **A** Nonnullis uero humerus in superiorem partem propellendus est, ut est dictum: gibbus autem cubiti ad pectus adducendus, ita ut manus ad summum humerum sani brachij detineatur. & si cubare tolerat, opponendum aliquid est quod obfirmet, ut humerus in suprema parte permaneat: si deambulare uult, sinda ex mitella facta circa acuta partem gibbi infrenda, ac collo appendenda est.

Huiusmodi figuratio in exteriorem partem caput brachij abducit: ut pars quoque iuguli quae summo humero coniuncta est, simul cum eo abducatur. Sed ut plurimum huiusmodi figuratio ne opus non esse inquit: satis enim priorē esse ad directionem faciendā, cum ad costas gibbo cubiti detento, non ut nunc ad pectus adducto, brachium suppellebatur. non quod ad pectus adducere inutile sit: sed quia cum plerūque dimoueat, proposita operatio exequi rem optime queat, nam si prior ea in agendo non successerit, ad secundam transire postea poterimus.


GALENI IN LIBRUM HIPPOCRATIS DE
ARTICVLIS COMMENTARIORVM

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

*Agit de reliquis manus articulis, de faciei malis, ac maxillis, de naribus,
& auribus curandis, cum luxata, uel fracta fuerint.*

DE GIBBO CVBITI.

1  Vm gibbi cubiti articulus dimotus aut subluxatus ad costas aut exteriorem in partem est, acuta eius parte in concaua brachij subsistente, in rectum extendendus: quodque eminent, retro & in latus repellendum est. Cum uero profecte excessit uel hac uel illac, extensio ea adhibenda, qua brachium fractum deligatur. ita enim incurua gibbi pars minime prohibebit. Excidit autem maxime uersus costas. Directio uero eius est, si quod plurimum abducendo ne caput brachij comitem cubiti attingat: suspensum ita circum agamus & circumflectamus, & non in rectum extendamus: simulque in contrariam in utraque partem impellamus, in sedemque ita compellamus. In his confert etiam si gibbus

C partim in supinam partem, partim in pronam contorqueatur. Curatio postea ex figuratioe ea est, ut paulo superiorem manum gibbo cubiti: brachium uero ad costas habeant. sic & appensio, & positio, & gestandi facilitas, & natura, & usus in communi sunt: si modo prae callus non increuerit. increscit autem celeriter. Linteis uero curatio sit lege articulari, ut & acuta etiam pars insup deligetur. Rebellacissimus autem gibbus cubiti hic est, febresque, ac dolores, & meræ bilis uomitus mouet: atque id maxime, si in posteriorem partem, ob torpore: secundo, si in anteriorem prolapsus sit. Eadem utrisque curatio. Sed repositiones, si retro abijt, ut extentum totum brachium intendamus. Signum, non est quod ita excesserit, cum extendere totum brachium nequeunt, cum uero cōflectere id non ualent: quod in anteriorem partem exciderit cubitus, indicium est. Vnde his conuolutum aliquid durum ab anteriore parte imponendum, ac super id, ubi extenderis, repetere cubitus inflectendus est. Dissidētia autem ossium nota est: si iuxta uenam quae ad brachium descenditur, atrectaris. Sed haec cito callo circumdant. Ab ortu sane ossa quae infra noxam sunt, breuiora euadunt: plurimum iuxta cubitum: secundo iuxta manum: tertio iuxta digitos. brachium quippe et humerus ob uersionem potiora, at reliqua pars totius brachij ob opera adhuc potior est. Si extra excidit articulus, in interiore parte caro imminuit. sin minus, in contraria parte, quae exciderit. Si extra uel intro excesserit, extensio in communi figuratioe brachij ad cubitum faciendā est. alae enim habena subiecta retrahendum est, summo uero gibbo iuxta articulum pondus aliquod appendendum, uel manibus depellendum. atque ita suspensio articulo palmis coaptationes sunt, ut in manibus. Deligatio in hac figuratioe, & appensio, & positio.

A. ALÆ SVBIECTA HABENA
B. MANIB' DEPELLENS
C. MEDICVS ARTICVLV' PALMIS
COAPTAS



Septima Classis.

At cum in posteriorem partem excidit, repente exte-
to brachio palmis dirigendum: simul autem & in dire-
ctione, & in alijs faciendum est. Cum in anteriorem, supra

LLLLLL ij linteum

Gal. in lib. Hipp. de articulis

linteum in tumorem conuolutum conſteclendum, ac ſimul dirigendum: ſed ſi in alteram partem inclinetur, in directione ſimul utraq; ſacere oportet. Medela uero communis figuratio, & deligatio eſt. Poſſunt etiam ex diſtentione cõmuniter omnia coaptari. Repoſitiones autem aliæ ex ſuſpensione, aliæ ex extensione, aliæ ex circumuagatione reponunt; atq; hæc ex exceſſibus figurarum uel hæc uel illac celeriter ſunt.

D E M A N U .

Manus articulus uel intro, uel extra prolabitur: ſed plerumq; intro. Signa aperta ſunt, ſi enim intro excidit, cõſteclere: ſi extra, extendere digitos nequeunt. Repoſitio fit, ſi digitis ſupra mēſam poſitis in diuerſas partes extenſio efficiatur: os uero eminens uel palma, uel calce ſimul retrudatur, & in anteriorem partem & inferiorem trudatur. Ab inferiori autem parte ad alterum os inuolutum aliquod molle, ſi ſupra eſt, prone manui, ſi infra, ſupine eſt ſubiiciendum, curationem poſtea linteis peragimus. At tota manus uel intro uel extra, uel hæc uel illac, potiſſimum tamen intro luxatur. Interdum etiã appendix ipſa dimouetur, interdum alterũ ex oſſibus diſſidet. His ualida extenſio adhibenda eſt: tum quod eminent, trudatur: alterum uero os duobus modis ſimul in poſteriorem partẽ & in latus, uel manibus ſupra mēſam, uel calce retrudatur. Quæ rebellant deformia euadunt: tẽpore tamen ad uſum corroborantur. Curatio his quoq; linteis adhibetur, cum manu & cubito: ferulæq; uſq; ad digitos apponuntur. Hæc in ferulis deligata frequentius q̄ fracturæ reſoluenda, & perfuſione copioſiore fouenda ſunt. Ab ortu breuior manus euadit: carniũq; imminutio cõtraria in parte q̄ qua eſt prolapsio effecta, maxime contingit. At adulto iam oſſa permanent.

- A. EX TENDENTES IN DIVERſA
- B. MEDICVS PALMIS OS EMINÈS RETRVDENS
- C. INVOLVCRV̄ MOLLE ALTERI OSSI SVBIECTV̄



D E D I G I T I S .

Digitũ articulus cum prolapsus eſt, facile patet, reponitur uero, ſi in rectum extendatur, quodq; eminent trudatur, & cõtrarium retrudatur. Curatio uero mitellis, & linteis fit. Si non reuerſus fuerit, extra callum obducit. Quæ autem ab ortu, aut in auclione luxata ſunt oſſa, infra prolapsionem breuiora efficiuntur: minuunturq; carnes cõtraria præcipue in parte q̄ in quam exciderũt. Ei uero qui iam eſt adultus, oſſa permanent.

Explanatio deſideratur.

D E M A L A .

At mala paucis iam perfecte luxata eſt.

Malã, id eſt γνάθον, quæ bucca etiam dicitur, diſſectionis profeſſores partem illam uocant, quæ ſub ea eſt, quæ mala proprie nuncupat. Mala enim proprie eſt id quod ſub oculis leniter rotundum ad mali ſimilitudinem prominet. Hippocrates uero, ſicut ſuperius humerũ articulum dixit pro articulo q̄ in humero eſt: ita hic quoq; de articulo malæ loquens, inferiorem maxillam malã nuncupauit. Poeta etiã malas pro maxillis ponit, ubi inquit, Ambabus feriẽs manibus ſic uerberare cũctos Ceu ſuis, excuterẽ è malis p̄ gramina dentes. Malas hic maxillas manifeſte appellat. Quin etiam ipſe Hippocrates malas deinceps in ſer-

quentibus eas uocat. Sed hæc de appellatione hæcenus. Cur uero paucis luxari maxillam dixerit, ipſe ijs quæ ſubiungit, declarat: quibus animum aduertito.

Os enim quod ſuperiore mala procedit, cum eo ſubiungatur quod ſub aurem innectitur: quod capita malæ inferioris intercludit: cum altero capite ſuperius, altero inferius ſit, extremæ uero inferioris malæ partes altera ob longitudinẽ non facile exſinuari poteſt: quæ eſt comix, quæ ſuper iugamentum excedit.

Dicũtum à me etiam ſuperius eſt & in explanatione de cubito, & in primo cõmentario, ſi quis ea quæ ita ab Hippocrate dicuntur, planẽ nõ intelligit: ei oſſa præcipue hominum, ſin minus, ſi miarum oſtendenda eſſe. neq; id faciendum nunc q̄n librum hunc legit, ſed antea per ocium. Diximus item à nobis librum quoq; de oſſibus ad eos qui introducuntur, fuiſſe cõſcriptum: & qui p̄cipere uult quid in his libris Hippocrates dicat, melius eſſe, ut prius in illis ſit exercitatus. Sicut igitur ſuperius eũ ſcripſi, nunc mediam quandã docendi rationẽ ſeruabo: tam eorũ qui uiderunt, q̄ q̄ non uiderũt habita ratione. ita, n. fiet, ut & qui uiderunt, longitudine orationis non moleſtẽtur: & qui non uiderunt, exactæ diſciplinæ, quæ abſq; oſſium inſpectione fieri non poteſt, quali deſcriptionem quandã habeant. Intellige igitur, partem oris quæ ad dentes mouetur, inferiorem

A rem maxillam: quæ motu caret, superiorē esse, ab hisq; ossibus dentes pro magnitudine & multitudine contineri. è superiore autem mala tenue quoddam os procedere coaptariq; tenui alteri, quod ex osse eo promittitur, quod auditorium meatum continet. qua vero vtraq; hæc ossa inter se cōmittuntur, similem futurę esse articulare coaptationem. Os itaq; hoc tenue quod superiorē maxillam capiti coniungit à dissectionis peritis iugamentum, seu iugale os nuncupat. Quandoquidem etiam ipse Hippocrates, cum dicat subiugari, ostendit duo ea ossa ab hoc quasi iugo subiecto inter se cogi. Sub hoc iugamento satis magna cauitas est, quam alter ex inferioris maxillæ processibus occupauit: quem κορώνη, id est cornicē, & κόρωνον neutro genere vocant. Alter enim processus est, quo maxilla cum osse capitis iuxta aurē dearticulatur. Sed hic breuis longitudine, alter longior multo est. vtroq; hos medium porrectū iugale os distinguit: ita vt breviorē superius, longiorē inferius sit. Hos inferioris maxillæ processus capita hic nominauit Hippocrates, cum inquit, iugamentum esse quod capita intercludat, id est distinguat inter se hos processus, ac separet: alteri superpositum, & alteri subiectum. Perspicuum igitur ex his est, fieri non posse vt à propria dearticulatione inferior maxilla excidat, nisi cornix eius infra iugamentū elaboratur. Sed neq; si id contingat tantum, luxationem efficit. aperto enim ore in propriam sedem rursus reuertitur. Vnde si luxatio fieri debet, oportet vt prohibeatur, quo minus redeat: id quod fit, si in latus distorqueatur. Recte igitur deinceps inquit, nisi quis maxime hiando maxillam in latus distorqueat, fieri, vt excidat minime potest. Nam neq; ipsa cornix abire infra iugamentum valet, nisi inferior maxilla à superiore q̄ plurimum distet: id quod in maxime hiando euenit, neq; sine distortionē in latus reditus in propriam sedem prohibetur. Et ob hæc igitur difficulter excidit, & quia validi musculi sunt, qui ipsam sustinent: de quibus dicentem ipsum audi.

⁵ Præterea ex utrisq; his extremis neruosi tendones exoriuntur: ex quibus annexi musculi sunt, qui temporales, & manducatorij appellantur.

Quæ prius capita inferioris maxillæ dixerat, nunc extrema appellat: ex vtriusq; his neruosos tendones exoriri asserens. Vocare autem solet tendones, id est τένοντες, fines eos musculorum, quos dissectionis professores proueruationes, id est ἀπενδύσεις nuncupat: qui quidem medijs partibus sunt neruosiores: inter se tamen in eo differunt, q̄ aliquando plus, aliquando minus vel carnosæ, vel neruosæ substantiæ in se habent. Quando sanè carnis substantia amplior inest, carnosam proueruationem: q̄n paucior, neruosam appellant. Nunc igitur, quia in his neruea substantia q̄ carnea amplior est, merito neruosos tendones è capitibus maxillæ existere inquit. Ex altioribus siquidem partibus infernæ maxillæ annexos esse musculos inquit, qui tēporales & manducatorij, seu mansorij vocant. Vtrum autē eosdē musculos vtriusq; his nominibus appellet, an alios tēporales, alios māducatorios esse velit, incertū est. Nā posteriores dissectores eos tēporales, seu malis, tēporinos nominant, qui ex ossibus temporum capitis exoriuntur: quos, dum intendunt, cōmittere, ac claudere os manifeste conspiciunt. Alios vero qui latis inferioris maxillæ partibus superiecti sunt, vtrinq; alter: propterea q̄ in manducando maxillam circūagunt, manducatorios vocant: cum illi qui è superiore parte deferuntur, efficere id minime valeant, attrahunt. n. eam sursum tantūmodo, non traducere etiam hac illac queunt. vnde in committendo quoq; ore ipsorum auxilio indigemus: quando videlicet vel anterioribus dentibus mordendo, vel caninis qui appellantur, abscindere aliquid volumus. nam cum molaribus subiectum cibum confringere, ac conterere studemus, manducatio opus id vocatur, à musculisq; efficitur, qui latis maxillæ partibus superiecti in latus hac illac maxillam traducunt. Consentaneum igitur est, vt hi manducatorij appellentur: illi vero temporales, qui à temporum ossibus descendentes neruosos tendones comprehendunt, cornicemq; maxillę circum circa totam circūdant. Quin etiā aliud quoddam musculorum par est, intra os cōstitutum: qui superiorem exortum ex alaribus ossibus, quæ μέγιστοι δὲ appellant, & ex tota ipsis adiacente cauitate habentes inferiori maxillæ ea maxime parte innectuntur, vnde processus ad dearticulationem ascendit. Hi musculi ita ad manducatorios pertingunt, quos extrinsecus supra latis maxillæ partes intentos esse dixi: vt intrinsecus vtrinq; alter latus id maxillæ occupent. Cum igitur Hippocrates inquit, præterea ex vtriusq; his extremis neruosi tendones exoriuntur: ex quibus annexi musculi sunt, qui temporales, & manducatorij appellantur: nullam hic fecisse de illis mentionē manifeste videtur, qui extrinsecus maxillæ superiiciuntur: sed ad duo ea paria intelligēda nos inducit: quorum alterum ex extremis maxillę partibus: alterum ex cauitate quę iuxta alaria ossa sunt, euidenter exoriuntur. Nam hi alterū maxillæ caput quod dearticulatur, attollunt. Aliud vero illud par, quod cornices circūdare vnde quaq; dixi, eadem hæc extrema ad caput attrahunt.

⁶ Ob hoc autem uocantur, & ob hoc mouentur, quia inde annexi sunt.

Cum manducatorios vocari dixerit antedictos musculos, appellationis huius causam subiungit. nam quia inde annexi sunt. i. ex maxillę extremis partibus, propterea & mouent dum mandimus: & manducatorij vocantur.

Septima Classis,

LLLLLL iij Nam

Gal. in lib. Hipp. de articulis

Nam & in comestione, & in loquutione & in alio oris usu superior mala quiescit.

7
B

Inferior maxilla sola est, quæ mouetur: cum duo anteriores circa collum musculi ipsam à superiore abducant: manducatorij vero adducant, atq; admoueant. Qui merito euidentem motionem habent, quia maximo ossis motui inseruiunt: ob eumq; motum manducatorij à vehementissima inferioris maxillæ operatione nuncupati sunt. Nam motio quæ in loquutione fit, imbecilla est.

Connexa enim capiti est, non dearticulata. Inferior autem mala mouetur, quippe cum & à superiore mala, & à capite abarticulata sit.

8

Nonnulli non συνήθηται, i. cōnexa est, sed συνάρθρωται, i. coarticulata est, legunt: propterea quod coarticulationem quoq; ossium commissionem naturalem esse vult: quæ exiguum & obscurum aliquando nullum motum præ se ferant, sicut dearticulationem eam cōiunctionem naturalem ossium vocat: quæ euidentem motum habent. In hac autem oratione cum abarticulatam eam esse dicat, abarticulationem, id est ἀπάρθρωται, idem esse cum dearticulatione ostendit.

Cur autem in conuulsionibus & rigoribus hic primum articulus contentus significationem faciat: cur item ictus in tempora influcti letales, & sopientes sint: alibi dicitur.

9
F

Cum posset breuibus rē explicare, & dicere: quæ circa hunc articulū sunt, propè ad neruorum originem accedunt: iccirco fieri, vt articulus hic in conuulsionibus primum incipere conspiciatur, ictusq; sopientes patiatur: cur id distulerit, nescio. Nisi fortasse quia cum demonstratione id sibi faciendum, ostendendumq; neruos à cerebro exorientes eò innecti censebat. id quod plane commemorare præsentī doctrinæ non erat necessarium: vt propterea integram de hoc tractationem alibi scribendam distulerit.

Quod igitur non admodum luxetur, hæc in causa sunt.

10

Quænam hæc sunt prædicta nimirum: quæ duobus capitibus continentur, & natura ossium, quam commemorauī, & robore musculorum.

Sed in causa quoq; illud est, quod non admodum fit, ut tales necessitates ciborum inuadant, ut hiare homo supra quod possit, cogatur. Excidere vero ex nulla alia figuratiōe potest, nisi hiando quod maxime maxillam in alteram partem quissiam traducat.

11
G

Ad duas causas, quas ante exposuit, cur maxilla raro excidat, tertiam nunc adiungit. quod fieri neque, vt luxatio contingat, nisi quod maxima oris apertio efficiatur. aperire autem id quod plurimum saepe non est opus. duæ, n. talis operationis necessitates sunt, cum vel maximam rei alicuius molem ore excipere quispiam vult: vel oscitando quod maxime potest, os diducit. quorum primum raro contingit: secundum euenire dementibus tamen potest. Nam diuiti Placino euenire id aliquando conspexi, cum quod plurimum posset, os apertum in latus traduceret. Frequenter. n. in eam figuratiōem formare os cōsueuerat. & quali egregium quid esset: sponte magis semper quod antea fecerat, hiare nitebatur.

Ad excidendum tamen id facit, quod quicumque nervi & musculi sunt iuxta articulos, uel ab articulis à quibus colligantur, si in usu saepe moueantur, idonei quod maxime sunt, ut ad extensiones cedant, quemadmodum etiam pelles quæ optime maceratae sunt, quod plurimam distentionem admittunt.

12

Quantum ad antedictas causas spectat, vel nunquam, vel admodum raro maxilla erat prolapsura, non tamen, ita est, sed raro quidem excidit, non tamen, vt quod plurimum nostrum non viderint, sicut ea sunt quæ rarissime contingunt. Ex frequenti enim dearticulationis motu fit, vt musculi & nervi intendantur: promptioresq; ad extensionem multo sint, quam ea quæ raro ad motionis necessitatem deueniunt. Non secus inquit ac pelles optime maceratae, id est optime emollite, quod plurimum extensionem admittunt. Nam etiam Poeta τῶν δ' ἐψέει, i. macerandi verbo utitur pro mollire: cum ait.

H

Nam flaua cera macerata &c.

»

Sed de quo est sermo, mala quidem raro excidit: saepe tamen in oris hiationibus decutitur: sicut alie musculorum & neruorum alternationes hoc faciunt.

13

Decutitur, i. χᾶται, quid significet, intelligemus: si ijs quæ dicuntur attendamus. Inquit, n. sicut alia musculorum & neruorum alternationes hoc faciunt: vt decussio hæc de qua loquitur, musculorum quoq; & neruorum absq; vlla articulatione affectio esse cognoscatur, quæ cuiusmodi sit, ex eo patet, quod alternationes inquit, significat, n. ex naturali situ in alterum transmutari, atq; id repente, nam paulo etiam post hoc significare ostendit: cum inquit, deinde studium adhibendum est, vt tribus figuratiōibus simul repente decutiamus, i. repente in partes tres moueamus, & mutemus. Quin etiam nunc & in Coo & in omnibus ferè græcanicis urbibus χασπίων vocant, quasi decussorium dixeris instrumentum, in quod inscendentes faciunt, vt prætentus funis in curricula, quo carceres statuunt, vbi qui cursuri sunt, omnes astant: repente decussus decidat, & in palaestra

in palaestra

A in palæstra quoq; decutere manum, i. *χέου*, nihil aliud est, q̄ è priore statu in alterum confestim ferre, ac mouere. Decutere igitur maxillam cum dixeris, id ad musculorum affectionem referendum est, cum in repentinis agitationibus immutantur, & alternantur sic, vt pristino situ minime seruato aliqua ex parte distorqueantur: aliqua intendantur.

14 Quando uero excidit, his præcipue indicijs manifestum sit. Prominet inferior mala in anteriorem partem: in contrariumq; q̄ lapsus contigit, promotâ conspicitur. ossisq; cornix ad superiorem malam turgidior apparet: qui q; hoc patiuntur, committere malas egre possunt.

Dictum à me etiam prius est, os illud, quod uocatur iugale seu iugamentū, superiori parti esse obiectum: ubi cornix maxillæ est: quæ nisi in alterâ partem præferatur, ad propriam sedem maxillam esse rediturâ. Necessè igitur est, vt cum maxilla aliquâ excidit, cornix extra iugamentū feratur. quippe cum nullâ aliam quò delabatur, sedem habeat, quare merito ad superiorem malam ubi iugamentum est, eminentior apparet. Quod qdem iugamentum ubi nâ maxime constitutū sit, cognoscere manifeste poteris, si in macilentis hominibus inter temporalē musculū, & malam inspexeris. quod. n. in medio horum p̄minet, iugamentum est. Huius igitur situ obseruato, ubi aliquē uideris qui claudere os nequeat, maxillamq; in anteriore partem p̄minētē, atq; in obliquum uersam habeat: da operam, vt & oculis & digitis diligenter scruteris, an iuxta malam & iugamentū eminere cornicē deprehendas. Nâ si id inueneris, maxillâ lapsam esse certo dignosces.

15 Repositio his qualis sit accōmodata, perspicuum est. Debet enim alter caput uulnerati continere: alter inferiorem malam, hiante homine quantum moderate potest, ad mentum & intus & extra digitis apprehensam, prius aliquantisper hac illac agitare: & tum ipse manu in latus promouere, tum ego iubere ut laxam malam tenens promoueat, & promouenti obsequatur q̄ maxime.

Iis qui structuram horum membrorum quæ cōmemorauit, ex dissectione diligenter inspexerunt, manifesta hæc repositio est, ad quos etiam ipse spectans ita dixit. Quæ etiâ deinceps de repositione dicuntur, clara oia sunt, nisi ubi vnum, aut duo incidunt uerba, quæ annotabo.

16 Deinde studium adhibendum est, ut tribus figurationibus simul repente decutiamus. Nam & à distortionē in naturalem situm promouenda, & simul retro agenda inferior mala est. Aeger uero his obsequendo committere os, non hiare amplius debet. Ac repositio quidem hæc est, quæ ne alijs quidem figurationibus fieri potest. Medicina uero postmodum breuis sufficit. plagula, n. cerata imposta laxâ deligationē adhibemus. Tutius tñ administrationē hæc exercemus: si homo supinus reclinetur, caputq; obfirmet subiecto scorteo puluino bene facto: ut q̄ minimum cedat.

Posteaq; tracta deorsum maxilla, atq; à superiore quantum fieri potest, abducta, musculos & neruos prius agitauerimus, ac molliuerimus, quod ipse iubet, faciendum est: & repente decutiendum, id est repente & simul articulus in directum ad naturalem sedem propellendus: quod ubi factum est, statim rursus retroagendus. atq; vt cōmittat os eger, iubendum est. Antea enim ipsum hiare uolebat, laxamq; malam exhibere, id est nullum ex musculis intendere: eo q̄ id & ad agitandos musculos & neruos, & ad distortam maxillam in naturalem sedem repente promouendam, & ad eandem retroagendam, opportunissimum sit. Vbi uero utraq; maxillæ extremitas è directo ad proprias sedes redacta iam est, uult vt temporales musculi cooperando ad se totam ipsam attrahant. Operabuntur autem, si aeger committere ac claudere os studeat.

17 Atq; aliquis caput uulnerati insuper contineat.



Dum hac illac maxilla agitatur, & in inferiorem partem abducitur: uult vt caput aegri ne ad maxillam cōsequatur, minister cōtineat. Hoc autem in omnibus, quæ in diuersas partes fiūt, extensionibus perpetuū præceptum est. Cum uero uulnerati dicit, idem est ac si lesi & affecti dixisset. Ionibus enim peculiare id est, vt lesionē oēs uulnera, hoc est *τρώματα*, cōmuni nomine appellent.

Septima Classis,

LLLLLL iij At si

At si utræq; luxatæ mala fuerint, curatio eadem adhibetur. committere autem os isti minus possunt. maxilla, n. 18
magis prociderunt: sed indistortæ tamen sunt. Indistortum in his ex terminis dentium superiorum & inferiorum è di- B
recto correspondentium maxime deprehenditur.

Hic malas, id est γνάθος, non totam maxillam, sed vtrancq; ipsius partem qua dilatatur: qua vero in ima eius ora nudum, ac carnis expers os extat, id maxillas, id est γέννας, videtur appella- re, cum inquit maxillæ, n. magis prociderunt. Sed tñ paulo post totam inferiorē maxillam malā nuncupavit: vbi ait/Si vero inferior mala circa cōpagem ad mentum diuisa fuerit. sola autē hæc cōpago in inferiore mala est, in superiore multa. Vnde significata malæ, & maxillæ apud ipsum confunduntur. Quod igitur in oratione hac inquit, huiusmodi est: Si in vtriscq; dearticulationibus luxatio fit, magis quidem in anteriorem partem inferior maxilla prosilit, q̄ cum in altera tantum parte luxatur: magisq; distare à superiore apparet: non tñ in alteram partem retrahitur, neq; distorquetur: sed indistorta permanet. Id autem ex directiōe dentium cognoscere poteris: hoc est cum è regione sectores sectoribus, canini caninis, molares molaribus correspondent.

His confert, ut q̄celerime reponantur. Repositionis autem modus dictus superius est. 19

Confert vt q̄citissime reponant, prius videlicet q̄ ex musculorū intentione ad cerebrum cōta- F
gio perueniat. Modus autem repositionis, quo in alterius tantum partis luxatione vtendum di-
xit: non ex toto idem mihi in hac videtur conuenire. tñc. n. in latus & in obliquum maxilla pau-
lulum promotâ fuerat: nunc æqualiter præponderat, vt satis sit, si vbi agitauerimus, atq; in infe-
riorem partem eatenus traxerimus, vt cornicis vertex inferior iugamento efficiatur: ita demum
in anteriorem partem totam maxillam propellamus: ægroq; vt os claudat, iubeamus.

Si autem non redierint, ex febribus continuis & segni sopore vitæ periculum impendet. 20

Exarticulatio quæ altera tñ parte fit, neq; ipsa periculo vacat: Quæ aut vtrincq; cōtingit, cum
oēs qui inferiorem maxillam continent, musculos extēdat: longe infensior est. Sunt aut, vt dictū
est, quatuor. duo ex temporibus: duo ex cavitatibus iuxta alaria ossa originē habentes. qui cum à
cerebro neruos accipiant, & ferè ipsum cerebrū contingant: cito fit, vt his affectis cerebrū quoq;
simul afficiat. Hi qdē quatuor muscoli in luxationibus maxime laborāt: quippe cum principales
maxime oīum sint, vtpote qui à tertio pari è cerebro neruos habeant, quod non p̄cul à principio
ipso abest. Fit tñ, vt qui etiā maxillæ extrinsecus iniecti sunt ex vtracq; parte exorientes, in huius- G
modi luxationibus præter naturā extendant: qui qdē non simili modo vt quatuor illi, præcipui
sunt, longius. n. absunt à cerebro: & origo nerui è longinquiore spatio, neq; ex eodē pari neruo-
rum, ad hos pertingit: non parua tñ etiam ipsi vim habent, quæadmodum reliqui quoq; muscoli,
qui per totum corpus sunt, licet his longe ignobiliores. Quocirca ex oībus his vita in discrimen
vertitur, cum præter naturam intendunt. dolore. n. affecti, & inflāmati in simile malum cerebrū
quoq; inducunt. cerebro vero affecto febres acutæ consequuntur: omnesq; animæ operationes
lædunt. Nam sopor qui κάρος dicitur, facit, vt neq; sentiat, neq; moueatur homo, neq; intelligat:
sed & rationē, & memoriā, & sensum, & motum quoq; qui per appetitionem fit, corrumpit.

Musculi enim hi, cum præter naturam alterantur & intenduntur, soporiferi sunt. 21

Satis alterutrum ex his est ad soporem inducendum: alteratio scilicet, vel intentio musculorū,
cum ex vtriscq; his caro patiat. Intentio siquidem fit, cum fibræ, quæ prius laxæ erant, omnes in
rectam lineam protenduntur: alteratio, cum vel calefacti vel frigefacti, humefacti item aut arefa-
cti immoderate sunt, necnon si inflāmatione, aut erysipelate, aut putredine corripuntur. huius-
modi enim omnibus fit, vt in substantia ipsa diuersificentur. Intenti vero per fibras porriguntur
tantummodo, & distenduntur absq; vlla substantiæ alteratione. H

Solet item his alius biliosa mera ac pauca deijcere, & si uomunt, mera etiam sunt uomitiones. 22

In acutissimis febribus mera biliosa gigni in corpore mirū nihil esse debet. q̄ppe cum adeps &
caro quæ tenera est, receterq; cōcreta ab huiusmodi febribus tabescat & colliquescat: sanguis ve-
ro torreat. Nam ad ventrē & intestina huiusmodi colliquatōnū confluxio, ppria eorū est qui in
neruosis partibus dolorē patiunt: p̄pterea q̄ os vētriculi, quod est neruosissimū, cū his simul affi-
cit. Dictum aut recte ab ipso est, quæ sunt p̄xima & cōmunia, primum & maxime afflicti. & q̄
pati id dolores, licet parui sint, nō sustinet. Qui. n. circa os vētriculi laborāt, n̄s aiæ defectus eue-
nire cōsueuerūt, in aię defectibus vero tenuia oīa excremēta in vētrē cōfluunt. quin etiā si id nō
eueniat, i vehementibus doloribus, & tristitijs talia excremēta in vētriculū & intestina confluere
conspiciuntur. Vnde ea quæ in ventriculum defluxere, vomitu quæ in intestina descenderunt,
deiectione exinaniuntur.

Hi sanè etiam decimo die maxime moriuntur. 23

Apud alios quoq; veteres auctores tale huius aduerbii/maxime/significatum interdū reperit-
tur,

A tur, quali nunc vsus Hippocrates videtur: vt proximam quantitatem rei, quæ numero explicat, indicet. perinde ac si ita dixisset. Qui ita affecti sunt, plerunq; decimo die moriuntur. vt si nono et vel vndecimo decedant, vere dictum hoc nihilo minus sit. Maxime vero in hoc significato sumi solere his exemplis perspicuum tibi esse poterit. Thucydides in primo ita inquit: Hec autem vniuersa, quæ & inter se & aduersus Barbarum Greci gessere, annis quinquaginta maxime gesta sunt, id est ferè & circiter. & in eodem quoq; Abest sexaginta stadijs maxime. Et Andocides in oratione de mysterijs, homines, inquit, numero quidem maxime trecentos. Sed apud omnes graecos multum huius aduerbij in hac significatione vsus inuenies.

24 Cum uero fracta inferior mala est, si non est prorsus decaulata, sed os adhuc cohaeret, & inclinatum tamen est: per transversum linguae subiectis digitis restituendum est: extrinsecusq; sicut conferet, renitendum. Et si distorti dentes sint iuxta fracturam ac dimoti, ubi ossa in sedem suam fuerint collocata, non duo tantum proximi dentes, sed posteriores quoq; praecipue quidem auro, sin minus, lineo filo alligandi inter se sunt, quoad os corroboretur. deinde cerato & plagulis paucis, paucisq; linteis non nimis compressis, sed laxa deligatio est adhibenda.

B Quando fracti ossis nihil illæsum subsistit, sed absolute à se mutuo utraq; partes sunt sic, vt nulli cohaereant inter se, & contineant: fracturæ hanc speciem recentiores medici caulatim factam appellat. propterea qd Hippocrates quoq; hic dixit, si non est prorsus decaulata. i. abscissa atq; abrupta. Reliqua & huius orationis & sequentium manifesta sunt. Si quid inciderit tñ, explicabimus.

25 Sciendum tamen deligationem quæ linteis fit, male fractæ, si recte adhibeatur, parum prodesse: si prave, magnam lesionem afferre.

Commune omnibus fracturis est pravam deligationem multum obesse: non multum vero prodesse si recte adhibeatur in maxillæ fracturis, id non omnibus ossibus commune est, sed illis tantum conuenit, quæ circūuolutionem fasciarum non admittunt: quæ os affectum ita seruat, vt à medico compositum fuit ac conformatum. In maxilla vero etiam illud accedit, qd deligatio molestiam parit: utpote quæ semper nuda atq; intacta manere consueuerit.

26 Frequenter uero iuxta linguam intrectandum est: diuq; digitis renitendum dum os inclinatum, in sedem suam collocamus. Optimumq; esset, si id semper posset: sed non licet. At si decaulatum prorsus os sit (quod raro quidem contingit) eo modo quo dictum est, restitui debet. quod ubi factum fuerit, dentes iungendi, sicut antea etiã diximus. id. n. ut quiete permaneat, multum confert. praesertim, si quis sicuti debet futuris iniectis eos coniunxerit. At enim facile non est, ut tota manuum operatio scriptis exquisitè tradatur, sed ex ijs quæ scripta sunt, imaginanda est.

C Tractare, id est *ματθεδν*, palpare ac palpando & contrectando explorare significat: intrectare vero intus & in ima parte tractando digitis perscrutari: sicut hic ab Hippocrate vsurpat. Vult enim vt iniectis in os digitis nunqd partes fracti ossis alternatæ sint, diligenter exploretur: atq; ita in sedem suam redigatur, ad quodcumq; conferre visum fuerit, si in exteriorem partem inclinetur, maxilla obiecta. Non debere autem medicum semper id facere, sed agrotantem et doceri ita agere, esse manifestum puto.



·A· HABENA INFERIORI PARTI
MAXILLÆ AGGLVTINATA·

·B· HABENA SUPERIOR ·

Deinde aluta Carthaginensi opus est. sed si adolescentior sit, is qui vulneratus est, si tergo eius utamur, est satis. in proeclioribus autem ipsa aluta utendum est. Ex ea habenam latitudine circiter trium digitorum, uel quomodocumq; congruerit, secamus. ac sublata prius gummi maxilla (ita enim permanet magis) ad abscissam partem glutino extremum eius agglutinamus sic, ut quasi digitum, aut paulo amplius à uulnere absit: atque id in inferiore parte, habenam uero è processione menti incisa sit, ut acutam eius partem utrinque complectatur. tum altera habenam huiusmodi, aut paulo latior superiori male parti agglutinanda: quæ etiam ipsa tantum à fractura absit, quantum altera: disscissaq; etiam ipsa sit, ut circum circa excipere aurem possit.

Mollem esse uult alutam, cuiusmodi tunc fortasse Carthagine aduehebatur. Huius, n. noiam exempli causa mentionem fecit. quemadmodum et superius in libro de fracturis Aegyptiam alutam

27
D

Gal. in lib. Hipp. de articulis

alutam commemoravit. Tergus autem, id est *λοπόν*, partem eā quæ extrema est, atq; ob id durior & densior, appellari hic ab Hippocrate perspicuum est. Quo pacto vero extensione fractarum partium maxillæ in diuersa utatur, ipse declarabit: si proposito huiusce rei attendamus. vult enim vt superior pars fracti ossis ad mentum: inferior sursum ad caput intendatur. E

De acuminatæ autem circa connexionem habentæ esse debent: ubi connectenda & alliganda capita earum sunt. 28

Angustiores esse habenas quodam modo iubet, sic vt sensim latitudo earum imminuat: quo deligatio effici firmior queat. Latiora enim extrema quamuis diligenter vinciantur, stabilitatem tamen non habent.

In agglutinatione id obseruandum, ut caro alutæ ad cutem aduertatur, ita enim agglutinabilior est. 29

Aluta è corio animalis conficitur: duplicēq; habet naturam, quæ enim eius pars extrinsecus est cum ambientī aeri exposita sit, densior & nervosior: quæ intus est, mollior & rarior euadit. huius est ipsius interioris partis id quod exteriori appropinquat, minus molle est ac minus rarum: quod vero, quæ cuti subiacent, iam attingit, id magis molle, & rarum & carnosum est. et propterea nūc caro alutæ ab Hippocrate vocatur: utq; ea parte fiat agglutinatio, præcipit. Cum enim mollior et rarior sit, ad hunc vsum quoq; esse accommodatiorē inquit. F

Postea intenta est hæc habena, magis tamen ea quæ est ad mentum, ne quæ maxime mala in specilli acumen abeat, supra verticem connectendæ utraq; sunt, deinde linteo circumducenda deligatio fronti est. 30

Reductis ad caput ægrotantis vtriusq; habenæ extremis, ibi supra verticem faciendam deligationem censet. Inferiorem vero magis intentam esse ea causa vult, ne maxilla, vt ipse inquit, *ἀποσμίλωνει*, quasi ne in specilli acumen abeat, dixeris, hoc est ne in acutum procidat.

Et superiectamentum adhibendum, sicut de more consuevit: ut deligatio firma permaneat. Decubitus postea in sanam malam homini faciendus est: sic tamen, ut non mala, sed capite innitatur, corpusq; ei usq; ad decimum diem attenuandum: deinde non tarde nutriendum est. Nam si primis diebus inflammatio non infestaret, uiginti diebus mala conferitur, penitus enim callo obducitur, quemadmodum cetera etiam rara ossa: nisi sideretur. Sed de siderationibus uniuersoriam ossium alia longa restat tractatio. Hæc distentio glutinamentis facta satis perdurat, et reseruari facile potest: & ad multas sepe directiones perquam utilis est. At medici qui non cum prudentia prompti manibus sunt, cum in alijs uulneribus, tum in malarum fractionibus sunt tales. Fractam enim malam uarie tam bene, quæ prauè deligant. G

Quod supra omnia extrinsecus iniicitur ligamentum, superiectamentum nominat: siue ex ijs, quæ fimbriæ appellantur, siue ex alijs similibus constet. Vocat autem fimbrias, id est *παράματρα*, sicut etiam nunc appellari consueuerunt, segmenta ea quæ indumentis ab ijs qui ea consuunt, detrahuntur & refecantur, utpote texturarum exordia, quæ sanè ob mollitiem ad hunc vsum maxime sunt accommodata. Siquis tamen his careat, similibus alijs uti potest.

Omni siquidem malæ ita fractæ deligatio ossa in fracturam inclinât magis, quæ in naturalem situm reducat. 32

Ita fractæ inquit maxime, id est caulatim & per transfuersum deligatio ossa magis in fracturam inclinât, quàm dirigat. propterea quod linteæ circum affectam partem nequeunt circumduci, sed ab exteriorē tantum parte iniiciuntur.

Si uero inferior mala circa compagem ad mentum diuisa fuerit, sola autem hæc compago in inferiore mala est, in superiore multæ. Sed nolo aberrare à proposito, in alijs enim morborum generibus de his dicendum erit. Si igitur compago ad mentum diffideat, reponere os cuiuslibet hominis est, quod enim eminent, ad motis digitis ab exteriorē parte introrsum propellendum: quod intrò inclinatur, iniectis digitis repellendum extrorsum est: id autem distentione prius adhibita sic ut distent ossa, faciendum. 33

Maxilla inferior ex duobus ossibus composita est ad summum mentum exacte inter se compaginatis: at superior ex multis constat, quæ coarticulatione inter se iuncta sunt. Huiusmodi tamen nominum subtilis obseruatio apud veteres non erat. Vnde est hic Hippocrates iuncturas ossium quæ superiorē maxillā constituunt, sub cōpaginationis seu cohærentiæ genus redegit, vni illi notæ attendens, quod nulla quæ sensui pateat motio, in huiusmodi ossium compositionibus existit. H

Facilius siquidem ita in naturalem situm redibunt, quàm si oppacta inter se ossa compellere quispiam conetur. Vbi autem in sedem collocata ossa fuerint, dentes hinc & inde, sicut dictum etiam prius est, inter se sunt alligandi, tum cerato & plagulis paucis & linteis medendum est. 34

Hoc in omnibus his commentarijs scitu dignum est, Hippocratis morem esse, vt quæcunque communia multis particularibus præcepta sunt, ea vbi in vno tradidit, vim rei postea declaret, quæ similibus omnibus communis sit. Quemadmodum nunc quoq; posteaquam prius extendendā inferiorem maxillam monuit, atq; ita conformandam: subiungit. Facilius siquidem ita in naturalem situm redibunt, quæ si oppacta inter se ossa compellere quispiam conetur. Ita enim dicendo cōmune esse hoc omnibus ossibus, quæ conformanda sunt, significauit.

Deligationem

A Deligationem uero breuem ac uariam maxime sedes hæc recipit, quippe cum licet æquilibris non sit, prope ad æquilibrium accedat.

Planè æquilibre membrum illud est, quod forma est cylindro quàm simillimum. Voco autem cylindrum non quo pueri ludunt: sed figuram eam qua columnarum scapi præditi sunt. cuiusmodi sanè exquilitate in nullo osse, in femore et brachio magis quàm in alijs reperitur. Inferioris enim maxillæ, non esse talem figuram perspicuum est. Vnde neq; æquilibrem eam esse inquit, sed prope accedere ad æquilibrum: propterea quòd dextra eius pars sinistra in omnibus similis, atque æqualis est, ut quod ex utriusq; ossibus est compositum æquilibre efficiatur, cum in neutram partem magis propèdeat. Maxilla autem varias deligationes admittit: sicut in deligationum exercitatione, quæ prima omnium est, iam didicistis.

36 At lintei circumuolutio facienda si dexterius mala excessit, in dextram: in dextram enim tunc fieri censetur, cum dextra manus deligationi præit. Sin altera, altero modo agenda fascia est. Ac si recte quidem reposita fuerit, & insuper ut debet, quæ uerit: & cito consanescit, & dentes illesos habet: sin minus, & tardius coit, & distorte: ut dentes lesi & inutilis efficiantur.

B Dicitur etiam superius est, in ucleribus, quæ labrum alterum hians atq; expansum habet, initio fasciæ post labrum illud iniecto circa id conuolutione faciendam sic, ut labra utraq; inter se applicentur. Hoc enim commune omnibus est, quæ in pristinum statum sunt restituenda. Ita igitur etiam nunc in maxilla seruandum hoc commune est, quod excedentem partem ad alteram constringat ac compellat. Id quod efficietur, si lintea alteri eam applicabunt. applicabunt uero, si cum dextra pars excessit, inde initio facto in sinistram: si cum sinistra est affecta, ab ea exorsi in dextram fasciam deduxerimus. Hippocrates uero, cum à dextra parte exordio sumpto in alteram linteorum deuolutionem facimus, huiusmodi deligationem in dextram uocat, non fasciæ deuolutione, sed manus ipsius ductione considerata. Nam si medicum ex aduerso ægrotanti stare consideres, quæ à dextra mala in sinistram fertur deligatio, dextræ manus: quæ à sinistra in dextram, sinistra ductione incipitur.

DE NARIBVS.

37 Si nares uero frangantur, fractionis modus unus non est.

C Ipse deinceps varios hos modos explicabit. Vel. n. pars aliqua earum frangitur, ita tamen ut continuitate seruata neq; deorsum delidant, neq; in alteram partem distorqueant. Vel sic ut alterum horum contingat. Atq; hæc uel in chartilagine, quæ in anteriore parte est, uel in reliqua ossea parte accidit.

38 Sed enim qui pulchras deligationes absque intellectu sectantur: cum in alijs multis, tum in naribus uel maxime aberrant.

Per dissimulationem pulchras deligationes appellat, non quæ re uera sint bonæ & pulchræ. Quæ enim huiusmodi uere sunt, id student, ut in naturalem sedem affectam partem restituant, sed ita eas uocat, quæ speciosæ uisum intuentium oblectant, quæ cuiusmodi sint, ex sequenti eius oratione perspicies.

39 Ex deligationibus enim hæc uaria maxime est, quippe quæ plurimas fascias, interruptionesq; & interceptiones cutis rhombales maxime uarias admittat. Sicut igitur dixi, qui stultam illam manuum promptitudinem ostentare student, fractas nares libenter curandas suscipiunt, ea causa ut deligent, sed uno tamen aut altero die & medicus, & æger lætatur. deinde cito (molestia enim gestatio est) qui deligatus est, fastidit: & satis medico est, quòd se uariam deligationem narium scire ostentarit. Huiusmodi uero deligatio contraria omnia quàm conueniebat, efficit, nam siue ex fractione defecerint nares, cum desuper magis quispiam comprimit, magis resimantur siue uel hæc uel illac distorte fuerint, aut circa chartilaginem aut superius, nullam ex huiusmodi deligatione utilitatem consequuntur: immo magis lædi consueuerunt.

40 Asciam, id est σκέπαρον, deligationem uocari, quæ à transuersa iniectio paululum declinat, superius diximus. Interruptiones uero distantias & interualla, quæ inter lintea sunt, uocat. At rhombales, quæ figura sunt æquilatera, sed non reatungula, ita enim rhombus ab Euclide definitur. didicisti autem inter fasciationes primam ferè omnium rhombum appellari, ex eo quòd tales præcipue figuras efficiat.

Non ita enim ex altera narium parte imponere plagulas congruet, tametsi neq; hoc qui deligant faciunt.

Nihil prodesse naribus ex fractione in latus distortis deligationem inquit. Nam quòd alicui uideri posset huic rei esse accommodatum, præstareq; auxilium, neq; id quicquam ualet. Præstare enim auxilium uidetur, si à latere in quòd inclinata fuerint, linteis obfirmantur. & tamen neq; hoc posse prodesse admodum asserit.

Proxime

Gal. in lib. Hipp. de articulis

Proxime uero resistere mihi deligatio uidetur, si uel in medijs naribus circa acutam partem circumsusa caro supra os fuerit: uel os quoq; non multum, sed paululum offensum sit. In his. n. nares calli superinducunt, ex eoq; asperiores aliquantulo euadunt. Sed neq; his tamen multo negotio indiget deligatio: si modo quippiam deligandum est. B
41

Proxime eò accedere ut utilitatem afferat, communis narium deligatio uideri posset, cum in medio vel confusio carnis contingit, uel os quoq; ipsum affectum aliquantulum est. quippe cum ex calli obductione eminentia quaedam nisi comprimatur, consequi solet: deligatio uero id prohibeat, atq; affectam partem comprimat. Sed neque his tamen deligatio necessaria est. studendum enim ut contusiones praecipue quidem absq; inflammatione conseruemus: & si inflammentur, quam citissime inflammationem finiamus. Nam increfcens callus nihil his deligationibus indiget.

Sed satis est si supra contusionem plagella cerato illita superimposita, deinde, sicut ex duobus initijs deligatio fit, ita linteo semel circumuoluamus. 42

Media linteae parte supra mediam narium partem iniecta non uolenter alterutrum ipsius initium post caput adductum, atq; inde ad frontem reductum ibi deligandum est. F
43

Optima tamen medicina est, ut farinae homotinae, elotae, tenacis, aqua subactae modico, huiusmodi uicia oblinamus.

Qui uerba Hippocratis explanare optime uidentur, hornotinum triticum, i. σπυρίδιον dictum esse ab eo inquit quod horno quasi hocno, i. σπυρες, quod Attici per τ utraque syllabas pronunciantes τήτες dicunt quasi τήτα. i. hoc anno, satum est: hoc est ueris tempore: quod & bimestre & a quadraginta dierum numero, quadragenarium nuncupatur. Sed ego tamen hornum seu hornotinum, i. σπυρίδιον, & in Coe, & apud oēs Asiae graecanicas nationes genus tritici esse noui: quod sicut paucos furfures habet, ita lentum ac tenax farinae subactum efficit. id quod maxime hic Hippocrates requirit, quoadmodum deinceps subiungit: ut si id non adsit, manna aut gummi lentoris causa immisceri iubeat. Seritur sane hoc uere ineunte, non secus atque illud quod bimestre, & ex hora anni praecipua hornum appellatur, cuius farinae subactum tenax maxime euadit, si ubi molitum triticum est, furfuracea omnis pars detrahatur. Id autem fit cum tenuibus cribris, tum si ante molituram praeluatur. Quoadmodum, n. hordeum quod decorticatur, corticem magis remittit, si rigatum fuerit: sic triticum. Sed quo pacto idem est rigare & eluere? Non est sane idem, nam apud oēs triticum in moletrinis antequam molatur, rigari consueuit. elui uero non apud oēs, sed in plerisque tantum Asiae urbibus solet. Magnos, n. filcos tenuibus uiminibus intextos habet, exiguis adeo foraminibus, ut puluerem et harenam transmittere possint: triticum contineant, in quos cum iniecerunt triticum, prius excutiant: deinde in aquam demittunt sic, ut totum demergatur, atque ita fit ut triticum & eluatur, & moderate et rigetur. cum, n. ex aqua extrahit filcus, maiore humoris parte decolata tamen tritico adheret, quantum ad molituram sufficit. Nam si exterior eius cortex extrinsecus rigatus non sit, ac madefactus, adeo granis inoleuit, ut sub mola tusus in minuta ramenta conterat. atque ita fieri non potest, quin dum cribro excutit, ex minutis illis furfuribus aliquid unum cum farina egrediatur. At si rigatio praecipue sit ut cum furfuraceum omnem excrementum grandiusculum remaneat, simul cum farina excuti nequeat. atque ita ex tritici madefactione farina purgator euadit. Huius igitur horni tritici interior, quae sub cortice est pars, quam quasi caro eius est, in farinam, ut dixi, redacta ac subacta, satis tenax efficitur. Quae autem inquit elotae farinae, id ita intelligendum existimarim, ut lotam farinam Hippocratem appellasse dicamus, quae ex purgato hoc modo, ac prius madefacto tritico effecta est. Nam si non ita intelligere quispiam uelit: restat, ut lotam farinam eam uocemus, quam aqua inspersam ac perfusam, atque in ea multifarie agitatam, deinde tantisper depositam, quoad quicquid superenatabat, defederit: tum aqua desuper dempta decoquimus. id quod facere in farre consueuimus. Sed repugnat hoc ei, quod subiungit. subigere enim aqua hanc farinam iubet. quod sane elixare ac decoquere dixisset, si ita faciendum censuisset. quae enim illo modo eluitur farina non subigitur: sed tantum elixatur. Unde etiam hoc quod dicit ex eo quod in hac ipsa supra posita oratione inquit, aqua subactae, id est περιφρμένον, intelligi magis potest. G
H

Siq; ex bono tritico est farina, ac ductilis: ea ad huiusmodi omnes usus adhibenda. Sin autem ductilis non admodum est: paululo mannae quam tenuissime trita atque aqua diluta subigenda est: aut gummi parum iniiciendum. Quibuscumque autem fractae sic nares sunt, ut deorsum atque in sinum inclinentur, si ex anteriore parte circa chartilaginem desident: fieri potest ut quod dirigit aliquid intus adijciatur. sin minus, digitis iniectis, si licet, excitanda omnia huiusmodi sunt. 44

Bonum triticum, hoc est ἀγαθόν, id quod optimum est uocat. Hanc enim appellationem veteres de omni re dicere consueuerunt, quae in proprio genere prima sit. Quin nunc etiam omnes qui circa panificium versantur, optimum esse triticum asserunt, quod densum substantia est. rarum enim & cassum sicut multum furfuris in se habet: ita subactam farinam lentam ac tenacem non facit. Ductilem autem tenacem ex eo, quod accidit, uocat. propterea quod uidelicet si intendamus in contrarias partes, ac distrahamus ex farina subactum non diuellitur: sed ducitur. quod uero lentum non ON

- A** non est ac tenax, in huiusmodi operationibus diuelli ac dirumpi cōsuevit. si enim diuellitur, quo modo sequi id manus intendentes ac ducentes asserere possumus: at si non sequitur, qui fieri potest, ut ductile esse demonstretur: nam quod diuelli nequit, sed continuum in longū ducitur, merito ductile appellari potest: perinde ac viscum, quod cum in contrarias partes manibus nostris distrahitur, quam longissime ducitur ac distenditur. Adde quod inde etiā tenax esse hoc subactū farinae velle Hippocratem, manifestum est: quod si huiusmodi non sit, mannam ipsi, aut gummi immisceri iubet. Manna autem thuris succussio ac pollen nuncupatur, quæ si non affuerit, thus ipsum, quod pinguius sit sumptum terere ad hunc vsum poteris. Ego porrò cum neq; thus neq; gummi suppeteret, liquidam resinam, quæ forte aderat, adhibui. Sed si hæc quoq; desit, melle vtendum est. Satius tamen est, si mannam aut gummi imponamus, quippe cum & mel & resina quodam modo calefaciant, id quod inter initia inutile est. Cum vero tempus iam processit, inflammationisq; reliquæ adhuc sunt, hæc alijs vttiliora euadunt. Sicut igitur antea exēpli causa alutē Ægyptiæ primum, deinde Carthaginensis mentionem fecit: ita etiā nūc hornotinum frumentū appellauit: perinde ac si dixisset, farina ea est vtendum, quæ subactum tenax, sicut hornotinum triticum, efficiat. Fortasse etiā hornotinum, id est *σπυρίδιον* triticum omne appellat, cui accidit, ut & densum sit, & subactum ex farina tenax ac lentum reddat: ut ex accidenti potius quàm ex aliqua peculiari specie nomen hoc habeat.

- 45 Si non licet, crassum sublinitorium non in anteriorem narium partem, sed qua desidunt, subiiciendum: extrinsecus uero hinc & inde comprehendendum digitis, simulq; comprimendum, ac compellendum sursum est. Quod si in anteriorem admodum partem sit fractura, potestq; aliquid, sicut iam dictum est, intra nares indi: concepta ex sudario lintamenta, aut tale aliquid linteo cinctum, aut potius carthaginensi pellicula circūsitum in accommodatam formam figurandum: ut inferi apte in locum queat. Si uero fractura ulterius sit, nihil adijci intus potest. nā si in anteriore parte molesta est gestatio, quomodo interius non erit? Primum igitur & intrinsecus conformandum, & extrinsecus, in sedēq; pristinam restituendum, & dirigendum nihil parcendo est. Valde enim nares fractæ præcipue quidem eodem die, sin minus, paulo post reformari queūt. Sed ignaue agunt medici, & leuius primum, q̄ oporteat, rem aggrediuntur. Oportet enim ut subiectis hinc & inde digitis pro narium natura q̄ infime ab inferiori compellat, atq; ita maxime simul extrinsecus dirigendo excitet. Deinde nullus alius medicus ad hæc eiusmodi est, si studere ac tolerare uult, ut digiti ipsius indices, hi enim naturali narium sinui præcipue sunt accommodati. Debet enim utrisq; his digitis subiectis p totas nares, atq; in eas firmatis, quiete ita se habere, maxime quidem, si fieri potest, semper, quoad os cōfirmetur: sin minus, diutissime, sicut dictum est. Sed si ipse nequit, uel puer, uel mulier (molles enim manus esse debent) id præstent. Ita enim nares, si non distortæ, sed in inferiorem partem depressæ æquabiliter sint, q̄ optime curantur. & ego quidem nullas unquā nares uidi hoc modo fractas, quæ, si quis recte mederi uelit, & statim antequā callus increuerit, compellat: restitui non potuerint. Verum homines si deformes fiant, magni quidem pendunt: studere tamen ac laborare nisi aut dolore afficiantur, aut mortem timeant, neq; sciunt, neq; patiuntur, cum tamen nares breui tempore occallefcāt. decem enim diebus, nisi siderentur, confirmari solent. Quibuscumq; aut os à latere frangitur, medela eadem adhibetur: directio uero non æquabiliter utrinq; facienda est, sed quod inclinatum est, in naturalem statum extrinsecus compellendum: et quod intro incidit atq; illapsum est in nares coniectis digitis intergendo atq; intrestando celeriter dirigendum, quoad bene restituitur, certoq; id sciendum, nisi mature succurramus, fieri non posse quin distortus nasus remaneat. Vbi in naturalem situm omnia redacta fuerint, in locum quò prominentia excesserat, uel pluribus uel uno tantum digito applicato cobibere uel ipse, uel aliquis alius debet, quoad fractura fuerit corroborata, quin & paruo digito intus adiecto aliter atque aliter repellendo quæ inclinata sunt, dirigere oportet. Quicquid uero inflammationis subest, id farinae subacto curandum est, nibilo minus tamen licet id impositum sit, digitis pari modo est applicandum. Quod si ad chartilaginem in lateribus fractæ sint nares, summum nasum detortum effici necesse est. debetq; his in summam narem directoriū aliquod ex antedictis, uel quod conuenire uideatur, inferi. multa etenim ad hūc usum interuenire idonea quispiam poterit: quæ neq; odorem habeant, neq; alioqui mitia sint. Ego sanè pulmonis ouilli frustulum quoddam resectū (id enim forte aderat) immisi. Nam spongiæ inditæ humectationes excipere consueuerunt.
- C** Si fieri non possit, inquit, ut digiti iniicerentur, sublinitorio vtendum est. ita autem appellat, ut superius dixi, instrumenta omnia ad sublinendum idonea: cuiusmodi sunt specilla, et spatularia, & nucleata, quæ in summo rotunda capitula habent. Sed sicut in deurenda ala tenuissimis sublinitorijs erat opus: ita nunc crassa sint, necesse est, quippe cum digitos ad eundem vsum, quando licet, intra nares iniicere consueuerimus: quibus fractas narium partes, conformamus, & componimus. Quo modo uero uti sublinitorio debeamus, manifeste ipse docet: cum non in anteriore partem narium, sed qua maxime delapsa est fractio, eò subiiciendum esse moneat. id siquidem est quod molitione maxime indiget, ut sublatum in naturalem sedem restituatur. neq; enim conformare & componere quippiam aliud possumus, nisi propriam vniciq; sedem restituerimus. Reliqua huius orationis perspicua sunt.
- D** Postea ex Carthaginensis alutæ tergoe pollicaris latitudinis habena incisa extrinsecus ad narem inclinatam agglutinanda est: deinde quatenus conueniat, intendenda, immo parum intendi debet, quoad uidelicet erectus & abstractus

- 46 Postea ex Carthaginensis alutæ tergoe pollicaris latitudinis habena incisa extrinsecus ad narem inclinatam agglutinanda est: deinde quatenus conueniat, intendenda, immo parum intendi debet, quoad uidelicet erectus & abstractus

Etus nasus sit, infra præterea aurem traducta (longa enim sit necesse est) & circa caput reducta ad frontem quidem agglutinari sine suo potest. potest etiam longius duci, sic ut capiti circumacta deligetur, id quod simul & iustam deligationem affert: & reserabile præterea est, ut maiorem, si uelit quispiam, uel minorem narium repensionem facere possit. Nam quibus in latus nares franguntur: reliqua medicina, sicut dictum est, adhiberi debet: plerumque tamen opus est, ut habena hac repensionis & retractionis causa summe nari agglutinetur. At si fractioni uulnus quoque cutis accessit, turbati ob id nihil debemus: sed picatum ceratum imponendum, uel aliquod quod cruentis uulneribus est accommodatum: consanabilia enim hæc sunt. Simili modo si ossa recessura sunt: & directio prima illa celeriter nihil omittendo facienda est, & digitis postea laxius quidem, sed tamen dirigendum, nihil enim ex toto corpore est, quod facilius confingi quam nares, queat. Habendarum uero agglutinatione, & in contrarium inclinatione nihil obstat quo minus uti ualeamus: siue ulcus, siue inflammatio adsit: molestiam enim nullam afferunt.



A. HABENA NARI INCLINATE
ET FRONTI AGGLUTINATA

Dum inquit abstractum, id est ἀπαρτην, totam illam intelligit in diuersa extensionem, & quasi directionem nasi distorti, quæ per agglutinationem fit, cum in contrariam partem retrahit, sed hoc sanè mihi experièti, imbecillum visum est. Nam quod agglutinatur, si uehementius intendas, resoluitur: si mediocriter, nihil quod alii cuius momenti sit, efficit.

DE AURE.

At uero auri fractæ deligatio omnis inimica est, non enim ita laxè circuire quispiam potest: & si magis cõprimas, maius malum efficies. quippe cum sanè quoque auri dolorè, & pulsationè, & febrè cõpressa deligatio afferat.

Solutio ac diuisio continui in carne quidem ulcus, in osse fractura nuncupatur. in chartilagine uero, quia proprium nomen non habet, Hippocrates fracturæ appellatione quoque utitur.

Quin & cataplasmata pessima quidem ea sunt que sunt grauissima: sed & pleraque alia praua sunt, et abscessum prouocant: & tum mucositatem ampliorem, tum suppurationes molestas mouent: quibus sanè ad aurem fractam minime est opus.

illis quæ in libris de curandæ ratione demonstrauimus, particularia omnia consentiunt. Nã etiam nunc cataplasmatibus offendit aurem, inquit Hippocrates, quæ admodum experimento est deprehenditur. Exiccari enim admodum eam uult,

cum & sicillima natura prædita sit, & ex cute constet. Quodcumque autem membrum quanto est siccius, tanto magis exiccantem curationem postulare manifestum est.

Proxime tamen, si modo imponi quippiam debet, lentum ex farina subactum accedit: sed neque id pondus habere oportet, tangere uero quam minimum confert. Bonum siquidem interdum medicamentum est, si & auri, & alijs multis medicamentum non adhibeamus. Indormitio præterea cauenda: corpusque attenuandum: atque id ei magis, cui, ne suppuret auris, periculum est. Meliusque est ut aluius molliatur.

Proxime inquit, eò accedit ne noceat farina subacta tenax: eo quod alijs exiccet magis. Dictum à nobis superius est, quale sit hoc tenax farinæ subactum, quod inquit, ubi de illinendis atque inducendis naribus loquebatur. Simillimum huic cataplasma, qui in palæstra uersantur, ex farre conficere consueuerunt. far enim aceto maceratum quoad intumescat, postea terunt.

Quòd si facilis ad uomendum sit, uomitus ciendus ex tractu est.

Tractus, id est στυγαῖσ μοι, mediocres purgationes siue per aluum, siue per uomitum fierent, à veteribus vocabantur. Ex his nunc aliquam adhibendam censet: sed multa sunt, quæ id efficiant. mel per se copiosius sumptum, aqua mulla meracior, succus ptissanæ ex aqua decoctus, & per se, & cum melle, atque his magis raphanorum & bulbi narcissi succus. Quod autem maiorem omnibus his vim habet, neque tamen lentum est, est cum surculis ueratri albi in raphanos infixis raphanos ipsos postero die uel solos, uel ex aceto mulso comedendos exhibemus.

Si ad pus deuenerit, cito quidem aperiri non debet, quippe cum multa sint, quæ licet suppurare uideantur, etiam si cataplasma aliquod nondum imposuerit quispiam, resorbentur.

Cautio hæc auri ob subiectam chartilaginem adhibetur. Nam si incisa cito non coeat & cõglutinetur,

A tinetur, periculum est ne chartilago impinguetur. Resorbetur autem inquit, i. absumitur & discutit, quod colligitur ibi pus, aliquando simplicibus & leuibus medicamentis extrinsecus impositis, quae siccandi absque morisione vim habent, cuiusmodi est cochleae mucositas cum thure: siquidem opus vehementiore exsiccatione est, cum aloe, aut myrrha, aut vtriusque, mel item illitum. Sed vnumquodque quidem ex his diligenter detritum atque impositum exsiccat. Thus vero, & aloe, & myrrha morisione carent.

52 Si uero aperire quis cogatur, citissime quidem consanescit, si in ulteriorem partem deusserit. Sciendum tamen certo est si in ulteriorem partem deurratur auris, maneam eam, atque altera minorem futuram.

Cum in deustione non parua & chartilaginis, & quae ipsam circumit, cutis pars absumpta sit: ut manca & contracta, & minor altera auris euadat, necessario fit. Ad hoc tamen difficultate sanescendi in chartilagine formidata aliquando deueniendum esse consulit. Chartilago enim si denu data sit, cicatricem non obducit, praecipue cum paucis aliquibus diebus inueterauit: neque posteaquam incisa est, statim cutis coeunt, & conglutinata est.

53 Si non in ulteriorem partem adustio fiat, incidendum non admodum parua incisione suspensa est.

B Ne quicquam puris remaneat, laedaturque chartilago, fieri satis magnam incisionem iubet.

54 Sub crassiore enim loco pus reperitur, quae quispiam opinaretur.

In dignotione puris qui sub cute subest, quaedam deceptio istis qui incidunt, occurrit: ut & multum esse id, & attenuatam esse cutem opinentur, qui quo modo hoc errore inuoluantur, sequentibus verbis declarat Hippocrates.

55 Atque, ut summam dicam, caetera quoque omnia mucosa, mucosaque gignentia, quippe cum lenta sint, si contrectentur: celeriter sub digitis haec & illac illabuntur. Ac propterea medici sub crassiore loco talia inueniunt, quae existiment.

In dignoscendis partibus, quae suppurant, cum moderate tactui affectus locus cedit: in eo si diuidatur, pus subesse deprehenditur. Quodcumque igitur in qualibet alia parte eandem cessionem inuenerint: eodem modo, ut ea quae prius viderant, suppurasse existimantes, ad incidendum deueniunt: atque aberrant. Interdumque dupliciter peccant: sic ut & nullum omnino pus inueniant, & sub multo crassiore loco quam opinabantur, talia sint. Saepe enim fit, ut quae mucosum humorem in se habent, medicis propterea suppurasse videantur: quia huiusmodi humores, ut ipse inquit, cum attrectantur, cito a digitis sublabuntur, & circumfluunt, colligi autem circa chartilagine, tendones, neruos, copulas solent, quemadmodum ipse deinceps declarat.

56 Nam & gangiliosa quaecumque fluida sunt, & mucosam carnem habent, aperiunt nonnulli inuenturos se intus humorem opinati. Atque ita quidem medici sententia fallitur: sed nullum tamen ex apertione nocumentum euenit. Quaecumque uero aquosa loca sint, aut mucus repleta, qualibus item in locis singula si aperiuntur, uel mortem, uel lesiones diuersas afferant: alibi a nobis scribetur.

Circa chartilagine enim & neruos huiusmodi gangilia concretiones quaedam & contortiones sunt, quae ex lento & mucoso humore existunt: cuiusmodi proprium neruorum alimentum est.

57 Cum igitur aurem incidetis, omni cataplasmate, omnique linamento abstinendum est, sed uel istius medicamentis quae cruentis accommodata sunt, uel aliquo alio est curandum: quae neque pondus, neque laborem exhibeat.

D Quia siccum membrum est auris, propterea exiccantibus medicamentis indiget, non tamen supra modum exiccantia esse debent, cum statim post incisionem imponuntur, laborem, n. absque ulla mitigatione afferunt. sed neque multitudine eorum quae imponuntur, grauanda auris est. Nam praeterquam quod pondere eo dolore afficiuntur aures, simul etiam nocuum. Optimum igitur est, ut posteaquam cutem aperuerimus, medicamenta mediocriter exiccantia adhibeamus: cuiusmodi sunt, quae cruenta appellantur. Emplastra enim humores superuacuos, praecipue eos qui lenti & crassi sunt, includunt, & molliunt.

58 Nam si chartilago denudari inceperit, subsidentiaque habuerit purulenta, & mucosa, molestum.

Addendum orationi huic est humorum, quod uerbum nonnulli est ascribunt: ut lectio huiusmodi euadat. Nam si chartilago denudari inceperit, subsidentiaque humorum habuerit &c. Vocat autem hic subsidentia, cum uidelicet humores qui excernendi erant, hoc est pus, et mucosus succus, substat, ac resident. Molestum inquit est, i. dolorem affert, id quod cum chartilago laedit, euenire conspicimus.

59 At hoc etiam ex illis curationibus euenit. Omnibus uero recrudescentibus deustio in ulteriorem partem presentissimum remedium est.

Quas curationes damnat: eas sane de quibus paulo superius mentionem fecit, cum abstinendum a cataplasmatibus & linamentis, pondusque, & dolorem afferentibus moneret.

Galenus

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE
ARTICVLIS COMMENTARIORVM
LIBER TERTIVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

*Luxationes, ac reliquas noxas quæ manu curantur, absoluit,
cum spina, costæ, aut femur patitur.*

Vertebrae autem spinae.



Non quod in alia corporis parte vertebrae sint, ideo dixit vertebrae spinae (omnium enim vertebrarum, quos σπονδυλούς vocat, structura, spina appellatur) sed quasi ita dixisset: vertebrae autem, quibus proprium est ut in spina existant. Nonnulli tamen ex recentioribus medicis non totam vertebrarum structuram spinam appellandam censent, sed circa thoracem tantum & lumbos, ad quorum sententiam videtur nunc Hippocrates de vertebrae loqui, quæ ad lumbos & dorsum, non ad collum sunt. A nobis autem exacte tota vertebrarum constructio in introductione de ossibus explicata est: in qua eum esse exercendum censeui, qui commentarijs his studium esset adhibiturus: ubi sigillatim quale vnumquodque os esset, præcipue quidem in ipsis hominum aridis cadaueribus, quæ σκελετὰ appellant: sin minus, in simijs certe diligenter inspexerit.

Quibuscumque ex morbis in gibberum trahuntur.

Distortionem spinæ in posteriorem partem gibberositas, in anteriorem repanditas, in latus obstipitas appellatur: primam κύφωσιν, alteram λόρδωσιν, tertiam σκολίωσιν græci vocant. Eam sane quæ in posteriorem partem fit: quam etiam κύρτωσιν, id est incuruationem, nominant, ex panis & tuberculis immaturis in spina exortis magnis & duris & diuturnis existere nonnulli opinantur, à quibus in posteriorem partem vertebrae propellantur: neque intelligunt, fieri nullo modo posse, ut panis sibi subiectas vertebrae grauent, siue supini iaceamus, siue recti stemus, siue sedeamus, siue in latus recumbamus. Absurdum præterea est, ut in tantam gravitatem, aut duritiem venisse panos existimemus, ut ossibus grauioribus & durioribus euaserint, nam ex immaturis panis & tuberculis spinæ distortionem in anteriorem partem fieri, ipse paulo post Hippocrates dicit. Sed neque hoc tantum aduertendum eis est qui librum hunc explanant: verum et illud, quod in proposito hac oratione dicitur: in gibberum trahuntur: cum impelluntur dicere potuisset: si sicut isti voluit, intelligendum censuisset. Dicere enim vertebrae, quæ in posteriorem partem promouentur: à morbis trahi in priorem, absurdum est, id siquidem de repandis, non de gibberositas fuerat dicendum. Quid igitur & verum sit, & Hippocrati consentaneum, conabor explicare. Ipsa porro vertebrarum ossa propria sua ratione neque à panis subuertuntur, neque trahuntur: sed corporum, quæ ipsas inter se colligant, prima hæc affectio est. Nam cum panus in vertebrae natus in interiorē aut anteriorem partem (utroque enim modo vocant) sustollitur, & augetur: necesse est, ut copule vertebrarum panos: copulas vertebrae ipsæ consequantur. Si igitur in vna tantum spinæ parte ortus sit panus, cum ea pars subsidat atque introrsum trahatur: spinæ vertebrae repandæ euadunt. Sin duas partes spinæ panis occuparint, sic ut medium aliquod spatium integrum atque illæsum intercipiatur: gibberositas, nam cum vterque panus ad se adherentem vertebrae trahat, mediæ interceptæ in posteriorem partem incuruantur. Id quod euenire manifeste conspiciere in omnibus potes, quæcumque inflecti mediocriter queunt: cuiusmodi sunt & virides virgæ, & calami scriptorij plerique. Si enim altero horum extremo capite manus dextræ, altero sinistrae manus digitis apprehenso inter se in contrarium contrahas: conflecti & incuruari mediæ partem videbis. Sed neque obstipitas alia causa existit, nam ea quoque, cum durus aliquis & incoctus panus in aliqua parte à latere spinæ concreuerit, fieri consuevit. Tria enim hæc vitia ex vertebrarum exturbatione contingunt: gibberositas, repanditas, & obstipitas. cum retro abeunt, gibberositas: cum intro, repanditas: cum in latus torquentur, obstipitas. Præter hæc quartum vertebrarum vitium accedit, cum dimotæ quidem iuncturæ ac compages sunt: sed vertebrae tamen in sede sua permanent. quassationem hanc appellant.

Pleraque quidem fieri non potest ut soluantur: sed illa præterea quæcumque supra septi annexionem curuantur in gibberum.

Reliqua etiam, inquit, circa spinam vitia solui difficulter queunt: sed præcipue illa quæ supra septi annexionem curuantur in gibberum, id est in vertebra ad thoracem. Nam uti Hippocrates solere hac voce præterea quod græce ποτι dicit, pro præcipue & maxime, statim in principio huius libri manifestum est, ubi inquit: Breuis enim ut plurimum melior ac solidior, quam alta herba est: & præterea etiam prius quam alta fatiscat in frugem. Cur autem panis, qui circa thoracis partem

A tem oriuntur, dissolui præcipue nequeant: ex sequenti oratione cognosces.

4 *Quæ uero infra sunt, nonnulla superuenientes in cruribus uarices soluant: magis illæ quæ in uena poplitis existunt, soluant autem gibberum quibuscumq; contigit, sed & in uena inguinis uarices existunt.*

Nonnulla, inquit, mala quæ infra thoracem exorta sunt, ad lumbos uidelicet, à varicibus & torminibus solunt. cum uidelicet humores quæ ipsa efficiebant, primum in maximam venam, quæ spinæ adhæret: deinde in ramos eius in cruribus descendit. Circa thoracem uero nulla huiusmodi uena est, quæ humores prauos excipere valeat. vna enim est quæ ex utraq; parte ad costas octo fertur. duæ item aliæ paruæ ad reliquas tendunt, utrinq; altera. Cum igitur omnes hæ in thoracem discendant, & dispergantur, si ex panis humor aliquis in eas transferatur, exinaniri non potest: quin etiam ut excipiat, difficile est. quippe cum qui dura & cruda gignunt humores, lenti & crassi sint: ut non facile in angustas & paruas uenas trāsire valeant. At quæ ad lumbum est uena, cum latissima sit, omnibusq; inferioribus sanguinem suppeditet, crassos hos ac lentos humores ubi excipit, si valida in affectis membris ad expellenda excrementa vis superest, in alias huc pertinētes uenas eos deponit, ex quibus si crassi admodum sint, statim quæ in inguine est: si mediocres, quæ in poplite, dilatatur, ac varicatur. Vbi primum enim ex crassitudine & lentore obstructi sistunt, ibi uenam dilatant, ac distendunt. Nam qui absq; huiusmodi causa in cruribus uarices habent, ijs uidere licet uenas pro ratione crassitudinis humoris dilatari: in crassissimis, latissimas, cuiusmodi sunt uenæ inguinis: in minus crassis, minus latas, sicut uenæ poplitis sunt. Aliquā enim maioribus atq; amplioribus alimentis refertæ atq; obstructæ in malum id incidunt. aliquādo in inferiores, quæ angustiores sunt, delabuntur. In varicibus autem crassus prorsus sanguis est: cum ex melancholicis sæpe, ex alijs interdum crudis & crassis humoribus affectio hæc existat.

5 *Quibusdam etiam tormina diuturna uitium hoc iam dissoluerunt.*

Cum in intestina horum præter naturam humorum transitus fit, intestinorum difficultas & tormina, quam *δυσεντερίαν* uocant, contingunt. cum acrimonia humorum confluentium radantur intestina, suppurantibus iam panis: non enim aliter erumpere ob crassitudinem in intestina potuissent. Suppurationes siquidem sicut crassos humores attenuant: ita etiam naturam in affectis membris ad humores qui continentur, iam molestantes excernendos excitant.

6 *At quibus, dum adhuc pueri sunt, prius q̄ corpus integre adoleuerit, spina in gibberum incuruatur: ijs corpus ad spinam augeri non solet: sed cum crura & brachia ad perfectam auctiōnem deueniant, illa exiliora euadunt.*

C Nihil mirum esse debet, si spina in huiusmodi affectionibus auctiōne priuetur: sicut de luxationibus antea audiuius, cum de ijs quibus fieri non potuerit repositio, loquebatur. nam & ex distorsione receptaculorum, & ex motione quæ difficulter fit, & ex labore quem in talibus morbis subit natura, minus q̄ antea huiusmodi membra alantur, necesse est. At ijs qui adhuc adolefcunt, auctiō ipsa circa spinam impeditur. nam quæ longius ab affecta parte absunt, ut brachia & crura, nullam læsionem prorsus sentiunt. quippe cum non totum corpus, sed uiciniores tantum partes contagione mali huius afficiantur.

7 *Quibuscumq; etiā supra septum gibber contigit: ijs & costæ in latitudinem augeri non consueuerunt, sed in anteriorem partem: & pectus non latum est, sed in acutum prodit: anhelisq; ipsi, & suspiriosi fiunt. eo q̄ uentriculi qui spiritum & excipiunt, & reddunt: minori amplitudine præditi sunt.*

D De ijs adhuc loquitur qui in adolente ætate sunt: de quibus dixit, quæ circa spinam sunt non solere augeri. Cum igitur in uertebis ad thoracem gibber extitit, partes eæ in longitudinem maxime non augentur: atq; ob id cum in gibbere in posteriorē partem uertebre recesserint, angustum ijs & acutum thoracem fieri necesse est: interioresq; in eo uentriculos qui spiritum excipiunt, minores euadere: ut corpus cum sit respiratio, pauciore spiritu q̄ par erat, refocilletur. Dicitum autem in tractatione de anhelatione est, necesse esse ut cum minor q̄ opus esset, inspiratio fit: secunda breuioris temporis mora post subsequatur, quam si prior naturali modo fuisset producta. breuior uero temporis mora frequentem anhelitum facit: atq; inde ea difficultatis spirandi species efficitur, quæ paucitate & frequentia constat: suspiriosisq; euadunt ex angustia partium quæ circa fauces, & asperam arteriam sunt. Quam quidem angustiam illud quoq; magis coarctat, de quo in sequenti oratione nunc docet.

8 *Coguntur etiam ceruicem ad magnam uertebam repadam habere: ut caput his prociduum minime sit, id quod multam quoq; angustiam faucibus præbet, cum in anteriorem partem inclinatur. Nam etiam ijs qui natura recti sunt, hoc os, si in anteriorem partem uergat, anhelationem eonsq; facit, quoad fuerit repressum. Ex huiusmodi igitur figuratiōe homines hi magis q̄ qui sani sunt, gutturosi apparent.*

Cum uertebre circa thoracem in gibberositate in posteriorem partem excedant, totum collum è contrariō in anteriorem partem proclinari necesse est, & cum ipso caput quoq; quod è

Septima Classis.

MMMMMMMM

directio

directo superiacet: vt gibberosis eo habitu deambulandum esset, quo nos solemus, cum nutando toto collo vnâ cum spina conflexo & in posteriorem partem incuruato deorsum in terram despiciamus. Sed ne ita ipsis eueniat, collum retro coguntur recuruare. qua in re parum vertebræ eius, vtpote minima motione præditæ conferunt. vnde vbi motum alicuius momenti nanciscuntur, ibi quæ plurimum reclinantur. nanciscuntur autem eum in priorum duarum vertebrarum dearticulatione, qua inter se, & cum capite connectuntur. Quæ igitur figuratio in sanis & illæsis in capitis dearticulatione existit, cum caput retro flectunt: eadem in gibberosis cernitur, cum eriguntur. Et sanè quemadmodum qui naturaliter affecti sunt, retro caput resupinando: ita gibberosi in rectum id intendendo, gutturosi efficiunt. Gutturosos autem. i. ἐξ ἐχέβρογχοῦς, quali guttureminulos dicas, eos vocat qui prominentia in anteriorem partem guttura habent. Guttur, n. id est βρογχόν, vel totam asperam arteriam nominat, vel fauces duntaxat. Atq; hoc est quod suspiriosam respirationem maxime facit, quippe cum si quis etiam huiusmodi figuratiõe dormiat, stertere ei maxime contingat. Iccirco, n. dixit/nam etiam ijs qui natura recti sunt/hoc os si in anteriorem partem vergat, anhelationem eousq; facit, quoad fuerit repressum/hoc os, inquit, dum ad id videlicet refert, quod in principio horum verborum ait, in hunc modum/cogunt etiam ad magnam vertebræ cervicem repandam habere/Ex quo conijcere potest quispiã magnã vertebræ secundã ab eo appellari: quæ & in priorẽ partẽ procedere, & retro rursus reprimi potest. nã eandem partem & priorem & interiorẽ appellare manifestum est. Prior, n. est, cum à posteriore parte eò vertebra deferat: interior, cum in pfunditatẽ corporis tendat. siue ad eam quæ intrinsecus est, siue ad posteriorem superficiem spectemus.

Panis duris & crudis obnoxij ut plurimum circa pulmonem huiusmodi sunt, nam gibberositatis occasio & contentio plerisq; ex talibus contortionibus existit: quarum vicini tenores participes sunt. 9

Quibus supra septum est gibberositas, ijs circa pulmonem panos & tubercula plerunq; fieri inquit. nam quibus ad lumbos est gibber, ibidem quoq; esse tubercula manifestum est. Dixit autem vt plurimum/propterea qd ex casu quoq; & percussioẽ gibberatur spina: non secus ac repanditur, & obstitatur. Cum vero ait/nam gibberositatis occasio & contentio plerisq; ex talibus contortionibus existit/eandem sententiam significat, quam in principio protulit, cum dixit: vertebræ spinæ quibuscunq; ex morbis in gibberum trahuntur. Quod autem hic dictum est/quarum vicini tenores participes sunt/de neruis dorli & vertebrarum intelligitur. Ego etiam superius causas retuli in copulas vertebrarum, quæ tractæ secum vertebrae quoq; ipsas attraherent. Non enim puto neruos qui à dorli medulla exoriunt, dum trahuntur à tuberculis, secum trahere vertebrae posse: cū ob exiguitatẽ, & mollitudinẽ longe sint imbecilliores, q̄ habere tales vires queant, vnde etiã neq; ex ossibus, sicut copulæ exortū habent. copulæ, n. & validiores, & tenoribus, id est neruis crassioribus continuatę sunt. hi autem vbi cū tuberculis cõmunicant, attrahere vertebrae valent.

At quibus infra septum gibber est, eorum nonnullis morbi renum & vesicæ superueniunt, quin & abscessus ad suppurationem circa ilia & inguina diuturni, & sanati difficiles: quorum neutri gibberositatem emendant. 10

Ex contagione videlicet huiusmodi morbi eueniunt. Contagione enim afficiuntur cognata & proxima, quæ, dum superius dixit/vicini/significauit: & communia quæ nimirum maxime communicant. Torminoli sanè fluxus, & varices cum ex secessu humorum qui tubercula pariebant, gignuntur, gibberositatem curant. At morbi qui ex communicatione contagioneq; existunt, pristina mala non tollunt.

Coxæ his graciliores euadunt, q̄ quibus gibber superius contigit. 11

Gibberosi circa lumbum graciliores habent coxas, quàm qui circa thoracem ita affecti sunt. ex quo patet, eis quoq; qui circa thoracem idem patiuntur, coxas, quatenus cum spina communicationem habent, mediocriter graciles euadere.

Vniuersa tamen spina, q̄ illis, longior. 12

Illis qui nondū ætate integri & adulti sunt, præterq; qd non aluntur & gracilescunt affectæ partes, etiam absq; auctione, sicut superius dictū est, remanent. Nunc vero differentiã aliam, non ab ætate illam qdem, sed ab affectis mēbris sumptam tradit. Quanto enim superius iuxta originem suam spina patit, tanto minus augetur: eo qd à superiori parte & exortum & augmentū accipit.

Pubes vero & barba & tardior & imperfectior. Adde qd infecundiores quoq; hi efficiuntur, q̄ qui superius gibberum habent. 13

Ad cõmunem contagionis rationem ex locorum natura differentia accedit. Communis ratio siquidem est, vt affectis partibus vicina contagione afficiantur. Propria vero illa: vt si contingat malum vbi respirationis mēbra sunt, qui id patiunt, anhelatiores & suspiriosi fiant: si infra septum accidat, tardior ijs pubes oriatur, ex hoc etiam nocumentum circa barbam consequi solet.

At qui

14 At qui corpore iam adulto sunt, ijs si gibber contingit, gibberositas propalam morbi, qui tunc adest, iudicationem facit, per tempus tamen aliquod eadem quæ & in alijs uel magis uel minus præ se fert. Minus uero maligne ut plurimum talia existunt.

Propalam, id græce est ἀπατικρῶν, quod apud alios contra & è regione significat: hic uero pro ex aperto & palam positum est. quod nonnulli alij ueteres ἀντικρῶς dicere consueuerunt. Ex aperto igitur, inquit, & ita ferè ut sensu percipiatur, iudicationem, id est solutionem & liberationem morbi antecedentis affert gibberositas: uideturq; profus sublata fuisse affectio: subsistant tamen pauca quædam reliquæ & ex erroribus in victu, & ex externarum rerum occur-
su contractæ.

15 Ac multi quidem sunt, qui facile & salubriter gibberositatem usq; ad senectutem iam tulerunt; atq; ij præcipue, quibus in carnosum & pingue conuersum corpus fuerit. Pauci tamen etiam ex huiusmodi supra sexaginta annos uixerunt; pleriq; breuioris uitæ sunt.

Ob naturæ robur, maliq; mediocritatem, quin etiam ob totam victus rationem, qua ille qui affectus est, utitur: gibberositatem usq; ad senectutem nonnulli salubriter tulerunt.

16 Nonnullis etiam in latus uel hac uel illac uertebrae obliquantur. sed omnia aut pleraq; huiusmodi ex contortionibus in interiorem partem spinæ contingunt.

De obstipitate superius iam dixi, quod fiat, cum à latere ex altera parte consistit panus, & uertebularum copulas ad se attrahit. Hoc etiam Hippocrates per neruos, quos tenores uocat, fieri asserit.

17 Quibusdam uero unà cum morbo figurationes quoq; ad hoc conducunt, in quas cubare consueuerunt.

Partim quia in humiliorem locum magis confluunt humores: partim quia pars ea in quam cubat aliquis, magis comprimitur: fit, ut ad gibberi generationem figuratio faciat. Prima tamen & præcipua panorum, aliorumq; morborum causa membri imbecillitas est: quippe cum in huiusmodi membra confluere excrementa demonstratum sit.

18 Sed de his in diuturnis pulmonis morbis dicitur: ibi enim de ijs quæ sunt euentura, pulcherrimæ prænotiones sunt.

C Multa quoq; alia, quæ nunc non extant, hoc in libro scripturum se esse promisit: quæ fortasse uel omnino non scripsit: uel si scripsit, seruata hucusq; non sunt. Quemadmodum multi alij etiã ueterum libri perierunt: de quorum interitu à plerisq; scriptis traditum est. De longinquis quidem pulmonis morbis dicta sanè multa sunt tum in maiori libro de affectionibus, cuius principium hoc est: Si pulmonis arteria uulnerata sit: tum in primo de morbis, qui non recte est inscriptus, qui ita incipit: Qui de curatione uult recte & interrogare, & si interrogetur, rñdere, in neutro tamen horum ea quæ nunc pollicitus est, perfecte definita reperiuntur.

19 At enim quibus ex casu spina gibberatur: ijs pauca fuerunt corroborata sic, ut directa fuerint.

Hactenus de spinæ absq; externa causa distortionem scripsit. Quæcūq; hinc sequuntur, omnia de ijs agunt, qui ex casu aliquo aut icu læsionem in uertebriis patiuntur: suntq; pleraq; manifesta: nisi ubi prætermittam causam adiungere opus est, quemadmodum nunc; cur uidelicet pauca spinæ subluxationes dirigi atq; emendari queant. Cum enim posset id nunc explicare, in sequentibus declarat: quia scilicet cardinatim uertebrae structæ inter se sunt: ut quando una ex ipsis quocunq; modo ex dearticulatione exciderit, reponere difficillimum sit: cum multi processus, multæq; cavitates in unaquaq; sint. Hoc enim uel visu ipso in ossibus didicistis.

D Nam quæ per scalam sunt, extensiones, nihil, quod ego quidem nouerim, direxerunt. Ea enim maxime medici istituntur, qui uulgi imperiti auram affectant. Apud eiusmodi enim homines admiratione digna hæc sunt, si pendere aliquem, aut deijci, aut simile aliquid uiderint: hæc semper celebrant, quicquid uero ex gratia hac euaserit, siue id bonum, siue malum sit, nihil curant. Medici tamen qui hæc tractant, rudes sunt & imperiti, quos ego quidem noui. Nam commentum uetus est, ac laudo ego sanè uehementer cum qui primum excogitauit, tum hoc, tum aliud quodlibet machinamentum, quod secundum naturam inuētum sit, nihil enim despero fore, quin si recte id quispiam præparauerit, ac dequassari, restitui in directum nonnulla queant, sed ipse tamen huiusmodi omnia curare ita propterea erubui, quia impostorum magis tales modi sunt.

Quoniam unicuiq; articularum repositioni antecedere, ut ostendimus, extensiones debent: in ossibus etiam spinæ idem facere necesse est: in quibus quo modo intendendum uuliter sit, postea docebit. Nunc de extensionibus prauæ adhibitis prius agit: ita. n. solet, sicut ex superioribus demonstratum iam est, quippe cū redarguere ea prius oporteat, quæ nonnulli medici prauæ agunt: deinde ita ad docenda meliora descendere. Cum igitur multi spinæ subluxationes per scalam deorsum trahant, præcipue quidem nihil proficere cōmentum id asserit: si tñ eo uti quis uelit, modos docet,

Septima Classis.

MMMMMMM ij quibus

quibus uti optime valeamus. In extensione enim id propositum est, ut intentionem spinæ ad superiora, laqueis iuxta affectam partem circumiectis: ad inferiora pondere ipsius corporis efficiat. Si ad hoc spectes, cætera quæ ab ipso deinceps dicuntur facile percipies, pleraque enim patent.

Quibuscumque autem iuxta cervicem gibberositas contigit: ipsa par est, ut extensiones hæc in caput minus profint: caput enim, et summi humeri propendentes paruum pondus afferunt: videnturque, si in pedes dequassentur, directionem magis consequuntur: quippe cum ita maior propensio futura sit. At qui inferius gibberum habent, in caput dequassandi magis videntur. Siquis igitur dequassare vult, recte in hunc modum præparabit. Scala scorteis uel laneis puluinis per transversum consternenda est. Pulvini vero bene alligati sint et in longitudinem et hinc et inde paulo ampliori spatio, quam ut hominis corpus occupent.

Quoniam spina aut prope superius principium suum, aut prope finem, aut in media parte inter utrumque patitur: de ea læsione primum agit, quæ iuxta collum contingit. quæ cum accidit, si quis in scala affectum hominem ex pedibus suspendat, sicut eius tempestatis medici nonnulli facere consueverant: nulla deorsum extensio, quæ alicuius momenti sit, efficietur: quippe cum paruum pondus cervicis tantum, et capitis futurum sit. At si infra prope sacrum os sit affectio, maxime sperare posset quispiam extensionem esse successuram: quæ quomodo postea optime efficiatur, ostendit.

Deinde supino homine supra scalam collocato pedes eius non digredientes iuxta malleolos vinculo gestabili quidem, sed molli, tum et infra et supra utrumque genu, necnon circa coxam deligandi ad scalam sunt. Libris vero et pedori lætæ mitellæ circumiiciendæ sic, ut dequassationem minime impediant. Manus autem ad costas reductæ corpori ipsi, non scalæ applicandæ sunt.

Cum aperte omnia exponat, gestabile, id est δὲ ὄχον, vinculum vocat quod bene gestat et sustinet: hoc est firmiter et sine vlla compressione continet.

Quod posteaque præparatum fuerit, scala uel ad arcem aliquam altam, uel ad tecti testudinatum attrahenda est.

Arcis, id est τύγος, nihil aliud quam turris intelligenda est. Testudinatum vero tecti, quod ipse ἀέτωμα vocat, quasi dixeris aquilatam, suprema domus pars est, ita enim in altum sublata triangulari forma domorum culmina appellant. Nam si solarium quispiam facere velit, loco tegularum planam contignationem quæ teporem non arceat, constituet. At si imponit tegulas, ea forma tectum erigit, qua facile pluvialis aqua defluere queat. Vnde in altum medio columine à posteriore in anteriorem partem per longitudinem porrecto hinc et inde supra laterales parietes tectum humiliter deducitur: ut geminarum demissarum alarum speciem præferat. ex qua similitudine veteres huiusmodi tecto aquilati nomen indidere. Vincitum etiam, id est δειπτόν tecti, appellant: quemadmodum Pindarus in Pleiadibus, Auræ tectorum vinciti famæ celebrant. Euripides item in Hypsipyle. Ad athera ecce transeuntes virgines, Pictas intuentur in vincitis imagines. Arcem quoque, id est τύγος, turrim significare Diocles Carystius esse locuples testis potest: cum hanc eandem Hippocratis orationem in libro de fasciationibus paraphrastice in hunc modum exponat: Scala uel ad turrim altam, vel ad domus vincitum attrahenda est.

Locus uero in quem dequassabis, durus ac renitens: qui attollunt, periti esse debent: ut æqualiter, pulchre, æquo libramento, et repente demittant: quod neque scala in alteram partem propendeat, neque ipsi præcipites ferantur.

In sublime aliquid scalæ superiorem partem sublatam, alligato, ut dixit, homine, deorsum supra pavementum demittendam censet: ut vehementi concussione facta, spina deorsum procumbens elapsam vertebam in sedem naturalem recipiat. Qua in re durum ac renitens esse solum pavementi oportet. nam si ita esset molle, ut cederet, dequassationemque impediret, nihil proficeremus.

Ex arce tamen, aut è malo defixo charchesium habente si demiseris: melius præparabis, si è trochlea, aut ex asino demissio efficiatur. Sed importunum fortasse est de his longiore oratione agere. Ex his tamen apparatus maxime dequassari quispiam posset. Quod si ualde superius sit gibber, dequassandumque omnino sit: in pedes id facere confert, quemadmodum iam dictum est. quippe cum amplior sit eo modo euasura propensio.

Quia scala in sublimem aliquem locum subtracta in terram repente, et æqualiter, et pari preponderatione demittenda est: melius esse inquit, ut laquei quibus scalam attrahimus, trochleis subducantur: ita enim fore, ut motio volubilis, æqualis, et æquo libramento propendens euadat. Cum vero superius arcis, et testudinatum tecti mentionem duntaxat fecerit, malum nunc etiam adiungit: quem ἰσδὺ à stando appellat: qui sanè maximum atque erectum lignum est: cui alterum per transversum in supremo capite imponitur, ex quo videlicet velum dependet. Nam multum interest, si ἰσδὺ duabus syllabis, aut ἰσίδον tribus dixerimus. ἰσὸς enim, ut dixi, id est malus, lignum erectum in naui infixum est. ἰσίδον, id est velum, linteum appellatur, quod à ventis inflari consuevit. rudentes vero qui de summo malo demittuntur, charchisia nominant. Quocirca cum malo uti vis, ad suspendendam scalam, trochleis et charchisiis id efficias. Adde quod non ab re quoque esse inquit, si asellis, id est fuculis et axibus, ita enim vocat ut dixi, idem faciendum cures.

Affulciendum

26 Affulciendum autem ita est, ut ad pectus valide ac firmiter scalæ alligetur: ad cervicem vero q̄ laxissima mitella eatenus circūdetur, quatenus dirigatur. Quin & caput ipsum ad frontem, scalæ est alligandum. At manus porre-ctæ ad corpus non ad scalam vinciendæ sicut. Reliquum corpus absq; deligatione esse debet: nisi q̄ ut in directione contineatur, alibi atq; alibi mitella laxa ei inijcitur.

Dictum à me etiam superius est, fulcimina firmamenta esse, & fulcire firmare: idemq; apud Homerum significari, cum inquit, fulcimina puppibus abstrahunt,

27 A. SCALA CŪ SCORTEIS
PVIVINIS
B. REGER SCALE ALLIGATVS
C. ARX ALTA
D. TROCHLEA
E. PAVIMĒTŪ DVIVM AC
RENITENS



Sed ne vincula hæc dequassationem prohibeant, spectandum est. crura quidem ad scalam non alligentur, sed inter se: quo è directo ad spinam propendeant. At hæc quidem, si modo in scala dequassandum omnino est, in hunc modum sunt faciendæ. Sed turpe tamen cum in omni arte, tum in medicina maxime est: si cum multam turbam, multam ostentationem, multumq; remorem excitaris, nullum deinde adiuventum afferas.

Si homo q̄dem qui dequassandus est, corpus nullo modo firmatū atq; affultum ad scalam habeat, sed tantūmodo ex superioribus partibus sit alligatus: facile in concussione in obliquum devoluetur. Sin contra, valide ita sit deligatus, vt dum quassatur immotus permaneat: nullam inde vtilitatem percipiet. Ita enim vtriusq; his vtendum censet, vt neq; ex firmitate, & cōstrictione vinculorum immobile corpus eius sit: neq; adeo laxè vinciat, vt in latus conuoluatur. Licet autem Hippocrates extēsiōnem huiusmodi non approbet: scripsit tamen quo pacto parari optime possit, propterea q̄ videbat eos qui ea vtebantur, optime eam exercere haudquaquā scire. Quin etiam superius dixit, nihil enim despero fore, quin si recte id quispiam prepararit, ac dequassarit, restitui in directum nonnullaqueant.

28 Cognoscendum igitur primum est, qualis spinæ natura sit, ad multos, n. morbos ea opus erit.

Volo nunc vel semel indicare, cōmemorareq; id quod in primo statim libro de Hippocratis dissectione dictum à me est: vbi impudentiam experimentariorum agnosces, qui Hippocratem experimentarium vocare audebant. Experimentarius. n. omnium maxime qui in medicina arte versarentur, erat: maximeq; experimentis animum advertebat, omniaq; eis probanda esse censebat. vt rem tamen assequeretur, multis rationalibus cōmentis vt consueuerat: dissectionisq; p̄cipue studium adhibebat, vt pote quæ multum afferre adiuventū arti posset: id quod nunc quoq; manifeste ostēdit: cum naturam spinæ cognoscendā nobis esse censeat, cuius cognitionem sicut aliarum quoq; omnium partium inutilem esse experimentarij affirmant.

29 Qua parte enim ad ventrem tendit, vertebrae intus pares inter se sunt.

Vertebrarum posterior pars processum acutum in fine cartilaginofum habet, quæ proprie ἀκανθας. i. spinam appellant. Opposita vero pars quæ in priorem partem vergit atq; interiorem (vtroq; n. modo vocat) cartilagine quidem etiam cōmittitur: rotunda tñ est ac leuis: nullumq; acutum processum emittit, quia neq; omnino prominentia vlla vel minima asperatur, sicut & in posteriore parte & à lateribus. Quales quidem vnicuiq; ex vertebra processus alibi sint, & in arefactis cadaveribus videre licet. quod vero nūc de vertebra inquit, ex dissectione ab interiori parte cōstabit. Quas quidem pares inter se appellat, hoc est planas & rectas, & per se vnāquāq; & mutua coaptatione inter se omnes. nam quia ea parte eminentia nulla extat, & ex toto apte inter se coherent: pares ipsas inter se, hoc est pariter, atq; apte coherentes vocat.

30 Vinculoq; inter se vinciuntur mucoso, & nervoso, quod ex cartilaginibus exoritur, usq; ad medullam.

Exquisite admodum vertebrarum commissionis naturam exponit. Non enim, sicut nonnulli opinati sunt, multum inter se vniuntur, & conferuntur ab interiori parte. ita enim in vehementioribus spinæ in posteriorem partem retortionibus vel omnino resisterent, vel diuellerent.

Septima Classis.

MMMMMMM iij tur:

tur, sed inter se commiffæ tantum vinculo quodam mucoso ac neruoso colligantur, ac propterea breui quodam motu hæc etiam ex parte præditæ sunt: eum minime habituræ, si insertæ mutuo fuissent. Sed neq; earum vinculū vsq; ad medullam penetrat, circuit, n. vnde quaq; post crassiorē membranam. Nam cum medulla tenui mēbrana perinde ac cerebrum primum obducatur, deinde crassiore: extrinsecus supra hanc antedictō vinculo obuoluitur. Hoc enim operimentum medulla præter cerebrum obstaculi ac propugnaculi causa adepta est: ne dum ossa spinæ mouerentur, in vertebrae offendens laboraret. Vertebrae autem copula hæc mucosa, hoc est lenta & pituitosa effecta est, vt & promptiorem vertebrae motionem exhiberet: & ipsa iniurijs minus esset obnoxia. quippe cum quæ sicca sunt, humoreq; vacant, abrumpi in motibus facile soleant. Vnde etiam habenas & lora inungunt, qui eis ad vehicula & subiugia vtuntur. Eandem ob causam huiusmodi mucosum humorem in omnibus articulis videre licet.

Alij q; quidam tenores neruosi, aduersarij ac perpetui, annexi hinc & inde ab ipsis prætenduntur. 31

Perpetuos, i. *διὰ τὴν αἰώνιον*, à superiore parte deorsum aliquanta plixitate pertinentes, intelligere debemus. Cur vero neruosos hos tenores vertebrae dixerit, haud satis scio. non. n. neruosi, sed nerui erant dicēdi: nisi q; validi sint, eos neruosos appellarit. Prætendunt autē manifeste vniciq; vertebrae nerui per totū thoracem, quorū superiorē exortū in dissectionibus me demonstrante inspexistis. Circa collū. n. & lumbū vertebrae superiecti musculi sunt, per quos nerui feruntur.

Venarum vero & arteriarum communicationes, quotq; hæc, & quales sint, & unde profisciscatur, quāq; in quibus vim habeant: alio in libro declarabimus. 32

De his quoq; in dissectionibus didicistis, quin etiam in cōmentarijs scriptam venarum & arteriarum, quemadmodum quoq; neruorum dissectionem habetis: atq; accuratius omnia in dissectionibus tractationibus, vt producere sermonem adhuc quoq; hic scribendo non debeam. cū neq; ipse Hippocrates totam ipsorum naturam hoc in libro recensere voluerit: sed sicut alia multa, ita hoc quoq; alibi scribendum distulerit. Quanquā hoc quod hic præmittere videtur de venis & arterijs opus non extat. De neruis autem qui ad vertebrae prætenduntur, in secundo de vulgaribus morbis, commentationis potius in modum, q̄ legitimæ conscriptionis, nonnulla ab eo dicta sunt, non secus ac cætera quæ eo in libro commentaria potius quædam esse Hippocratis, q̄ iusta opera ostendimus. solus liquidem primus & tertius de vulgaribus morbis liber editionis causa fuit conscriptus.

Ipsa item medulla quibus vaginis, & unde exortis, & quo perficientibus, & quibus cum communicantibus, qualemq; vim habentibus instructa sit. 33

Operimenta & inuolucra aliquarum rerum vaginas appellant veteres. Vnde etiam hic Hippocrates ea quæ paulo superius dicta etiam à me sunt, medullæ tegumenta vaginas vocat. quæ duæ quidem intus sunt: extrinsecus altera ex vertebrae vinculis constans: illa à membranis cerebri exorta: tertia ab osse capitis, quo cum prima vertebra dearticulatur. Terminantur vero vincula hæc, non secus ac medulla ipsa, vsq; ad finem spinæ. Hippocrates autem simili modo pro terminantibus perficientibus dixit, vt Poeta. Si modo perficiant isthæc, finemq; sequantur. Quam vim autem habeant, exacte in dissectionibus libris explicatum est: necnon in peculiaribus. ex quibus præcipue is est, qui de vsu partium est conscriptus. Vnde nunc satis erit, si medullæ huic dorli circumiectas membranas eundem exhibere vsu dixerimus, quem cerebro præstāt. Crassior quidem quasi custodia quædam ac tutela est, ne à circumiectis ossibus offenda: tenuior, vt quasi cute innata quæ ipsa hæc colliget, cerebrum ipsum operiatur. De tertia vero tunica medullæ huius paulo ante dictum est.

In ulteriore parte in articulis vertebrae inter se cardinate sunt. 34

Cum naturam spinæ dicere proposuisset, atq; ab interiori parte ipsius incepisset, vbi inter se vertebrae pares ac planæ inter se coaptabantur, quæ ad ventrem spectant: merito nunc cum in ulteriore parte cardinatas vertebrae esse docet, de posteriore parte intelligit. Neq; retro & à posteriore parte ex aduerso antedictæ vertebrae colligationis accipiendus locus is est in spina, qui exquisite posterior est, qui acantha, i. spina proprie nuncupatur: sed vtrinq; etiam ab ea, vbi dearticulationes vertebrae sunt. quæ si quis ad acantham spectet, à latere spinæ: si ad anteriorem partem comparet, de qua loquutus est, vbi inter se vertebrae vinciuntur: à posteriore parte esse videbuntur. Cardinatas autem esse vertebrae inquit, propterea quod cum processus quatuor habeant, duos alterius sinibus suis vnaquæq; excipit: duobusq; suis in alterius cavitates inseritur: non secus atq; in cardinationibus fit.

Tenores vero communes ad omnes tam in exterioribus q̄ in interioribus partibus prætenduntur. 35

Vertebrae partes quæ colligationi oppositæ sunt, posteriores & exteriores: sicut eas quæ sunt

A sunt ad ipsam colligationē, interiores & anteriores vocari licet. Sed tenores q̄dem in posteriore parte prætenos non reperies: si modo tenores nerui *πρῶτες τῶν*, hoc est voluntati inseruientes nominantur. Ad vertebrarum enim cōmissiones foramē quoddam est, per quod vnusquisq; ex neruis qui à dorsuali medulla prodeunt, statim vbi egressus est, discinditur sic, vt alter eius ramus in anteriorem deferatur: alter in posteriorem tendat: ibiq; in superiectos musculos distribuantur, qui spinales vocantur.

36 *Processusq; ab unaquaq; ex omnibus uertebis, tam à maioribus, q̄ à minoribus in exteriorem partem est. supraq; hos processus chartilaginum agnatæ appendices sunt, atq; ex illis neruorum progerminatio, quæ cum extimis tenoribus fratrat.*

In exteriore seu posteriore parte spinæ vnusquisq; vertebræ processus eminent, qui videlicet totam acātham componit. in cuius processus extremo chartilago agnata est, quæ neruorum progerminationes copulatiuas habet: quæ cum tenoribus, inquit, fratrant. i. quæ vel illis assimulantur: vel eodem tendunt, quò illi, & cōmiscentur. vtrunq; enim verum est.

37 *Costæ autem in interiorem partem magis, q̄ in exteriorem capitibus inclinatis annexæ, ad unamquāq; ex uertebis adarticulantur.*

B Offa thoracis quæ transuersa positura paululum oblique tamen è spina ad pectus pertingunt, non Hippocrates tantum, verum etiam posteriores omnes medici costas vocant. Has vertebris adarticulanti inquit, non secus ac si dearticulanti dicas. Hoc enim verbum magis vsitatum apud recentiores medicos est, dearticulationes appellantes ossium iuncturas, quæ motum aliquem sensibilem momenti alicuius præ se ferant. Capita item costarum extrema ea appellauit, quibus cum vertebris dearticulantur ad radices processuum qui à latere ipsarum eminent. Introrsum autem inclinatas esse eas magis dixit. ita enim ea sese habere cognouistis. Sed discretam quoq; ac dispersitam esse earum dearticulationem inspeximus: id quod prætermisum ab Hippocrate est: vel quia non exquisite tota dearticulationis natura inspecta hoc eū latuerit: vel quia exactam huiusmodi explicationem conuenire præsentī tractationi minime existimauit.

38 *Curuissimæq; hominis costæ sunt obtortum in modum.*

C Curuissimas homo ex omnibus animalibus costas habet: propterea q̄ latissimum etiā omnium pectus ei est. Cætera enim omnia alia magis, alia minus acuto pectore sunt prædita. latissimum vero homo pectus habet. simia autem latius q̄dem cæteris, sed angustius homine. Animalibus tamen omnibus commune est, quæ thoracem habent: vt costas ab exteriore parte, qua attingere ipsas possumus, incuruas & conuexas: ab interiore concuas habeant. Nam ad amplitudinē thoracis efficiendam necessarium hominibus hoc fuit. quia enim ad pectus directæ esse debebant: in reliqua tota parte incuruari eas necesse fuit, si ad spinæ vertebrae eis erat deueniendum. ac res q̄dem ipsa manifesta nobis euadit, tū ex eo q̄ curuissimas costas esse inquit: tū q̄ ex simili figura-tione ita esse cognoscuntur. Sed non in re, sicut in superioribus, restat inquisitio, at in verbo: cum euidentiæ ac diluciditatis causa Hippocrates hic in exemplum subiūxerit obtortum in modum, hoc est *ἡ οἰβοειδέα τὸ πῶρον*, quod maiorem tamen obscuritatem rei cognitæ, q̄ claritatem attulerit. antea enim fortasse in vsu erat hæc vox, alioqui enim eam hic non posuisset: postea cū ex vsu recesserit, obscura euasit. Nam si per *κ* legatur. i. *ἡ οἰβοειδέα τὸ πῶρον*, quod obtortum & varum in modum significat, apud Theocritum quoq; scriptum reperitur, vbi inquit. At clauam obtortam ex oleastro dextera habebat. Item apud Archilochū. Sed paruus is sit atq; tortus cruribus, Aptus stabiliter, corde plenus, ingredi. apud Nicandrum quoq; sic legitur. Sunt alij **D** æquales tortis similesq; paguris. si vero per *β* legatur *ἡ οἰβοειδέα*, haud satis agnosco. in nō nullis enim exemplaribus per *β* scriptum est. in approbationibus tamen per *κ* inuenitur.

39 *Inter uero costas & ossa quæ à uertebis procedunt, mediam partem utrinq; musculi à cernice incipientes usq; ad annexionem replent.*

Id quod ex dissectione apparet, cum sententia horum verborum non admodum consentit. Quæ, n. ex dissectione patent, hæc sunt. Ad capita costarum quæ in vertebrae articulant, musculi sunt à posteriore parte qui spinales vocant, per spinæ longitudinē vsq; ad initium crurum porrecti. Ab anteriore vero in longitudinē non per totū thoracem protendunt, sed transuersi inter costas iacet: quos intercostales appellat. Deinde ad paucas ex costis tendunt gulæ subiecti musculi, à quibus in anteriorem partem collū tractum paululū inclināt, absq; capitis dearticulatione. Nam illa dū annuimus, & renuimus, maximā per se ipsa motionē habet: siquis eam vertebris quæ post primas sunt, cōpararit: quæ exigua admodū motionē p̄ditē inter se sunt. Sed ex lūbi etiā sedibus ad thoracē iuxta extremas costas vertices musculorū eorū ascendunt, qui *ψόου*. i. lumbales dicunt. Quæ, n. in media thoracis parte sunt: musculos superiectos minime habent ad laterales vertebrarū processus, qua dearticulanti costas iam diximus. Sunt præterea alij duo angusti & parui musculi, q̄

Septima Classis.

MMMMMMM iiij per

per totum thoracem extrinsecus ad spinales in anterioribus videlicet eorum partibus, non posterioribus circa acantham porriguntur. Atque hæc est positura musculorum qui circa vertebrae sunt: quæ ex dissectione deprehenditur. Nunc de quibus ex his intelligere hic Hippocrates possit, videamus. De intercostalibus sanè non posse intelligere, ex eo perspicuum est, quod musculos hos à ceruice incipere ait, restat igitur ut vel de spinalibus, vel de illis qui porrecti ad hos sunt, mentionem facere cum hic existimemus. Sed de neutris satis recte dictum esse id potest, quod inquit: musculos hos mediâ partem inter costas & ossa quæ à vertebrae procedunt, replere. Spinales, n. de articulationibus omnibus antedictorum ossium in toto thorace à posteriore parte ita obijciuntur, ut nihil interiectum relinquunt: sed & radices omnes costarum, & processus à latere vertebrarum operiant. Angusti vero illi, ad spinales ab anterioribus ipsorum partibus porriguntur. Adde quod illud quod inquit usque ad annexionem / si de angustis musculis his loquatur, ita erit interpretandum, ut de septi transversi: si de spinalibus, ut de crurum annexione dictum esse intelligamus, nisi fortasse annexionem de articulationem hic vocet. Sed ego sanè quomodo sententiam hanc ipsi quæ apparerent, accommodare recte queam: non video, ut ab aliquo qui eam primo descripsit, non secus atque alia multa, fuisse depravatam existimem. Cæterum cum ita se habeant, sicut diximus, ea quæ extant in dissectionibus: inquisitio accommodata horum verborum explanationis in medium relinquatur. Ut tamen distinctionem quandam ac probabilem maxime opinionem, proferamus, costas hic pro costarum ipsarum capitibus: ossa vero quæ à vertebrae procedunt pro ipsi quæ acantham constituunt, accipiemus, musculos, qui mediâ regionem replent, spinales: annexionem, septi esse intelligemus. Præceptor vero noster Pelops laterales vertebrarum omnium, processus costas: annexionem, septi dictum esse hic ab Hippocrate assererat.

Ipsa vero spina per longitudinem directe obliqua est.

Obstipitas seu obliquatio distortio in latus appellatur. nunc tamen non in latus sed in posteriorem & anteriorem partem distortionem significat. Cum, n. recta per longitudinem sit spina, parum & in posteriorem, & in anteriorem partem declinat, ac tortuosa euadit: sicut ipse deinceps docet.

A sacro quidem osse usque ad magnam vertebrae, ad quam crurum annexio appenditur, gibberosa est, nam & vesica, & genitura, & principis intestini laxitas in eo spatio continetur.

Crurum annexio multipliciter intelligi potest, sed potissimum fortasse à coxæ de articulatione sumenda est, quæ fit, cum femoris caput ossi coxæ & per latas copulas colligatur: & per illam teretem, qua intime acetabuli profunditati coheret: quin etiam per musculos qui de articulationem movent: per nervos item, nec non per arterias, & venas merito crus annexi superioribus dici posset. Sed videtur nunc Hippocrates de annexione per nervos intelligere. siquidem ad lumbum ad extremam vertebrae, quæ cum lato & sacro osse dearticulatur: nervorum qui feruntur ad crura, est exortus, nam hoc ad ipsam spinam esse & vesicam, & genituram, & principis intestini laxitatem in eo spatio contineri: id quod in dissectione apparet, testimonio est. unde etiam incurua extrinsecus euasit. Genituram autem membra genitalia appellat: in foeminis vterum: in maribus seminaria vasa quæ nuncupantur. Laxitatem autem principis intestini, eam partem vocat, quæ supra constrictorium, quem σφιγκτηρια appellant, est, quæ & sacro ossi adiacet, & vere laxa est: cum musculos non habeat, qui recti intestini extremum constringunt.

At inde usque ad septi transversi annexionem directe est repanda.

Nihil hac spinæ parte eiusmodi continetur, ut in inferioribus vulua, & vesica &c. ut ab interiori parte sinuari: ab exteriori curuari ac gibbari eam necesse fuerit, sed potius paululum introrsum vergit: quippe cum supra eam & arteriam magnam & venam firmari oportuerit.

Solusque hic locus ab interiori parte musculos adnatos habet, quos quidem psoas uocant.

Ex his Hippocratis verbis maxime conijcere quispiam posset, cum colli vertebrae spinæ non annumerare. Nam si tota spina ex lato osse & thoracis vertebrae struatur: verum est solum hunc locum ab interiori parte musculorum agnoscere habere. si vero colli etiam vertebrae annumerentur, falsum prorsus erit. Non enim solus hic locus habet adnatos musculos: sed collo quoque ab interiori parte magni musculi adeo sunt, ut ignorari minime queant. verum neque si minores multo essent, ignorari potuissent. Particulam autem quandam horum musculorum qui psoæ, id est lumbales appellantur, supra septi annexionem ferri hic non indicauit: eo quod nimis ita exquisite hæc recensere pertinere ad præsens propositum non existimabat.

Ab hac autem parte usque ad magnam vertebrae quæ supra superhumerales est, directe gibberosa est: magisque huiusmodi apparet, quæ sit, acantha enim in medio eminentissimos, hinc & inde minores ossium processus habet.

Vertebrae paululum circa thoracem ossa ab interiori parte videntur sinuare: ita ut in posteriorem partem ex acanthæ prominentia satis gibbosæ appareant. Quod autem de magna vertebra inquit quæ supra superhumerales est: id ad commentarii memoriam reuocandum est, in quo

A quo de ossibus conscripsi. accommodanda siquidem illa ijs, quæ dicuntur, subinde sunt. Neq; enim mea explanatione indigent, nisi ubi aliquid inciderit, quod perspicuitatem desideret: cuius causa huiusmodi commentaria conscribuntur.

45 **I**psæ uero cervicis articulus repandus est. Quibuscumq; igitur gibberositas in uertebis contingit, non admodum multis, sed paucis expulsio magna aliqua euenit: quæ uel unam, uel plures uertebas à coherentia abrumpat. Neq; enim facile est ut uulnera talia efficiantur: neq; in exteriorem partem expelli facile possint, nisi aut ab interiore uehementi aliqua re per uentrem uulneratio fiat (sed moreretur hoc pacto homo) aut ex alto aliquo loco delapsus in coxas, aut humeros impingat: id quod etiam letale esset, licet non illico mortem afferret. A posteriore uero parte in interiorem huiusmodi prolapsio fieri, nisi perquam graue aliquod pondus ingruat, non facile potest. ex ossibus enim quæ extra prominent, talis unumquodq; est nature, ut prius frangeretur, quam introrsum inclinationem aliquam magnam admitteret: & copulis uiolenter abductis.

B Repandus est, id est in anteriorem partem inclinatus: ita enim apparet. Duæ autem sunt primæ uertebæ, quibus cervicis articulus constat. ex quo deinceps tres sunt, quæ quo situ collocatæ sint, mentionem non fecit. sunt autem inter secundam & sextam, tertia uidelicet, & quarta & quinta: quæ quidem maxime rectam habere posituram videntur, cum duabus alioqui minores sint, & præsertim tertia. nam quarta maior quam ea est, sicut his quinta. sexta uero non solum his, sed septima quoque est maior. Omnes autem quæ sequuntur usque ad spinæ terminum proportionem sunt altera, quam altera subinde maiores. primum si in homine res consideretur: secundum hominem, si in simijs, atque ijs præsertim quæ & faciem similiorem homini habent, & magis quam alia erectæ ingrediuntur. Hæ enim cum in alijs, tum in situ ossium hominibus assimulantur. in spina tamen cõe quoddam ipsis est cum cæteris quadrupedibus, quod homini non adest. lumbum. n. longiorem pro reliquarum partium magnitudine, quam homines habent. nam, si res exploremus, homini quinque duntaxat, simijs, sicut cæteris quoque quadrupedibus, plures uertebæ lumbum obtinent. Aduertendum autem in hac oratione Hippocratem cum de spinæ figura loqui proposuisset, atque ita incepisset: Ipsa uero spina per longitudinem directe obliqua est, ac tortuosa. in fine hic subiungere: Ipsæ uero cervicis articulus repandus est. ut in hoc rursus ipsum quoque collum attribueret spinæ videatur.

46 **C** Et articulis qui alternati inter se sunt. Dorsualis præterea medulla laboraret: si ex paruo spatio inflexionem haberet tali elapsu egressa uertebra: tum uertebra quæ exiisset, medullam comprimeret, nisi etiam abrumperet. at ea compressa & interclusa multis magnis & opportunis partibus torporem induceret. ut cum multa & urgentia alia mala infestent: medico, quo modo uertebam dirigat, curare non liceat. Quin neq; fieri posse ut reponatur, neq; dequassando, neq; alia quapiam ratione, perspicuum est.

Articulos uertebæ intelligit, quibus per laterales processus inter se committuntur: quos alternatos propterea vocat: quia cum duos sublimiores processus unaquæque habeat, quibus cum superiecta: duosque item humiliores, quibus cum subiecta dearticulatur: alijs ex ipsis eminentias alterius excipit, alijs in alteram inferitur. Sed de his in commentario de ossibus scriptum exacte est.

47 **D** Nisi quis dissecto homine atque in uentrem manu iniecta intrectando ab interiori parte ad exteriorem retrudat. at hoc mortuo quidem fieri potest, uiuo non potest. Sed quorsum hæc scribo? ut intelligamus nonnullos esse qui curasse se eos homines arbitrantur, quibus ab interiore parte uertebra prolapsa articulos omnino transilierint. quin & distortio nem hanc curatu facillimam, nullaque indigere repositione, sed sponte sanari opinantur. Ignorant quidem multi, atque ex eo quod ignorant, lucrantur. suadent enim alijs hoc ipsum. & ipsi falluntur hac de causa: acanthæ quæ hac in parte spinæ eminent, uertebas ipsas esse autumant: propterea quod rotunda ac teres attræctanti apparet, neque aduertunt officula esse illa à uertebis procedentia, de quibus paulo ante dictum est. At uertebra multo antè abeunt. angustissimum enim ex omnibus animalibus homo pro magnitudine uentrem habet à posteriore in anteriorem partem, præsertim ad pectus. Cum igitur aliquod ex his eminentibus ossibus ualide contractum fuerit, siue unum, siue plura: ea in parte depressior locus efficitur, quam hinc & inde uideatur. ac propterea isti uertebas intro abiisse existimant, ac decipiuntur. Figurationes quoque uulneratorum eos insuper fallunt. si enim inflectere dorsum tentent, dolore afficiuntur, cum ea parte qua uulneratio contigit, cutis distendatur: simulque ossa fracta ita magis carnem pungunt. Si repandatur & recuruentur, facilius ferunt. nam & cutis laxior circa uulnus sit, & ossa minus pungunt. Quin & si quis attræctet, ea parte cedunt recuruati: locusque uacius, & mollis attræctanti apparet. Hæc omnia insuper sunt quæ medicos decipiant. Sani autem cito, & sine noxa sponte sua, qui ita affecti sunt, sunt, quippe cum omnia huiusmodi ossa quæ cassata sunt, celeriter occallescant.

Intrectando. i. intrudendo in imam partem digitos, ut aliquid quod ibi sit tētemus ac perscrutemur.

48 **O**bstipatur quidem & obliquatur spina, & sanescunt multis modis, nam & in natura & in usu ita res se habet. quin & à senectute, & doloribus: contrahendi enim uim habent. Gibberositates autem casu plerumque efficiuntur: si aut in coxas, aut in humeros quispiam cadendo impingat, necesse siquidem est, ut in gibbere una aliqua uertebra alta emineat.

Gal. in lib. Hipp. de articulis

neat: alia uero hinc, & inde desidere uideatur. Neque tamen multum ab alijs ea exilit, sed paululum: cum singula in uniuersum concedant. inde etiam fit, ut medulla dorsualis huiusmodi distortionem, quia circa ares, non angulares euadunt, facile ferat.

Distortionem spinæ in posteriorem partem gibberositatem: in anteriorem repanditatem: in latus obstipitatem appellari diximus. nomine tamen hoc obstipitatis seu obliquitatis, id est σκολιώς, de omni spinæ distortionem utitur: ut ostendat generalius quoddam quàm aliorum eius esse significatum. Ita nunc quoque obstipari spinam dixit, pro quocumque modo distorqueri. & superius etiam, ipsa uero spina, inquit, per longitudinem directe obstipa est: distortionem eius in posteriorem & anteriorem partem significans.

Fabrica autem huiusmodi ad detrudendum instruenda est. Possimus lignum aliquod ualidum & latum, quod prelongam incisionem habeat, in terra defodere. possimus etiam loco ligni huius in pariete excavationem hanc prelongam facere: quæ uel cubiti altitudine à solo distet, uel quantum congruum erit, quod ubi factum fuerit: columna quæma quadrangula per transversum admoenda ad parietem est: ea distantia, ut pertransire aliquis, si opus sit, queat. tum uel tunicis insternenda, uel aliqua alia re, quæ sicut mollis sit, ita non multum cedat. Homo præterea fortis, ac si admiserit, multa etiam aqua calida lotus, pronus collocandus supra columnam est, ita ut porrectas manus secundum naturalem figurationem alligatas ad corpus habeat. Tum habena mollis, idonea, lata, & longa ex duobus perpetuis atque aduersarijs loris constans, media parte medio pectori quamproxieme ad alas bis circumdanda est, atque inde quod superest ex utrisque capitibus, per alam utrumque circa humeros conuoluendum. tum capita ad pistillarem fistem deliganda ea longitudine, quæ supposito ligno congruat: ut ad id ima fistis parte obiecta retorquendo extedamus. Postea tali altero uinculo tum supra genua, tum supra calces iniecto simili modo capita ad

A. COLVMNA QVERNA QVADRANGVLA TVNICIS INSTRATA
B. HABENA PECTORI CIRCVDATA
C. VINCVLV SVpra GENV ET SVpra CALCES INIECTV
D. HABENA ILIBVS CIRCVIECTA
E. PISTILLARES FVSTES
F. MANIBVS DEPRIMENS



A. COLVMNA QVERNA QVADRANGVLA TVNICIS INSTRATA
B. HABENA PECTORI CIRCVDATA
C. VINCVLV SVpra GENV ET SVpra CALCES INIECTV
D. HABENA ILIBVS CIRCVIECTA
E. PISTILLARES FVSTES
F. INSIDENS ET SVSPENDENDO SE INCVTIENS




eiusmodi aliquem fistem deligamus. Alia præterea habena lata & molli & ualida ad mitellæ formam, latitudine & longitudine idonea ualide illa quæ proxime ad coxas circumligamus. Deinde capitibus utrisque ad fistem ad pedes deligatis, in hac figuratione, & hinc & illinc æqua præponderatione, & in directum extendimus. nullum enim magnum malum huiusmodi extensio afferre, si recte ad ministratur, potest: nisi uidelicet dedita opera extendi quæpiam uelit, debet uero medicus, uel quispiam alius præualens, ac minime imperitus imposita manus uolâ supra gibberum, atque altera supra alteram manum in super iniecta deprimere: ad uertens an in directum deorsum, an ad caput, an ad pedes deprimendum sit. atque hæc innoxia maxime necessitas est.

Si quoque superinsideat aliquis supra gibberum diu extenditur, atque suspendendo se incutiat, innoxium est.

Quin etiam quo minus consistamus pedibus supra gibberum ac gestemur, sensimque incutiamus, nihil uetat: id autem moderate efficere aliquis ex ijs potest, qui in palestra assueti sunt.

Efficacissima



Efficacissima autem necessitas est: si vel paries qui incisionem habet, vel lignum defossum, tanto inferiorem spina hominis excavationem habeat, quanto convenire videatur: in quam assis tiliacea, aut alterius alicuius ligni non tenuis illa quidem inserta, supra gibberem imponatur: multiplici aliquo panniculo, aut parvo aliquo scorteo pulvillo subiecto: quod quanto minus sit, tanto utilis est: modo caueamus, duntaxat, ne assis duritie sua dolorem aliquem importune afferat. Gibber autem est regio, quae maxime esse debet ad excavationem quae in pariete est: ut assis ea parte, qua maxime spina extat, imposita maxime deprimat. Vbi enim imposita fuerit, alij siue unus siue duo extremam partem assis depellere: alij corpus per longitudinem tum hinc tum illinc extendere, sicut dictum est, debent. Licet etiam assis extensionem hanc facere: siue iuxta lignum hoc defigamus, siue in eodem hoc ligno, vel utrinque erectos paulo eminentes, vel ad ligni capita hinc et illinc postes assellorum extruamus. Haec quidem necessitates re-

feruabiles sunt: ut et ualentissime, et mediocrius intendant: talemque uim habent, ut si quis etiam ad damnum, non ad curationem eis uti uelit, tunc quoque plurimum possint, nam siue in longitudinem tantum extendas hinc et illinc, nullamque aliam necessitatem adhibeas, extendere satis poteris, siue non extendas, sed affere duntaxat comprimis, ita quoque satis depelles. Bonae igitur huiusmodi uolentiae sunt: quibus et ualidioribus et imbecillioribus pro occasione reseruat uti qualibet potest: quaeque secundum naturam compellunt. Quae enim exceperunt, in sedem suam redire uel depressio cogit, quae uero praeter naturam coierunt, extensiones secundum naturam extendunt. Ego quidem neque pulchriores, neque instiores his necessitates habeo.

Adeo clare haec et sequentia omnia exponit, ut si quis ea non intelligit, is explanatione non indigeat, sed monstratione. quippe cum commentaria quoque nisi ijs qui huiusmodi operationes uiderunt, scribi consueuerint. Dicitur a me etiam superius est, si quis primo intuitu ita aperte scripta non percipiat, eum bis, et ter, et saepius animum adhibendo debere lectitare. nam si ita fecerit, non esse dubitandum: quin plane omnia intellecturus sit.

50 Nam extensio quae per directum acanthae fit, ab inferiore parte et ab osse quod sacrum uocant, apprehensionem nullam habet: de super uero ad ceruices et caput habet quidem: sed specie tamen indecorum est, quin et hac parte facta extensio si nimia sit, alias quoque lesiones afferre potest. Tentavi uero olim ego hominem supinum extendere, utrum minime inflatum gibbero subiiciebam: ac deinde immissa aenea fistula inflabam, sed non successit, nam cum bene hominem extendebam, cedebat uter: neque uim inferre ullam inflatio poterat. Adde quod promptus uter ad circumlabendum erat: utpote cum in idem et hominis gibber, et utris repleti tumor irgeretur. Si uero non admodum uehementer extendebam, uter quidem ex inflatione insurgebat: sed homo magis quam utile esset, recuruabatur. Atque haec studiose scripsi, pulchrae enim earum quoque rerum disciplinae sunt, quae ad experimentum perducunt, frustratae apparuerunt, et cur frustratae fuerint, apparet.

Apprehensionem

Apprehensionem pro reprehensionem, & ansam dixit: cum circumiecti laquei eminentium aliquarum partium obiectu firmantur: cuiusmodi nihil ad os sacrum est. Desuper vero licet ad collum & ad caput aliquid sit: si tamen hac parte laqueos circumhiciat quispiam, strangulari homo videretur. atque ob id indecora extensio euaderet. Quin etiam læsiones posset afferre, si laqueus ad fauces elaboretur.

Quibuscumque autem in interiorem partem vertebræ ex casu, aut ex pondere aliquo ingruente obliquantur: nulla ijs vertebra ut plurimum admodum multum extra alias excedit. quod si multum excesserit aut una aut plures, mortem maturant: quemadmodum. s. etiam antea dictum est. Circularis quoque hæc, & non angularis dimotio est. Iis urinae, & deiectiones alui magis quam illis qui in exteriorem partem gibberosi sunt, supprimuntur. pedes item & tota crura frigescent magis. Letaliaque hæc magis quam illa quæ dixi. & si supersites sint, fluidi magis in urina hi euadunt: crurumque incontinentiores, ac torpidi magis. Quod si in superiore parte magis repanditas contigerit: totius corporis incontinentes, & torpidi fiunt. neque machinationem ullam ego habeo, qua reponi in sedem suam hæc quæ antea, nisi dequassatio per scalam afferre bis præsidium aliquod possit: aut aliqua alia huiusmodi medela, aut extensio, qualis paulo ante fuit commemorata. Depulsionem uero quæ unâ cum extensione afferri quæat, nullam habeo: quemadmodum in gibbero detrusio per asserem efficiebatur. quo pacto enim ex anteriore parte per uentrem compellere quispiam posset: non enim licet. Quin neque tusses, neque stemutamenta ullam uim habent, ut distentione opem aliquam ferant. Neque item quicquam prodest, si in uentre inflatio aliqua subiiciatur. Adde quod magnæ cucurbitæ quæ admoventur attrahendarum vertebrarum causa quæ intro inclinatae sunt, in magno opinionis errore uersantur. deprimunt siquidem magis quam attrahant. neque id aduertunt qui eas admovent, quanto enim quis eas magis imprimit, tanto repandiores egi euadunt, cum cutis sursum contrahatur. Alios modos dequassationum diuersos ab ijs, quos superius dixi, possem referre: quos accommodatos esse affectioni huic existimaret quispiam: quos propterea nolo ascribere, quia fidem ipsis non adhibeo. In uniuersum igitur de his de quibus summam dictum est, sciendum: quæ in repandum declinant, perniciose & noxia esse. Quæ in gibberum abeunt, esse innoxia plerumque: quantum uel ad mortem, uel ad urinae suppressionem, & torporem attinet.

De vertebrarum dimotione in interiorem partem hæc scribit: quam grauiorem esse inquit, quam extrorsum fit. cuius rei causa in aperto est. nam nerui omnes qui à medulla dorsali exoriuntur, introrsum tendunt. unde contingit, ut in talibus excessibus magis comprimantur, quam in ijs qui gibberum efficiunt. simulque cum neruis omnes spinæ adiacentes partes, atque ita superior quoque uelicæ extremitas compressionem sentiat: quin omnia ex contagione in inflammationem incidunt. Quocirca neque urinam uelica, neque excrementa alui intestina reddunt. cum enim urina & deiectio supprimitur: excernentis facultatis, quæ una est ex naturalibus, affectio est. Cum uero stupida ac torpida membra euadunt: id ex neruorum læsione existit. Ex læsione igitur circa intestina & uelicam, quoad inflammatio finiatur, periculum imminet, ne æger pereat: cum qui stringit uelicam musculus exitum urinae non exhibeat: quique in sede est, quem constrictorium uocant, ut uerisimile est, eadem distentione afficiatur.

Non enim gibberositas in exteriorem partem riuos in uentre intendit: neque prohibet quo minus bene fluere ualeat. repanditas uero & utraq; hæc facit, & ad alia multa accedit.

Cum superius dixisset, ijs urinae & deiectiones alui magis, quam illis qui in exteriorem partem gibberosi fiunt, supprimunt: nunc causam subiungit, cum inquit. Non enim riuos in uentre intendit, hoc est effluuia & exitus & circa uelicam, & sedem, partes enim, eas quibus excrementa effluunt, intendit & ex compressione, quæ ex recessu vertebrarum in interiorem partem fit, & ex contagione cum neruis, uerisimile est.

Nam multo plures crurum & manuum incontinentes euadunt, & corpore torpescunt, urinaque suppressionem patiuntur: qui licet curuamen, neque extrorsum neque introrsum ullum ipsis excesserit: quassati tamen per directum spinæ uel uelementer fuerint. Quibus uero curuamen excessit, minus patiuntur.

Hic curuamen, id est *ὄβωμα*, ut generale nomen de omni vertebrarum distorsione præter naturam posuit. Tota sententia clara est. ad quartam enim differentiam affectionum spinæ deuenit, quam quassationem appellant. cum uidelicet compages uniuersæ vertebrarum spinæ dimotæ sunt: & discussa ea uehementer ita est, ut in diuulsionis contusionisque periculum uenerit. id quod longe peius esse inquit, quam quæ absque quassatione distorsiones spinæ contigerunt. Deinceps costis quoque fractis tale quid euenire commemorat.

DE COSTARVM FRACTIONE.

Multa quoque alia in medicina uidere quispiam posset: quorum grauiora innoxia sunt, cum totam iudicationem morbi per se ipsa suscipiant: imbecilliora uero noxia, atque eiusmodi, ut & diuturnos morborum exortus efficiant: & cum reliquo corpore communicationem ampliore habeant.

Cum de spinæ morbo, quæ quassationem uocant, ante dixerit, quæ sit absque ullo vertebrarum excessu: hic multa esse inquit in medicina, quæ licet grauiora esse uideantur, mitiora tamen uera sint. Grauiora enim sunt ea in quibus contagiones maiores contingunt. nam quæ nullam principalem membrorum contagionem afferunt, sed per se ipsa iudicationem faciunt: minus perniciose sunt:

A sunt: licet vehementiora esse videantur. Deinceps igitur quasi exempli loco affectionū q̄ costis contingunt, mentionē facit, ostenditq; in his alia specie tantum, alia vī graua esse atq; infesta.

55 Nam & costarum fractiōni tale quid contingit, quibus enim fractæ costæ fuerint aut una, aut plures, sicut pleriq; euenit, ita ut ossa in interiorem partem non penetrarint, neq; denudata fuerint: pauci febre correpti iam sunt: quin neq; sanguinem multi expuerunt: neq; suppurati, effecti sunt, neq; linamentarij, neq; ossium siderationes contigerunt, hisq; vulgaris uictus sufficit.

Mediocre ac moderatam orationem diluciditatem efficere, vel ex hac quæ longa est, cognoscere possumus: cuius ego priorem partem modo superius exposueram. quā Hippocrates longius protrahens, obscuram reddidit, breuibus autem in hunc modum exponi potuisset. Fracturæ costarum, cum simplices & solæ sunt, speciem quidem grauioris contusionis præ se ferunt: vī tamen sunt mitiores: curanturq; absque periculo citissime. At si sine fractura circa costas contuse carnes fuerint, maximum interdum periculum afferunt. Atq; hæc summa horum verborum sententia est, reliqua particulatim videamus. Si in prima parte huius oratiōis breuibus, quemadmodum ego, cum simplices & solæ fracturæ costarum sunt, Hippocrates dixisset: clarius rem explicasset: sed ipse quasi interpretans rem circumloquendo ait / ita vt ossa in interiorem partem non penetrarint / de inanitate thoracis intelligens: in quam fieri non pōt vt os penetret, nisi & ipsum omni circumiecta carne denudatum, & membrana, quæ subcingens vocatur, diuisa fuerit, p̄ hæc simplicem fracturam significauit. Sequentibus vero mali mansuetudinem declarat: cum inquit paucos febricitasse, raroq; sanguinem expuisse aliquos, & suppurasse, aut linamentarios euasisse, quos ἐμύδατος vocat: hoc est, vlcus cauum & exesum contraxisse, quod curationem per linamenta desideraret: raro item ossi costæ siderationem contigisse: propterea his vulgarem uictum sufficere. Didicisti autem semper solere vulgarem appellare, idest φαύλον, uictum Hippocratem, eum qui tenui & exquisito contrarius est. In propolita igitur hac oratione tota sententia hæc est, reliqua quæ sequuntur videamus.

56 Si enim febris continua eos non corripuerit, exinanire hos peius est, quàm non exinanire: doloremq; & febrē, & tussim maiorem affert. Repletio enim mediocri ventris, directio costarum efficitur. exinanitio autem costis suspensionem præbet, suspensio dolorem parit.

C Ventris tumor firmamentum costis efficitur. Vnde et qui maiores ventres habent, ijs si costa frangatur, minore dolore vexari consueuerunt. Quibus vero graciles & contracti ventres sunt, grauius dolent: cum infirmatas, ac suspensas costas sentiant. Si igitur cōtinua febrē corripiantur, exinaniendum est, i. inedia pugnandum, quandoquidem maius nocumētum ex esione, q̄ ex suspensione existat. Sin febris ablit, melius est vt tantū comedant, quantum in tumorem adeo vētrem attollat: vt absq; compressione affectæ partis, sedes ac sustentaculum costis fiat.

57 Extrinsecus uero vulgaris deligatio talibus sufficit: cum cerato & plagulis & linteis leniter comprimendo planam deligationem facimus: uel laneo etiam aliquo superimposito, Viginti diebus autem costa confirmatur. Celeriter enim ossibus his callus inducitur.

Vulgarem deligationem appellat, sicuti superius uictum, quālibet, & quomodocunq; adhibitam: quæ ei quæ accurate fit, contraria est.

58 At si circa costas caro aut ic̄tu, aut casu, aut renitentia, aut aliqua alia causa huiusmodi contusa fuerit, multi iam sanguinem multum expuerunt.

D Hæc oratio memoria tenenda vobis ob eos est, qui in lateralibus morbis aliquam necessario ex pulmonis fibris pati opinantur, pulmonem enim cum inflāmatā costā attingat aliquid ex inflātionis sanie contrahere inquirunt. At Hippocrates nihil pulmone patiente, sed sola affectione in costis existente sp̄uere nonnullos sanguinem asserit, quod quo pacto fiat, inquirere per ociū licet, præsertim cum nos quæstionem hanc, in libro Erasistrati de sanguinis excreatione, perpēdamus. satisq; est nunc, si illud cognoscamus: fieri interdum, vt absq; vlla pulmonis affectione ex costarum læsione aliqui sanguinis sputum educant. Quin & in alijs sæpe inspexistis, cum è cute non vulnerata sed integra in fracturis cruentus humor emanat sic, vt fascias omnes imbuat: cum tamen multo densior cutis circa membra longa, quæ κώλα appellantur, sit, quàm quæ subcingit costas membrana, vt nihil mirum esse debeat, si per eam quippiam in interiorem partem ex affecta costa effluat: quod statim postea in gutturales cauitates pulmonis in expirationibus excipiat. Quemadmodum in ijs videre licet, quibus vulnerata membrana hæc fuerit, quicquid, n. per vulnus in thoracem infuderis, statim ad os ascendere conspicitur. Id quod Erasistratus nō aduertens in absurdas rationes inductus est in libro, quem de sanguinis excreatione inscripsit: quæ quā prauæ sint, ex me sæpe super ipso opere differente audiuiſtis.

59 Riuī enim in cassā parte unicusq; costæ obtentā, & tenores ab opportunissimis partibus corporis exortus habent.

unde

Gal. in lib. Hipp. de articulis

unde multi & tussiculosi, & uomicosi, & suppurati, & linamentarij effecti sunt: in costæq; siderationem inciderunt. **E**
 Quod si etiam nihil huiusmodi contigerit, tardius tamen dolore desistuntur, quibus contusa caro tantum circa co-
 stam, quam quibus fracta etiam costa fuerit. Magisq; his dolorum recidivas patitur locus. Magisq; tales noxas negli-
 gunt nonnulli, quam si costa fracta ipsis sit.

Riuos appellat arterias ac venas: cassam costarum partem, quæ inter ossa intercedit, vbi inter-
 costales musculi sunt: tenores, neruos. Hæc autem omnia ab opportunissimis corporis partibus
 exoriri ait, propterea q; venarum harum origo, non secus atq; artieriarum iuxta cor est, nerui ve-
 ro à dorsualibus qui circa thoracem sunt, ortum habent: quadamq; communicatiõe cum reliquo
 neruorum pari iunguntur, qui à cerebro descendunt. Quæ deinceps scribuntur, siquis memoria
 teneat omnia quæ superius in his commentarijs dicta sunt, patent.

Et tamen exactiore curatione indigent hi, si sapiunt. De victu enim detrahendum, & quiescendum corpore quam **60**
 maxime: à uenereq; abstinendum est.

Exactiorem: exquisitiorem, accuratioremq; vocat, vulgari & vili contrariam. **F**

A' cibisq; omnibus pinguibus, aspredinosi, & ualidis. **61**

Quicumq; cibi fauces exasperant, tussiculamq; prouocant, aspredinosi hic ab aspredine, quam
 afferunt, vocantur: id quod pinguibus, & acidis, & acribus accidit. validos autem appellat, qui diffi-
 cilis concoctionis sunt. Verbum autem hoc/aspredinosum/in accuratis exemplaribus κερχνωδες
 perχ in secunda syllaba scriptum reperitur: quod à κερχνω fit. κερχνω enim lones κερχνω, id est
 milium nuncupant: quando videlicet sensus in faucibus exiguarum aspredinum speciem, perin-
 de ac milij præfert: quasi miliosos dixeris. Quod vero superius de ijs qui circa pulmonem tuber-
 culis diuturnis & imaturis affecti sunt, dixit: quod anhelii & suspiriosi fiant: id absq; χ, κερχνωδες le-
 gitur: idq; à κερχνω deducitur: quod sonum & sibilum facere significat: quasi sibilosus dicas: cū vel
 angustia aliqua, vel humiditas amplior, vel, quod plerunq; contingit, vtraq; hæc spirandi meatus
 occuparunt ita, vt sine sono euadere spiritus nequeat: cuiusmodi spirationem densam nonnulli ap-
 pellant. Cur autem à tussim mouentibus cibis abstinere iubeat, apertum est: cum quiescere om-
 nia affecta membra debeant. Vnde etiam postea tacendum esse censet. Alia quoq; omnia, quæ
 vehementem motionem toti corpori afferunt, manifesta causa est cur cauēda esse moneat: q;ppe
 cum vnà cum toto pars etiam agitetur. **G**

Tum uena ad cubitum secanda: tacendumq; quam maxime est. Plagulis uero locus contusus non multiplicibus, sed **62**
 multis longeq; latoribus quæ contusio sit, tegendus: ceratoq; sublinendū. tñ linteis latis, latis mitellis, & mollibus deli-
 gandum: mediocriterq; astringendum ita, ut neq; ualde se compressum esse dicat qui deligatur, neq; laxè. Incipere autē
 supra collisionem debet qui deligat, ibiq; astringere maxime.

Memoria tenendum hoc vobis quoq; est, aduersus eos qui ob solum plenitudinis, vt vocant,
 concursum admittendam venæ sectionem opinantur: è quorum numero quoq; est Menodotus
 experimentarius. Sed eorum sententia & in libro de sanguinis missione per venas, & in libro de
 plenitudine falsa esse demonstrata est: cum alijs, tum eo redarguta, quod ob huiusmodi percussio-
 nes in quibusdam corporis partibus illatas ad venam secandam deuenimus: licet qui id patiuntur
 pleni habitu non sint: quodq; nisi vena incisa sanguis detrahatur, maxime inflammationes oriun-
 tur: ex quibus mala proculdubio accidentia consequantur. **H**

Deligationemq; ex duobus initijs facere, ne cutis quæ circa costas est in alterutram partem inclinetur, sed equaliter **63**
 preponderet, deligandūq; in uel singulis, uel alternis diebus. Meliusq; est, ut leni aliquo alio ducatur: quantum uideli-
 cet ad exaniendum cibum sufficiat. & decem quidem diebus extenuemus: deinde alamus corpus, & obesemus.

Laxa supra costas cutis plerisque est, & præcipue si pingues non sint: vel si eo tempore nō fue-
 rint, quo læsionem passi sunt. Hos igitur inquit, ex duobus initijs, id est à medio orsa fascia esse de-
 ligandos: propterea quod si ex vno initio fasciantur, in alter utram partem ijs cutis soleat inclina-
 ri. Sed si ex superabundanti cautione pingues quoq; ita deligaris, nihil lædes: præsertim si iuxta
 alam (ibi enim laxior est cutis) contusio sit.

Sed cum extenuamus, astrictiore: cum ad obesitatem deducimus, laxiore utēdū deligatiõe est. Et si inter initia san- **64**
 guis expuitur, cura ad quadragesimum usq; diem adhibenda est, & deligatio facienda. Si non expuitur: satis, ut plu-
 rimum, viginti dies erunt. Ex vi autem uulneris tempus coniectandum.

Hoc commune omnibus fracturis est. Dictaq; à me etiam superius multa alia sunt ex ijs, quæ
 nunc ab Hippocrate dicuntur, cum librum de fracturis explanabamus. Inde ea repetenda vobis
 memoria sunt, non mihi scribendo iteranda.

Nam qui tales contusiones neglexerint, etiam si nihil aliud mali patientur, illud certe non euitabunt, quin locus af- **65**
 fectus mucosiores carnem contrahat, quam prius habebat. At ubi tale aliquid destituitur, neq; ad bonum habitum
 sanatione

A sanatione reducitur: deterius quidem est, si iuxta os mucosum id destituatur: quippe cum neq; amplius caro simili modo os attingat. & os ipsum morbosius efficiatur: quin siderationes quoque ossis diuturnæ ex his occasionibus multis iam contigerint.

Mucosum humorem eum consuevit appellare, qui lentore quodam, & albedine præditus est: qui ad exangues partes, hoc est ossa & cartilagine cogi consuevit: cum imbecilla ita natura est, ut bene conficere alimentum in ipsis nequeat: sed quali semicoctum quid relinquat. Non secus atq; in oculis membranæ relinquunt, cum lippitudine ea laborant, quam *λίμνη* vocat. Imbecillior autem natura euadit, aut ex propria intemperatura, aut ex multitudine humoris, qui illuc confluit: quemadmodum in præternaturalibus tumoribus euenit. Reliqua orationis huius apta sunt.

66 Verum si etiam iuxta os minime sit, sed ipsa caro sit mucosa: sic quoq; recidivæ & dolores interdum sunt, si quis forte corpore laborarit. Propterea deligatione utendum est tum bona, tum conveniēte: quoad exiccata atq; absorpta hæc exuccatio fuerit, quæ in contusione extiterat: carneq; sana oppletus locus fuerit, caroq; ossis augetur.

B Caro non propria sui ratione sit mucosa, aut quæcūq; alia pars, quæ sanguine prædita est. proprium enim eius excrementum eiusmodi est, cuiusmodi in fluxionum affectiōibus, & iecinorarijs deiectionibus apparet. Vnde frequenter in ossibus, aut cartilaginibus, aut membranis: raro in carnibus mucosus hic humor colligitur: aut ex cōmunicatiōe, quam cū illis partibus habet, aut ex copia succi qui illuc confluit, quando pituitosus & mucosus collectus ibi humor est. qui sanè exinaniri difficulter potest: cum neque perfusionibus, neque cataplasmatibus, neque medicamentis aut attrahi, aut discuti valeat, neq; alia aliqua re: nisi prius attenuatus, atq; in vaporem dissolutus fuerit, quoniam vero lentus humor dissolui in vaporem non facile potest: iccirco difficulter euacuatur. Vbi igitur huiusmodi aliquid excrementi relinquitur, leui de causa fit, ut pars ea vexetur: cum ob imbecillitatem prompta ad excipiēda excrementa omnia reddita sit, quæ in reliquo corpore vel qualitate, vel quantitate aggregantur.

67 Quibus autem neglectum hoc malum inuenerunt ita, ut & dolore locus infestetur, & caro submucosa sit: ijs optimum in adustione præsidium est. Et si caro ipsa sit mucosa, usq; ad os aduendum est: sic tamen ut os minime calefiat. Si inter costas sit malum, neq; ita in summo adustio faciēda est: modo caueas, ne in ulteriorem partem deurendo penetres. At si ad os contusio esse uideatur, sitq; adhuc recens, nondumq; sideratum fuerit os: si parum quidē occupet loci, ita aduendum est, sicut dictum est: si prælonga suspensio circa os sit, plures uestiones iniiciēdæ. De sideratione autem costæ simul cum linamentariorum medicina dicetur.

Cum lentum humorem medicamentis absumere nō possumus, reliquum est ut adustione succurramus, quæ quo modo faciēda sit, manifeste declarauit.

DE FEMORIS LUXATIONE AD COXAM.

68 Cum femoris articulus à coxa excidit, quatuor modis promoueri consuevit: in interiorem partem sæpissime: sepe in exteriorem, in posteriorem & anteriorem interdum, sed raro.

Qui coxæ acetabulum inspexit ei opus non est, ut à me cur in interiorem partem femur sæpissime, deinde in exteriorem excidat, causam intelligat. Acetabuli enim profunditas omnibus in partibus æqualis non est, unde fit, ut qua humilius supciliū eminet, inde articulus facilius exiliat.

69 Quibuscūq; igitur intro excesserit, crus ijs, si alteri comparetur, longius duabus de causis merito apparet, nam & ossi quod à coxa procedit, superiusq; ad pectinem fertur, caput femoris insidet: articuli uero ceruix in acetabulo uebitur, ab exteriore autem parte, utpote cum in interiorem caput brachij profluxerit, clunius sinuata conspicitur.

Ferè omnia ipse à principio exorsus ita aperte scripsit, ut explicare clarius queat nemo, quin & causas etiam eorum quæ dicit, manifestissime subiungit. Quare id quod sæpe à me dictum est, nunc etiam repetam. Siquis ijs, quæ dicuntur, animum aduertat, si non semel, at certe iterum, ac tertio relecta facile intelliget.

70 Extrema femoris pars ad genu, tibia item, & pes simili modo spectare in exteriorem partem coguntur. Vnde fit, ut quia pes extra uergit, medici ob imperitiam sanum pedem ad hunc, non hunc ad sanum applicent. Propterea multo longius læsum crus, quàm sanum apparet.

Hoc quoq; commune esse omnibus ossibus, quæ secesserunt, ut alterum extremum in oppositum locum, quod id quod excessit abeat: superius demonstratum est. nunc igitur etiam cum caput femoris intro cesserit, merito alterum extremum quod est ad genu, in exteriorem partē uergit.

71 Multis quoq; alijs modis obintelligentiam hæc habent.

Obintelligentiam, hoc est *παροσύνοσις*, non deceptionem absolute, sed eā quæ ueritati adiacet, atq; ob id probabilis uidetur, appellare Hippocratem solere, dictum etiam à me superius est: cum præter id quod uerum est, intelligimus atq; aberramus. Hæc autem deceptio de qua nunc loquitur,

Gal. in lib. Hipp. de articulis

tur, sit cum in comparando affectum membrum sano à naturali figuratone membri aberrant nō nulli. Cum enim deberent protendendo rectā ad sanum crus affectum comparare: è contrario faciunt: sanum affecto applicant. E

Sed neq; conſlecti ad inguen, quemadmodum sanum poteſt. quin & ſi contrectemus, caput femoris in interſeminco evidenter extuberare ſentitur. Atq; hæ notæ quidem eorum ſunt, quibus intro femur exciderit. 72

Conſlectitur quidem, ſed cum dolore, & non prorsus: cuius rei in cauſa ſunt muſculi à poſtiori parte ijs qui inſlectunt femur oppoſiti: qui vſq; ad integram conſlexionem ſine dolore nō conſequuntur. quoniam cum ita femur luxatum eſt, amplius quā naturaliter conueniat, ſinguli in ſummis inſlexionibus ſubſiſtunt.

At quibus elapſus articulus reuerſus non fuerit uel fruſtratione uel neglectu: ijs circūuolutim nō ſecus ac bobus ambulatio fit: & in ſano crure uexatio plurima contingit. 73

Cum longius alterum crus in luxatione euadat, necelle eſt, vt qui ita ſunt affecti, ingreſſionem non ſecus ac boues faciant. propterea quòd quemadmodum in principio huius libri ipſe quoq; dixit: illi etiam laxum articulum coxæ habent. Sed fortalle cauſa huiuſce rei non tantum in laxitatem dearticulationis, uerum etiam in muſculorum qui ipſum mouent, debilitatem erat referēda. non enim ſi robuſti eſſent, difficulter dearticulationem inſlecterent. ea uero inſlexa circūferre in exteriorē partem crus minime eſſet necelle. Crurum ſiquidem ingreſſio fit, dum alterutrum per uices & firmatur, & mouetur. quando enim ſiniſtrum firmatur, tunc dextrum à poſtiori parte in anteriorem traducimus: eoq; ibi ante collocaſſe ac firmato, ſiniſtrum rursus à poſtiori parte ſimili modo prorsus mouemus. ſicq; eo in anteriore parte firmato rursus ad dextrum promouendum redimus: atq; ita ſubinde facimus: ſemperq; alterum erectum in terra firmamus, alterum, quòd mouemus, attollimus. Si enim natura eſſet comparatum, vt neque ad genu, neque ad coxam inſlecti crura poſſent: transferre crura tanquam ligna quædam prorsus cogere ſic, vt in altum aliquatenus alterutrum ipſorum ſublata, in orbem poſtea circūuolueremus. ſed quia utriſque his dearticulationibus contrario quidem inter ſe, at toti cruri perquam utili modo inſlecti poſſunt: iccirco abſque eo vt in orbem circūferamus, uel attollamus crura tanquam ligna, commode ingredimur. Nam dearticulatio, quæ eſt ad inguen, in priorem partem femur: quæ eſt ad genu, in poſtiorē tibiam attollit. vt etiam ſi crus quòd traducimus, longius eo ſit, quòd in terra firmatum eſt: non opus ſit tamen vt in exteriorē partem circūuoluatur: ſi modo muſculos ualidos habeat, qui cito inſlectere utranq; dearticulationem queant. Cum uero prompte inſlectere ob imbecillitatem non poſſunt, doloremq; auerſantur: circūferre id in orbem coguntur. Nihil enim ne attollere quidem rigidum ſicut lignum muſculis licet, qui imbecilli ſint, aut dolore afficiantur. Atque ob hæc potius, quàm ob longitudinem, quæ cruri accedit, ingreſſionem circūuolutim fieri, ex eo, quòd ipſe Hippocrates ſubiungit, exemplo manifeſte cognoſces. inquit enim: nam & quicumque in pede aut tibia ulcus habent, ingredi crure non admodum poſſunt: & infantēs ita ambulant. His ſiquidem ita ingredi contingit, licet crus longius ipſis non euaserit, ex dolore quo attentantur, cum dearticulationes inſlectūt, ad inguen & genu præcipue, tū etiam ad talum. hæc enim dearticulatione ſummum crus reſimari necelle eſt, cum naturali ingreſſione ambulamus: ſurſumq; attolli totum pedē. alioqui, n. præfertim inæquali in ſolo offenderet. G

Cogunturq; hi circa ile & circa articulum luxatum manci & obſtupi eſſe. 74

Non cum firmato ſano crure alterum luxatum mouent, & transferunt, hoc modo figurare ſe ipſos coguntur: ſed cum affectum firmantes, ſanum traducunt. Non enim læſum ſuperiecto corpori erectum ſubſtat, quemadmodum cum naturali in ſtatu erat, ad rectam lineam in ſolo firmatum: ſed obliquum ſic, vt ab inguine in exteriorē partem promoueatur, in quam etiam corporis partem, quæ è directo ad crus affectum ſita eſt, inclinare conſueuerunt: quippe cum in periculum ueniant, ne in contrariam partem ſubuertantur, atque ita fit, vt ad ile corpus contrahant, ac recipiant. *Κενώμα* enim, id eſt ile, locum eum uocat, qui inter illoſū oſſa & adulterinas coſtas intercedit: propterea quòd *κενός*, id eſt uacuum & caſus oſſibus eſt: quaſi caſum dixeris. Sed cum neque hoc modo læſum crus geſtare corpus tum ob imbecillitatem, tum ob figuratōnem queat, ſubſidio indiget: quòd qui id patiuntur, ab ipſa re edocti manu ſuffulciendo afferunt: atque id ubi maxime eſt opus, extrinſecus ad femur. Id quòd cum ad partem eam affecti cruris inclinari eos cogat, ipſorum obſtipitatem atq; obliquitatem circa ile auget. Nam ſiquis etiam abſq; cruris in exteriorē partem porrectione hæc figuratōne conſtituatur, ile ipſi ſubſidit ac ſinuatur. H

*In ſano uero crure in exteriorē partem clunis rotunda extare cogitur, nam ſiquis pede ſani cruris extra ingredere-
tur:* 75

A rur: reliquum corpus in læsum crus gestandum reijceret, sed gestare id læsum crus non potest: quo modo enim posset quare cogitur pede sani cruris intus, non extra ingredi. Ita enim fit, ut sanum crus maxime partem corporis quæ sibi, & cruri læso imminet, sustineat.

Immutata loquutione obscuritatem quandam induxit: ita enim erat dicendum: ut ego nunc subiungam. In sano vero clunis in exteriorem partem rotunda extare propterea cogitur, quia intus crure hoc ingrediuntur. si enim quis extra ingrederetur, reliquum corpus in læsum crus gestandum reijceret: id quod fieri non potest. Ita enim fit, ut sanum crus maxime corpus sustineat &c. hoc est, hoc modo, quando videlicet sani cruris pede ingredimur: tunc enim totum corpus firmari optime potest, ut subuerti difficulter queat.

76 Cum autem excauentur & ad ile & ad articulum pusilli uidentur: cogunturq; baculo à latere sani cruris reniti. Ea parte enim baculi contatione ac renisu est opus: quippe cum in eâ & clunes uergant, & pondus corporis ingruat.

B Quia affectum crus superpositam sibi corporis partem gestare non potest, propterea & totum crus sanum quam intimam in partem subiiciunt: & ipsi supra id toto corpore incumbunt. Fit enim, ut cum in alteram partem propendeant, periculum sit, ne in contrarium à crure affecto subuertantur. quemadmodum igitur, cum transferre in anteriorem partem sanum uolebant, manu affectum suffulciebant, ne sublaberetur: ita sanum baculo firmant, eiusq; auxilio subniruntur.

77 Coguntur etiam inclinari: quippe cum manum læso cruri à latere femoris obfirmare compellantur. In crurum. n. uicissitudine corpus gestare læsum crus nequit, nisi ad terram compressum detineatur.

Hic quoq; obscuritatem quandam creauit, cum non dixerit se ad reliquam partem ingressio- nis transire. Hucusq; n. de parte ea ingressio- nis loquutus est, in qua crure quod naturali in statu est, in terra firmato alterum affectum in anteriorem partem traducitur. Nunc uero de altera ingressus parte agit: cum affecto crure firmati ac subnixi sanum traducit. sed paulo ante de hac ingressio- nis parte dictum iam est.

78 His igitur figuratiõibus uti coguntur ñ, quibus in interiorem partem prolapsus articulus non redierit, nihilq; ho- mo prae meditatur ut ñ facillime figuretur: sed casus ipse ex presentibus facillime eligere edocet. Nam & quicumq; in pede aut tibia ulcus habent, insistere crure non admodum possunt: & infantes ita ambulant: læso enim crure extra ingrediuntur.

C Cum duabus figuratiõibus non vna utantur in deambulationibus illi qui hoc modo affecti sunt, merito /his/ dixit. Altera enim est, cum manu crus læsum suffulciunt: altera, cum in sanum toti incumbunt. vnde etiam conti & baculi subnixione indigēt. Quia re fit, ut in contraria his corpus diuergat, modo in dextram partem inclinatis cum dextro pede: modo in sinistram, cum sini- stro firmantur. Hisq; præterea deformiore uti figuratiõne in ingressione contingit, q̄ ijs quibus coxa in exteriorem partem luxata est, de quibus deinceps dicet.

79 Ac duplex lucrum consequuntur: duplici enim indigent, nam & corpus non similiter supra crus extra ingrediens gestatur, sicut supra id quod intus est, non enim è directo ad ipsum est pondus: sed multo magis ad id quod subingre- ditur, ipsi siquidem & in ipsa ambulatione, & in crurum transmutatione è directo incumbit pondus. In hac figuratiõ- ne sanum crus citissime supponere poterit, si eo quod læsum est exterius, sano interius ingrediatur. De quo igitur est ser- mo, bonum est ut sibi ipsi corporis eas figuratiõnes reperiat, quæ facillimæ sint.

D Dum extra affectum crus circuducunt, intus uero sano firmantur, duplex lucrum consequuntur: q̄ neq; læsum crus grauatur toti corpori subnixum: neq; ministeriũ diutius subit, cum sanum p breuissimum interuallũ moueatur. Nam si diligenter aduertere uolueris, atq; obseruare tem- pus quo vtrunq; crus ambulationi ministerium exhibet: nõ modo duplo, sed triplo amplius esse alterum altero reperies. per paucissimam enim distantiam etiam celeri delatione sanum moue- tur: agrum uero per longissimam & tarde. Quanto autem maior sit ingressio, quæ circulo duci- tur, q̄ quæ in rectum fit, patet: etiam si vtriusq; termini iidem essent.

80 At cum ijs qui nondum ad integrum incrementum peruenere, elapsus articulus non est reuersus: decurtatur eis femur, tibia, & pes. Neq; enim ossa in longitudinem similiter auferunt, sed breuiora efficiuntur, & præcipue femur.

Totum crus, inquit, minus efficitur & breuius, quibus femur, cum nondum ad integram lon- gitudinem excreuisset, luxatum est. id quod commune cæteris quoq; articulis est, quemadmo- dum etiam prius dixi. Cuius quidem rei communis causam ipse subiunxit, sicut mos ei est: ut in particulari aliquo, quod commune est, semel commemoret. ob id enim inquit, absq; auctiõne atq; alimẽto crus relinquĩ, partim q̄a sede sua caret articulus: partim quia ad usum ineptum eu-
Septima Classis. NNNNNNN It.

Gal. in lib. Hipp. de articulis

fit. Ego vero superius gracilitatis & exiguitatis membrorum causam esse ocium dixi, ut quæ autem ex luxatione eueniunt. Vnde nescio quo pacto Hippocrates cum dixerit luxationem esse in causa, deinceps ocium & vacationem membri subiungat, luxatio enim non est quæ primo inducere innutricationem queat: sed media instrumentorum distortio, & vacatio intercedit.

*Carne item uacuum, & demusculatum, & effœminatum, & tenuius totum crus fit: partim quia sede sua caret ar-
ticulus: partim quia cum in naturali situ non maneat, ad usum ineptum euasit.*

Totius musculorum substantiæ partes sunt carnes, ut sæpe in musculorum dissectione in-
xistis: dum ostenderem ego duo esse sensus ipsorum elementa quæ sensu perciperentur, neruo-
sas videlicet fibras, & quæ extrinsecus ipsis accrescunt carnes. Cum igitur aliquis exercitati-
bus, & frictionibus robustior quæ erat, euadit: is fibrarum substantiam plenior, carnis vero te-
nuiorem quidem, sed validiorem tamen etiam ipsam habet. At ijs qui exercitati non sunt, è con-
trario euenit, cum enim fibras graciles habeant, carne multa, sed molli ob humiditatem prædi-
ti sunt: horum siquidem caro caseis qui coagulantur: illorum qui exercitati sunt, iam bene atque
integre coagulatis per similes est. Vnde fit ut exercitatorum musculi duri & nervosi sint, toro-
rumque delineationes euidenter præ se ferant: in exercitatorum molles & carnosæ appareant: nec
nisi obscuras & exiles circumscriptiones ostendant. Propterea Hippocrates cum his crus carne
vacuum fieri dixisset, animaduertensque plerisque exercitatis hominibus idem euenire: subiunxit
& demusculatum, quod idem est, ac si dixisset, quod nullas musculorum circumscriptiones ha-
bet, quæ sensu percipi queant. Non enim aliquos his musculos interire credendum est: sed sicut
deuenatum & venis carens corpus appellamus, quod venas nullas extantes atque apparentes præ-
fert: ita demusculatum dicimus, in quo musculorum delineationes obscuræ sunt. Adde quod de-
clarare apertius volens, qualis huiusmodi hominibus cruris species euadat, infert/effœminatū/
hoc est humidum & molle, & non astrictum sed fluidum: cuiusmodi in mulieribus videre licet.
omnia enim hæc de mulierum carne dici conuenienter possunt: à quibus per translationem/ef-
fœminatū/dixit. Tenuius/vero post omnia adiungit: ut omnium partium quæ in eo sunt, di-
minutionem ostendat: declaratque quod prius dixerat/decurtatur/hoc est γυῶται, quasi deartua-
tur, & demembratur dicas. Carne enim vacuum de sola carnis detractio: decurtatum vero de
omnibus cruris partibus diminutis dicitur.

*Vfus enim quidam à nimia effœminatione liberat: & nonnihil etiam ab exolescentia in longitudinem. Quibus-
cumque cum in uentre sunt, luxatus hic articulus fuerit, ij maxime leduntur. deinde quibus in prima infantia idem con-
tingit, minime omnium, qui luxationem sunt passi, cum adulti integre iam sunt: quibus qualis ingressio fiat, dictum
iam est.*

Ex Herodoto maxime licet cognoscere vocem hanc/quidam/hoc est μετέτερος, qua hic uti-
tur Hippocrates, nihil aliud significare apud Ionas quam ἐτερος, id est alius: sæpe enim Histori-
cus ille in hunc modum nomen hoc usurpat. Sed ex hac lectione non solum pro ἐτέρου, id est alio,
sed pro τινός, id est aliquo & quodam, sumi posse perspicuum est. Cum enim ante dixerit ex ocio
& vacatione crus huiusmodi luxatis decurtari & debilitari: ne aliquis perperam hoc interpre-
taretur, putaretque omnem usum huiusce membri esse interdictum: non omnem inquit: nam quen-
dam, hoc est moderatum esse eum, qui non modo noceat, verum etiam profit. Non secus atque
omnia cætera in toto salubri victu: id quod cum alibi, tum vno capite in sexto vulgariū mor-
borum in hunc modum ab eo dictum est: cum inquit. Labores, cibi, potus, somni, venerea, mo-
derata omnia sint.

*At quibus in infantia casus hic apparet: plerique corporis directionem ignauiter habent: maleque conuoluuntur ad
sanum crus, manu id ad terram suffulcientes. Quin & nonnulli iam adulti quibus calamitas hæc contigit, ignauiter
etiam ipsi deambulationem in rectum curant. Sed infantes hoc malo affecti, si recte educuntur & regantur, sano crure
in rectum utuntur: subiecto uero ale eiusdem sanæ partis scipione, id circiuducunt, quidam etiam utrisque alis idem
officium præstant: lesam autem crus suspensionem tenent.*

Iis quibus membra ætate confirmata iam sunt, cum accidit hæc calamitas, crure quauis claudi-
cante uti licet. infantibus vero admodum paruis, cum idem euenit: & si etiam ipsi, si bene guber-
narentur, uti eo secundum naturam possent: delidia quædam surrepit: ac propterea ignauiter
rectam ingressionem habent: id est negligunt, & præ delidia non curant. Sed quid mirum? cum il-
li quoque qui adulti sunt, idem quandoque faciant, dum recti claudicare non tolerant, sed, ut inquit,
ad sanum crus conuoluuntur. Quo conuolutionis verbo deambulationis modus cuiusmodi in
his fiat, manifeste declarauit.

Tantoque facilius se habent, quanto breuius lesam crus ipsi fuerit.

Facilius se habere inquit, promptius atque expeditius incedentes: id quod ipsis euenit, cum bre-
uius

A uius crus læsum ipsis est. Non enim est opus vt conuoluentes in orbem ipsum trāsferant: quem admodum cum integre adultis luxatio contingit. Illi siquidem cum lōgius ex luxatione effectum crus sit, circulo ipsum traducere coguntur: utiq; ea ingressione, quam circunvolutim in exteriorē rem partem fieri superius dixit.

85 *Sanum uero crus nihilo minus ualens ipsis est, q̄ si sana utraque essent.*

Merito hoc inquit, sano enim perinde utuntur, ac si utraq; essent sana. Cum igitur eius usus idem sit, qui esset, si utraq; in naturali situ essent constituta: efficitur, vt id & alimento plenum, & robustum nihilo minus habeant.

86 *Omnes tamen huiusmodi carnes cruris effœminantur, atque ut plurimum ab exteriorē parte magis quàm ab interiorē. Fabulantur nonnulli Amazonas masculam suam prolem statim ab infantia exarticulare consueuisse, partim ad genua, partim ad coxas: ut claudi uidelicet efficerentur, neque insurgere mares contra fœminas possent: eisq; uti ad manualia opera solitas: cuiusmodi futoria, aut fabrilia sunt, aut quoduis aliud sedentarium. Quod quidem sicut an uerum sit, nec ne ignoro: ita illud scio: siquis statim ab infantia puerulos exarticulet, tales esse euasuros.*

B Omnibus, inquit, carnes magis extra articulum q̄ intus effœminantur, cum in interiorē partem excessit: atq; hoc fit propterea q̄ exterior pars magis est ociosa, nam in interiorē, licet præter naturam, nonnulli tamen ad caput femoris fieri motus consueuerunt.

87 *In coxis quidem intus ne an extra facta sit luxatio, multum interest, in genibus interest etiam nonnihil, sed minus tamen. Vtriusque uero claudicantis modus proprius est. nam quod in exteriorē partem luxatum fuerit, magis decuratur, minus uero recti stant, quibus in interiorē luxatio contingit. Simili modo si ad talum luxentur, cum in exteriorē partem excedit, manci quidem fiunt, sed stare possunt: cum in interiorē, ualgi efficiuntur, & stare minus queunt.*

Mancum, hoc est κλλόν, nonnulli de omni membrorum longorum distortionē intelligēdum censent: generaleq; ei attribuunt significatum. Alij eam tantummodo distortionē significare asserunt, in qua in interiorē partem membrum inclinatur, quod cum accidit, necesse est vt summum eius, id est pes, intro contortus quasi mutilus & mancus appareat: id quod tamen ad stationis firmitatem non parum confert, nam illi etiam qui ex naturali constitutione vari & obtorti appellantur, stabilius stare ac firmiter solent: q̄ qui penitus recta crura habent: quemadmodum etiā declarat Archilochus his versibus.

33 *Magnum ducem & diuaricantem haud diligo.*

33 *Sed paruus is sit, atq; tortus cruribus:*

33 *Aptus stabiliter, corde plenus, ingredi.*

Accurata tamen hæc nominis huius κλλόν significationis disquisitio parum ad præsens propositum facere videtur: cum ex oratione ipsa Hippocratis res satis pateat. Cum enim in exteriorē partem prolabitur articulus, vt inquit, stare homines magis possunt, q̄ si intus prorumpat, estq; pes è directo magis ad totum corpus ijs, quibus coxæ articulus extrorsum: magisq; à directione recedit, quibus introrsum est eiectus. Scimus præterea eos q̄ natura ualgiore sunt, & infirmius stare, & neque currere celeriter posse: sed promptos ad subuersionem, & lapsum leuibus de causis esse. Hęc igitur rei differentia in coxa maximam, in genu secundam, tertiam in talo vim habet: quippe cum ex dearticulationis magnitudine magnitudo quoq; nocuenti consequatur. Ex his ergo satis constat melius & stare & ingredi posse, quibus caput femoris in exteriorē partem luxatum est: de quo paulo post dicturus est.

D

88 *Coactio tamen ossium talis fit: quibus ad malleolos tibiæ os excesserit, ijs pedis ossa minime coaugescunt: quippe cum quamproxime ea ad lesionem sint. Ossa uero tibiæ augetur non multo minus illa quidem: sed carnes tamen minuuntur. At cum ad talum in naturali sede manet articulus, ad genu uero excidit: tibiæ os non simili modo solet augeri, sed breuius fit: est enim proximum malo. Pedis autem ossa minuuntur quidem, sed non simili modo, sicut paulo ante dictum est: propterea q̄ articulus iuxta pedem est saluus. quod si eo etiam uti possent ut manco, minus adhuc pedis ossa diminuerentur. Quibus uero ad coxam luxatio est: ijs os femoris, cum proximum lesioni sit, non simili modo augetur: sed breuius sano euadit. Ossa autem tibiæ & pedis etiam non eodem modo diminuuntur: id quod ob id euenit: quia & femoris articulus qui ad tibiam est, & tibiæ qui est ad pedem, in natura sua perdidit. Carnes tamen totius cruris minuuntur, nam si uti crure possent magis augerentur ossa, sicut dictum est, excepto femore: minusq; carne uacarent, quamuis carne multo magis carerent, quàm sana. Cui rei argumento illud est, q̄ quicumque brachio ab ortu luxato anxi euascent, uel in auictione prius quàm adulti plene fuerint: i cum brachij os breuius habeant, cubitum & summam manum paulo exiliorem sanis ob antedictas has causas habent: quia brachium articulo luxato proximum est: ut ob id breuius euascent. Cubitus uero propterea non simili modo calamitati succumbit, quia brachij articulus qui ad cubitum est, in pristino statu naturali situs est, manus uero longius quoq; q̄ cubitus à malo hoc abest. Itcirco fit, ut his de causis ossa, & quæ coaugentur augeantur,*

Septima Classis

NNNNNNN ij

& que

875
 & quæ non coaugentur, absq; auſione remaneant. Nam ad carulentiam manus & brachij manus laboratio multum proderit. ad pleraque enim manus opera exercenda anſi ea manu parati ſunt, quæ altera exequi poſſunt: atque id nibilo peius, q̄ illeſa. Non enim ſupra manus, ſic ut ſupra crura geſtari corpus neceſſe eſt: ſed leuia ipſis opera ſunt. Quocirca ſit, ut ob uſum carnes neque in manu neque in cubito ancis imminuantur. Quin etiam brachium ipſum ad carnis plenitudinem ex hoc nonnullam utilitatem conſequitur. Nam cum coxa etiam in interiorem partem extruſa fuerit uel ab ortu, uel adhuc infanti homini, carnes ob id imminuantur magis q̄ in brachio: quia uti crure non poſſant.

Clara hæc omnino & deinceps ſubſequens oratio eſt: cuius hæc doctrinæ capita ſunt: Ea quæ articulis è propria ſede prolapsi ſunt uiciniora, incremento, & alimento magis deſtitui: quæ abſunt longius, minus. In luxationibus uero femoris quæ intus ſiunt, magis q̄ quæ extra, & augmento & alimento carens crus euadere: propterea q̄ & deterius mouetur, & magis impediuntur. Ancos uero, ita autem uocat, ut in luxatione brachij in alam declarauimus: id eſt γαλιόγκω-
 νας eos quibus cum adhuc augerentur eorum corpora, ex huiusmodi luxatione os brachij breuius eualiſit. illos igitur ancōs minorem læſionem in toto brachio ſentire, q̄ in toto crure hi quibus extruſus coxæ articulus fuerit: ea uidelicet cauſa, quia cum illi in pleriq; uitæ operibus laborare fatiſ poſſint: hi ſimili modo uti crure nequeant.

Atque hæc quidem in hunc modum ſe habere ex illis ſumere teſtimonium quoddam licebit, quæ paulo poſterius dicentur.

Teſtimonium dicendum ſe eſſe pollicetur, hæc in hunc modum ſe habere: hoc eſt licet præter naturam aliqua ſeſe habeant: ea quæ minus mouentur, magis & incremento et alimento deſtitui ſolere. Promittit ſanè ipſe Hippocrates ſe id in ijs, quæ paulo inferius dicentur, demonſtraturum. Quocirca ego quoq; cum ad ea uerba, ubi hoc exiſtit, deueniam: hoc ſignificabo.

At enim quibus in exteriorem partem caput femoris excidit: ijs crus affectum, ſi alteri obtendatur, breuius apparet: merito quidem. Non enim ſuper offe, ſicut cum intro excidebat, caput femoris inſidet: ſed præter os inclinatum in carne humida & cedente firmatur: unde breuius apparet. Ab interiori uero parte ad grefſuram, quæ πλιχὰς uocatur, mancius femur & macilentius: extrinſecus incuruatio clunis conſpicitur: utpote cum in exteriorem partem femoris caput prolapsum ſit. Quin & ſuperius clunis apparet: eo q̄ hac parte caro capiti femoris conſeſſit, extrema autem pars femoris ad genu, & tibia, & pes introrſum tendere conſpiciuntur.

De ſecunda coxæ luxationum differentia nunc ſermo ipſi inſtituitur: ſigna q; quæ apparent, commemorat, & cauſas ſubiungit, ſicut in alijs omnibus fecit, ab experimentaria doctrina nihil recedens. Sed tota quoque hæc oratio perſpicua eſt.

Sed neq; conſteſcere quemadmodum ſanum crus poſſunt. Atq; extra quidem prolapsi femoris notæ hæc ſunt.

Atq; hoc ſit, quia muſculi à poſteriori parte flexioni reſiſtunt: cum in tali figuratiōe extensionem tolerare diutius nequeant.

Quibus uero iam integre adultis elapsus articulus non rediit: ijs totam crus breuius apparet. In ambulatione autem calce contingere terram nõ poſſunt, ſed pedis pectore in terra inſiſtunt: paululumq; in interiorem partem ſummis digitis uergunt. Magisq; multo his geſtare corpus læſum crus poteſt, q̄ quibus in interiorem partem luxatio contigit: partim quia caput femoris & ceruicæ articuli cum in latus tendat, maiori parti coxæ ſubſtat: partim quia ſummus pes non extroſum cogitur prominere: ſed prope ad directionem, totius corporis, & interius etiam tendit.

Pectus pedis uocat, quod à diſſectionis profeſſoribus ſolum pedis nuncupatur, ſeu planta: quæ ad initium digitorum ſita eſt. Quibus enim naturalem in formam figuratus eſt pes: ij mediam partem cauam habent, quæ à poſteriori parte ima calcis extremitate: à priore initio ſoli terminatur: ut ijs & calce, & ſolo, & ultimo digitorum carnoſo apice in terra firmatis, reliqua quæ inter hæc ſinuantur, præter exteriorem partem, quæ tota terram contingit: ſuſpenſa habeantur. Praue tamen nonnullis pedes formati ſunt: quemadmodum qui plani ſeu planipedes nominantur: qui mediam partem non cauam, ſed eminentem ac planam ab interiori parte habent. quorū formatio valgus cum ſit perſimilis, in hac oratione ab Hippocrate prætermiſſa eſt. Conſidera igitur quæ deinceps dicuntur, in formatiſ ſecundum naturam ſingula perpendens. Hi ſiquidẽ cum moderate progrediuntur, totum calcem, & ſolum, & carnoſos digitorum uertices in terra firmant. At ſi maxima digreſſione conentur incedere: inter initia quidem calce: deinde quãdo iam in priorem partem alterum crus traducunt: tunc ſolo quoq; terram contingunt: poſtremo quando ſimili modo altero pede in longiſſimum interuallum progredi uolunt, in terra firmare calcem incipiunt: tum firmati prius pedis calce ſublato, ſummis digitis terræ obnituntur. Atq; hæc eorū qui naturaliter conſtituti ſunt, ambulatio eſt. Eorum uero qui ex affectiōe aliqua, aut longius, aut breuius habent crus: duplex utrorunq; cauſa eſt: aut enim humiditas multa neruoſarum partium, aut luxationis genus: de quo nũc propoſitum eſt. Modus uero ingreſſionis priorum eiufmodi

A modi est, qualis paulo ante dictus est: secundorum, qualis nunc commemoratur. Nam cum, ut superius dixit, caput femoris carnosam sedem excipiat, non os, quemadmodum in altera luxatione: fit, ut ibi cedente carne, & unoquoque musculo ad proprium caput suum retracto, simul totum femur contrahatur. Atque ideo minus crus totum altero apparet, neque simili modo terram contingere, sicut cum in naturali statu erat crus, possunt. Quando igitur ingredi coguntur, qui ita affecti sunt: contrarium in modum pedem figurant, quod illi qui antea dicti sunt: quibus longius crus laesum, quod sanum esse videbatur. Illi enim ad tali dearticulationem pede resimato sursum digitos attollebant, hi contra inclinant, & descedunt in terram pedem: ac summis digitis eam attingere conantur: propterea fit, ut circa coxam affectam sese demittant: quo non solum summos digitos in terra firment, verum etiam multo amplius ex pede quam digitos: hoc est eam quoque partem, quam a dissectionis peritis solum, & plantam appellari dixi, peccus Hippocrates nuncupavit. Quod si calce etiam in terra velint desidere: adeo demittere, ac deprimere coxam affectam coguntur, ut cum in alteram partem toti propendeant, periclitentur, ne cadant. Hac de causa ne tentant quidam in ingressione uti calce.

B Cum tamen in carne, in quam prolapsus est, articulus moram inuenit: & caro lentorem contraxit: dolore uacans temporis processu euadit. Cum uero dolore uacat, absque baculo, si alioqui uoluerint, possunt ambulare: possuntque corpus leuare sustinere. atque ob usum his fit, ut minus carnes effœminentur, quam illis de quibus paulo ante dictum est. Effœminentur uero uel magis uel minus: magisque ab interiore parte, quam ab exteriori plerumque effœminentur. Ac nonnulli quidem horum calcem sibi inducere ob rigiditatem cruris non possunt: nonnulli etiam id possunt. Quibus uero cum in utero sunt, luxatus hic articulus, aut cum adhuc adolescunt, uel eiectus non redierit: aut etiam ex morbo excefferit, extrususque fuerit (multa enim huiusmodi contingunt) horum inquam nonnullis, si insuper sideratum femur fuerit: suppurations diuturnae, & quae linamenta desiderant, exulcerationes eueniunt: ossiumque nonnullis denudationes. Simili modo uero tam quibus sideratur, quam quibus non sideratur, os femoris multo breuius altero euadit: uel augeri simul cum sano non solet. Ossa item tibiae laesi cruris breuiora quidem etiam ipsa, quam sani efficiuntur: sed paulo tamen, ob easdem causas quae superius etiam commemoratae sunt. Possuntque hi ambulare: alij eodem modo, ut iam integre adulti, quibus elapsus articulus repositus non fuerit: quidam sic, ut toto etiam pede insistant.

Per translationem moram. i. τριβον dixit à locis diuturna à uiatoribus imoratione attritis, atque assuefactis. Eiusmodi autem oratio eius haec est. Cum caput femoris propria sede elapsum in exteriori parte in carne firmatum fuerit: inter initia qui id patiuntur ex compressione dolore afficiuntur: postea uero temporis processu caro ibi, non secus ac fossorum manus, occalescit. Quod cum fit, locus dearticulationi similis euadit: cum mora illa, quemadmodum antea acetabulo coxae, caput femoris utatur. Nam praeter alia etiam humor quidam ibi coalescit, à principio ex inflammatione amplior quidem collectus: postea parte eius tenuiore, & aquosa medicamentis extrinsecus impositis dissoluta, lentus ac mucosus relictus: id quod ad motionem capiti femoris commodissimum est. Ob hanc enim humiditatem mora illa tanquam articulo utuntur: magisque in exteriori quam in interiori partem inclinantur. Oppositas uero partes istas quae articulum elapsum exceperere macilentiores, & molliores fieri, propterea dictum quoque superius est: quia ab operatione magis vacant. Nam illinc ubi firmatus articulus est: licet praeter naturam nonnullae tamen motiones existunt. primae quaedam, & ex accidenti nonnullae leues, quae ex primis illis consequuntur: quamuis partes illae effœminentur. Atque hoc testimonium illud est, quod in sequentibus diciturum se esse pollicitus est, de istis partibus quae magis uel minus alimento destituuntur, & attenuantur.

D Sed diuergunt tamen in ambulationibus à breuitate cruris coacti. Haec autem huiusmodi eueniunt, si diligenter in figurationibus, & recte in quibus oportet, fuerint instructi: & prius quam ad ambulationem confirmantur, & postquam confirmati fuerint, nihilominus diligenter & recte. Plurimam diligentiam requirunt quibus à prima infantia malum hoc contigerit. nam si in infantia neglecti fuerint, istis inutile profus, carensque augmento totum crus euadit: carnesque totius cruris magis quam sani diminuantur. multo tamen minus, quam quibus intro exciderit articulus, ob usum & laborem, ut statim uti crure ualeant: quemadmodum paulo ante de ancis dictum est. sunt uero nonnulli quibus partim ab ortu statim, partim ex morbo utrorumque crurum articuli in exteriori partem excefferunt. istis ossa quidem istis noxiis afficiuntur: at carnes minime effœminentur, satisque carnosae etiam, nisi quid ab interiore parte paululum deficiat, crura ipsa euadunt. Ob id autem sunt satis carnosae, quia utrisque cruribus simili modo utuntur.

Quidnam significet diuergunt, id est διαρρέποναι, hoc est in utramque partem propendent, & inclinantur: licet superius etiam dictum sit, nunc tamen etiam dicitur. Cum femur in interiori partem luxatur, attrahitur à musculis qui hac parte sunt, ut paulo ante diximus: atque una cum eo totum crus contractum breuius efficitur: ut uix attingere terram queat. Hac de causa solo pedis pectore, dum ingrediuntur, uti coguntur: ac toto corpore ad affectum crus, dum eo insistant, inclinantur. Necesse igitur ipsis est, ut cum sano operari uoluerint, in ueriori partem id traducendo, in id rursus femore erecto uergant. atque ita in ambulatione in duas has figurationes alter-

natim subinde immutentur, dum eo tempore quo naturaliter affecto crure firmantur, corpus at tollunt, atq; erigunt: quo vero in læsum crus incumbunt, in eam partem demittunt, atq; inflectunt. Transmutare igitur corpus modo ab erecto & arduo statu in humilem & flexum: modo ab humili & deflexo in erectum & celsum, diuergere appellauit: vno hoc verbo hanc figurationum vicissitudinem significans.

Simili enim modo in ambulatione hac & illac iactantur: maximeq; cluneminuli ob articularum excessum uidentur. 95

Quibus vtrique articuli luxati sunt, cum vtraque crura in exteriorem partem promineant, mutatio figurationum totius corporis in ambulando similis in vtroque crure fit: sicut in altero tantum exarticulato fiebat, cum eo in terra impresso, deprimebantur ad ile & excauabantur. Nam cum affecto crure firmabantur, hoc modo figurari consueuerant: cum altero sano insisterent, arduum attollebant corpus, directumq; ile efficiebant. Nunc vero vtriusq; cruribus tam dextro quam sinistro simili modo inclinantur, ac nihilo minus hac quam illac diuergunt in pedum firmantium vicissitudine. Id quod iactari in ambulatione dixit. Diuergere enim & iactari, id est διαρῆπεν & σαλεύει idem ferè hic significant, communius tamen est iactari, quam diuergere. Hic enim euenit vt similiter vtriusq; corporis partibus figurentur: dum per vices alterutrum crus in terra sistit. prius vero non ita erat, sicut demonstratum est.

Quod si non siderata ossa ipsis fuerint, nec gibber supra coxam contigerit (nonnullos enim talia quedam etiam occupant) si igitur huiusmodi aliquid non euenit, satis salubres in reliquis degunt. 96

Ex crurum luxatione per contagionem gibberosos nonnullos fieri perspicuum est: inflammatione primum in vertebrarum copulis exorta, deinde duratione quadam ibidem relicta. Quippe cum fieri hoc etiam in locis extrinsecus conspiciatur, in poplite videlicet, & in cubiti dearticulatione: quin et in digitis non raro, quod ἀγκύλων, i. amentum vocant. Fit. n. in huiusmodi dearticulationibus amentalis hæc extuberatio non nisi ex duratione quam σκίσηρον dicunt: cum extendentibus membrum musculis tendo non obsequitur. Quemadmodum si extendentes obdurati inflectentibus non cedant: circa huiusmodi dearticulationem forma rigida existit, quam ὀρθόκωνλον, i. erectimacæ appellant. Potest igitur fieri, vt vel ex huiusmodi aliqua duratione spina distorqueatur, vel ex contagione tuberculo aliquo immaturo & maligno exorto. Quo modo vero ex talibus affectionibus spinæ distortio consequatur, superius in propria eius tractatione explicatum est.

Magis tamen hi inepti euadunt, ut toto reliquo corpore excepto capite augeantur. 97

Si in exteriorem partem coxæ articulus exciderit, melius qui id patiuntur, quam quibus intus luxatio contigit, ingrediuntur: modo ex inflammatione & contagione pericula opportunarum partium euaserint. Sed his tamè magis quam illi obnoxij sunt, secessio enim articuli in interiorè partem super osse saltem inflexionem habet: quod neq; comprimi ob duritiem, neq; inflammari potest. At cum locus exterior femoris maximis musculis sit occupatus, fit, vt ij, si luxatio eam in partem contingat, vehementi dolore afficiantur, contunduntur siquidem musculi cum supra eos articulus prolabitur, colliduntur, & tumore præternaturali illuc prorumpente, i. capite femoris, distenduntur: ex sensuq; horum omnium dolorem contrahunt. Atq; ita, cum ex contusione & collisione inflammatio his in musculis exoriatur, qui articulum prolapsum excipiunt: cum cætera vicina membra, tum partes circa spinam contagione afficiuntur. Quæ vbi semel egrotarint, ijs qui in auctione adhuc sunt, tam hæc inepta magis vt augeantur, & minora: quàm cætera omnia deteriora euadunt. Meminisse, n. te oportet, id quod & sæpe à me dictum est, & paulo superius dictis attestat: sicut ijs qui in auctione patiuntur, membra minus augeri: ita iam adultis hominibus macilentiora fieri, & molliora. Cum autem spina augmento destituitur: consentaneum est, vt totum corpus ijs qui hoc modo luxati sunt, exilius efficiatur. Nam infra crura ex contagione minuunt: supra crura vsq; ad caput spina occupat. Quocirca si & spina breuior, & totum crus redditur: merito de huiusmodi hominibus dici potest, magis ineptos fieri vt toto reliquo corpore excepto capite augeantur.

At vero quibus posteriorem in partem caput femoris excidit (paucis autem excidit) ij neq; ad articulum qui excidit, neq; admodum ad poplitem extendere crus possunt, atq; id minus, quàm quibus ex uetusto idem contigit, hi enim magis & ad inguen & ad poplitem articulum extendunt. 98

Paucis in hunc modum caput femoris luxatur ob eam, quam superius diximus causam: quia videlicet acetabuli profunditas inæqualis est. propterea enim fit, vt vbi parum excauatum os est, frequentius excidat articulus, atque iccirco in interiorem partem magis id contingit, vbi vero altius descendit, rarius. vnde paucis in posteriorem partem luxatio hæc fit. Euenit autem in hoc luxationis modo, vt ad inguen nullo pacto: ad genu non perfecte crus extendatur, cuius vtriusque causa musculorum positura est: quorum totam naturam exacte & in musculorum dissectione, & in secundo dissectoriarum tractationum licet descriptam habeatis: pauca quedam tamè hic quoq; afferam, vt in memoriam vobis ea reuocem: quæ dum sumia dissecaretur, sæpe inspexis-

- A** ftis, id enim animal in plerisque homini corporis structura correspondet. Memoria igitur repetite primum musculum ex lumbis ad processum eum femoris pertingere, quem paruum trochantarem, quasi rotatorem dixeris, vocant: secundum ex osse pubis huic continentem, qui ad eundem processum connectitur. Hi musculi quoniam caput femoris retro excidit, cum illuc circumvoluantur, & circumtorqueantur circa acetabulum, vehementer intenduntur. si quis is qui hoc patitur, extendere articulum hunc vellet, opus esset, ut totum femur ei retro conuolueretur: atque ita predicti duo musculi tracti atque intenti maiorem in modum affligerent, nam cum sint maiores effecti quam prius essent, maiorem distentionem tolerare absque dolore non possunt, quin neque omnino id possent: propterea quod caput femoris, quod ex acetabulo excidit, a posteriore parte ossis, quod ipsum continet, collocatum est. Quod si penitus inflexo inguine extremum femoris quod ad genu est, esset multum attollendum: necesse esset, ut caput femoris ad anteriorem partem constitueretur, quod sane fieri nequit, nisi musculus qui ipsum excepit, diuulsus fuerit: in quem id naturali sua dearticulatione prorupit. Adde quod neque alterum id, quod prius quam extenderetur articulus in dearticulatione inguinis fiebat, existere amplius valet, nam neque extendi, neque inflecti integre amplius potest. Ceterum cur Hippocrates alterius tantummodo, id est extensionis mentionem fecit: ob id sane, quia statim post luxationem inflexum femur apparet, quippe cum extremitas eius iuxta genu tantum in anteriorem partem processerit: quantum caput in posteriorem abiit, quantumque ad inguen crus inflexum conspicitur. Ad poplitem preterea musculi omnes posteriores, cum in posteriorem partem hoc modo secedit femur, in originibus suis desuper intenduntur: quibus partibus intentis totum quoque reliquum eorum corpus extendatur necesse est usque ad tendones, qui ad tibiam pertingunt, tendonum vero extensio tibiam inflectit. Quapropter qui ita luxati sunt, non iniuria utraque dearticulationes inflexas habere conspiciuntur, quas cum extendere conantur, in ea maxime que ad inguen est, laborant, impotentesque sunt. Unde Hippocrates non hos tantum dixit dearticulationes has extendere non posse: sed in coxæ articulo absolute dixit: in genu adiunxit/admodum/quod valde & multum significat, quasi ibi extendi quod crus possit, non tantum multum, & perfecte, quod, nisi perfecte fit, nihil ab eo quod naturale est, deficere consuevit. Hoc autem evenit eandem ob causam, ob quam fit, ut post exarticulationem, poplitis articulus confestim inflectatur. Sciendum etenim tibi illud est, quod in omnibus distortionibus est commune, cum intenduntur partes aliquæ ex proximorum consequutione inclinationes in eas fieri, nihil, nisi est ex his que dimouentur, quod ita propria quadam affectione sedem suam destituat, sed cum a continente trahatur, continens etiam ipsum & proximum trahit, atque ita una quidem communi ratione intenditur: cum tamen una causa id non patitur. Nam & humera cito supra quam par sit, & exiccato, & inflammato item, & durato, & a sede sua exturbato commune est, ut affectio contingat. Idcirco de omnibus huiusmodi diffusius Hippocrates deinceps docuit: & nos quoque sermones eius sequuti omnia explanauimus.

99 *Aduertendum tamen illud quoque est, quod sicut utile est, & magnificandum, ita latet plerisque neque eos qui sani sunt, posse poplitis articulum extendere, nisi etiam articulum inguinis simul extendant: nisi uelint ualde sursum pedem sustollere, ita enim possunt. Hi igitur neque consueverunt poplitis articulum simili modo, sed multo difficiliter queunt: nisi inguinis quoque articulum consueverint.*

Quam dixit esse membrorum & partium communicationem, cum aliquo motu priuantur, & non propriam quandam affectionem: in naturaliter constitutis musculis nunc declarat, nullus enim ex ipsis licet multi sint, ex femore dependet: sed alij ex osse ilium descendunt: alij ex coxa exoriuntur, vnus solus ex osse pubis deuenit, ut necesse ob id sit, ut dearticulationes mutua agitatione moueantur, sicut modo in pedis & poplitis articulo demonstratum est: in quibus simul ad inguen etiam inesse communicationem quandam apparebat. Sicut enim ostendimus eos qui posteriorem ipsorum partem mouent, ab inferioribus femoris extremitatibus ad condylorum & tuberculorum radices exoriri: ita nunc alios intellige anteriore parte supra pedem in tibiam a predictis initijs pertingere. Cum igitur poples extenditur, posteriores: cum inflectitur, anteriores extendi necesse est, cum alteri ex his amplius quam naturale ipsis sit, intenduntur: oppositi retrahunt, & non sequuntur, oppositos autem uoco extendentes inflectentibus: hoc est posterioribus anteriores. Satis erit, puto, si perspicuitatis causa duorum musculorum exemplo rem hanc explicauero. Nam qui omnes crurum musculos in dissectionibus contemplati sunt, ex his duobus, de alijs quoque eadem poterunt considerare. Qui non uiderunt, ijs ne de duobus his quidem satis clara oratio erit. Hi igitur musculi ex iliorum osse exorti deferuntur, ac primum femoris dearticulationem ad inguen, deinde totum femur, tum alteram dearticulationem ad genu transgressi, alter qui angustior est ad unum femoris tuberculum delatus paulo inferius, ac postea rursus reflexus in anteriorem tibiæ partem, quam *ἀντικνήμιον* uocant, ibi in interiore eius sede innectitur: alter magnus validissimum producit tendonem latum, qui cum altero tendone commiscetur a maximo musculo ex anterioribus exortum habente, qui a clune descendit: primum hic patellæ inhærescit, postea in tibiam innectitur. Quando igitur ad inguen crus inflectitur, minor hic musculorum longitudo: quando extenditur, maior efficitur, genu uero & poplitis dearticulatione inflexa qui pa-

Septima Classis,

NNNNNN iiiij tellæ

tellæ inhæret, breuior: qui ab interiore parte fertur, longior euadit. Quare anterior summa extensione distendetur, si ad inguen extento crure, poplitem conemur inflectere. Si contra extento poplite inguen inflectamus, posterior idem patietur. Descēdens, n. ex alto loco per priorem partem femoris inflectitur: atq; inde oblique conuersus ad tibiæ anteriorem partem quæ vocat̃, reflectitur. Merito igitur hic, cum longior efficitur, primas partes & femoris & tibiæ longiores reddit. Extremam vero musculorum contractionem, extremamq; extensionem dolorē afferre, in libris de musculorum motu demonstratum est. Ac contractionem quidem ipsi operantur: extensionem ab oppositis tracti patiuntur. Cum itaq; musculis ad contractionem operantibus oppositi dolore non affecti coextenduntur: naturali quidem modo in communicationibus iam dictis de articulationum: præter naturam vero, in ijs quæ deinceps dicentur, tunc fit, vt multi medici decipiantur, putentq; musculos eos esse affectos, quorum impediri operationem vident. Sed hoc ex sequentibus etiam manifestius patebit.

100
 Multa item alia in corpore fratrationes huiusmodi habent, & circa neruorum contractiones, & circa musculorū figuras, & plurima, & cognita digniora q̃ quispiam opinetur: in natura etiam intestinorū, & uniuersi uentris, & uteri erroribus, & contractionibus. Sed de his alibi tractatio cum his quæ dicuntur consentiens, habebitur. Nunc uero de quo est sermo, neq; extendere cruris possunt, sicut iam dictum est: breuiusq; id duabus de causis apparet: partim q̃ non extenditur: partim q̃ ad carnes natium prolapsus articulus est.

101
 Dicitur à me etiam superius est cōmunitates & cognationes partium ἀδελφίαις, i. fratrationes solere Hippocratem nominare, quali fraternitates, & congermanescencias dixeris. Sentētia autem eius hæc est: Cum altera pars affecta est, in altera vel operationis, vel posituræ, vel figuræ, vel magnitudinis læsionem existere: cōmunemq; in omnibus causam esse intentionem, quæ in oppositum locum fit. Vt puta expositura, vt ab euentissimis exordiar, multos vidi ex ijs qui in artem sese ingerunt, licet legitime eam non didicerint, cum repente cōtrahitur aliquod membrum ita, vt & magnitudine breuius appareat, & pristinum situm non exquisite seruet, ad remedia statim ei adhibenda confugere: cum tñ id nulla affectione eiusmodi præditum sit, quæ curationem aliquam requirat. Nam si alterius buccæ musculi resoluant̃, fit, vt altera opposita breuior & quasi conuulsa appareat: ea vero quæ affecta est, sanā consequens extendatur. propterea. n. q̃ musculi oēs vnā habent propriam operationem, vt ad sua capita singuli attrahantur: cum qui in sinistra bucca sunt, suam operationem amiserunt: alteri qui sunt in dextra valentes & naturaliter affecti operando totam in se buccam dextram & labra attrahunt: atq; ita efficitur, vt sinistrū labrum extensum & longius seipso: dextrū breuius & contractius appareat: atq; hic quidē quod sanum est, atq; illæsum, cum alteram partem buccæ resolutam ad se attrahat, breuius euadit. Aliàs vero quod affectione caret ab affecto trahi ac conuelli consueuit. quemadmodum cum aut tendo aut musculus duratus extendi vnā cum oppositis non valet. cuiusmodi multa & in manus digitis, & in cubito, et poplite contingere conspiciuntur: dum vel amentantur & incuruantur musculis aut tendonibus ab interiore parte affectis: vel ex læsionibus huiusmodi extrinsecus rigidi & erectimanci euadunt. ita. n. medicis appellare mos est. i. ὀρθόκνυλλον, cum extensum aliquid ita fit, vt conlecti nequeat. Idem ex magnis & duris cicatricibus euenire consueuit. nam cū ab interiore parte concresecunt, amentant, & contrahunt mēbrum: cum ab exteriorē, vitiū quod erectimancum vt dixi vocatur, inducunt. Ex siccitate item, & ex multa humorum influxione, aut ventoso & flatuoso spiritu idem contingit. nam dum in se coguntur quæ ita affecta sunt mēbra, consentaneum est, vt oppositi musculi imbecilles reddantur ad operandum: cum qui contracti sunt, membra ad se retrahant. Sic etiam conuulsionones fiunt, cum musculi ipsi à sese primo ac præcipue ad propriam originem trahantur, deinde per ipsos membra quoq; in quæ pertingunt. Simili modo & vterus modo sursum abigit: modo in latus promouetur: nec ipse quidem propria sua operatione, sed ab altero tractus è sede propria recedit. nam quæ trahunt multa sunt. nexus. n. nerui, arteriæ, venæ quæ in ipsum pertinent, oīa hæc efficere id idonea sunt: cum in tumorē exurgentia tñ demunt de longitudine, quantum in latitudinem creuerit. Cōmune siquidem hoc corporibus oibus est, quæ distentiones & contractiones admittunt, non viuētib; tantummodo, verū etiam vita carētibus atq; inanimatis: cuiusmodi vtres, & sacculi, & cirri sunt. Vterus igit̃ hac de causa & attrahitur & detrahitur: & nonnulla quoq; ex intestinis, & musculi multi, & per musculos membra, & maxillæ. Huic rei consentaneum quoddam etiam, vbi de affectibus spinæ agebatur, in gibberositate, & repanditate, & obstipitate superius demonstratum est.

101
 Natura enim ossis coxæ ea parte est, qua & caput & cernix femoris inest. quando uero luxatum fuerit, pronum in exteriorem partem natium defertur. Consectere tamen hi, si dolor non prohibeat, possunt.

Natura & forma ossis coxæ tenuis est, vbi est acetabulū. constat. n. secessum capitis femoris in posteriorē partē nō nisi in posteriore acetabuli sede firmari: ita vt inter cavitatē & caput femoris os id intercedat, quod à posteriore parte acetabulū circūdat: quæ pfecto nō nisi pars coxæ ipsius est. de quo nūc loquēs, pnum in exteriorē partē natium deferri inquit. Perspicuū siquidē ijs est qui disseccari

A disseccari hæc loca aliquando viderunt, caput femoris cum tota ceruice in musculum magnum natium incubuisse, qui extensionem dearticulationis huius efficit: à quo quidem musculo tendo quidam membraneus exoritur, cum eo vnitus, quem pauloante diximus ex duobus anterioribus femoris musculis originem habere, patellamq; transgressum in caput tibiæ innecti. Hic igitur musculus, qui caput femoris prolapsum excipit, maxime omnium dolore afficitur, cum ab eo comprimatur, & distendatur: quare necesse est, vt etiã inflammetur: eumq; quem modo dixi, membraneum tendonem ad se trahat. Quod cum euenit, vt doleat eger cum poplitem inflectit, consentaneum est. quoad enim poples inflectitur, distendatur à patella tendo, & contūdatur necesse est. Distentus vero hic sursum ad musculum illum magnum vnde exoritur, in quem caput femoris incubuit, intentionem remittit. Processu tamen temporis fit, vt vbi finita inflāmatio musculi huius fuerit, parsq; eius quæ articulum attingit, humorem aliquem lentum collegerit, callumq; cōtraxerit: inflexio poplitis absque dolore efficiatur. Ad hoc quoque conducunt & cætera quæ antea de cruris musculis dicta sunt.

B

102 Et tibia & pes modeste recta apparent: & neq; hac neq; illac multum inclinata.

Modeste, quod ἐπιεικῶς dixit, neq; perfecte, neq; vehementer, neq; prorsus hic significare, sed mediocriter, ex ipsa eius oratione perspicuum est. quippe cum ipse Hippocrates subiungēs, neq; hac, neq; illac multum inclinata, velit significare non multum distortionis cruri adesse, sed parum id inuersum esse, ac distortum. Propterea enim inquit, & tibia & pes modeste recta apparēt, pinde ac si mediocriter ac paululum recta apparere dixisset.

103

Ad inguen uero cassior esse caro uidetur, præterea etiam si atrectetur: quippe cum in alteram partē articulus fuerit prolapsus, ad nates autem femoris caput atrectatum extuberare magis etiam conspicitur. Atque hæc quidem nota sunt, cum in posteriorem partem femur excidit. Porro cuiusque adulto iam prolapsum hoc modo femur non rediit, ubi tempus aliquod intercessit, & dolor iam fuit sedatus, articulusq; in carne uersari assuevit: ambulare is quidem potest: uehementer tamen consueti ad inguina ambulando duabus de causis cogitur: quia uidelicet multo breuius ob antedicta crus efficitur: multumq; abest, ut terram calce attingat: siq; tentaret uel paululum nullo alio obfirmatus pede eo sustentari, retro decideret. multum enim in posteriorem partem coxæ ultra pedis ingressum propenderet: tum spina in coxas incumberet. uix igitur pedis pectore insistit, sed neque id facit, nisi se ipsum ad inguina inflexerit, & alterius

C

cruris poplitem incuruarit, ita enim fit, ut manu obiecta superiori parti femoris læsi cruris in singulis gressibus firmitur: id quod ut ad inguina inflectatur, aliquantulum cogit, in crurum enim uicissitudine in ambulatione sustineri læso crure corpus non potest, nisi manu admota crus affectum terræ obfirmarit. quippe cum articulus corpori non substat, sed ad coxam in partem posteriorem extet. Hi tamen absque baculo ambulare, si assuescant, possunt: propterea quod incessus pedis pristinam directionem obseruat, non in exteriorem partem inclinatur, unde nullo indigent baculi renixu quo obfirmantur. Quamquam si loco apprehensionis femoris, scipione sub ala quæ supra crus affectum est, subiecto uti uelint, qui longiorem scipionem adhibent, rectiores quidem ingrediuntur: pede tamen in terra nequeunt firmari. quod si firmari uelint, breuior ijs baculus faciendus est: ad inguinaq; inflectantur, necesse est. At enim carniū imminutiones his quoque pro ratione, sicut superius etiam dictum est, efficiuntur. Qui enim suspensum habent crus, nihilq; laborāt: ijs uel maxime imminuiuntur. Qui uero ingressione plurimum utuntur: minimum quidem ijs carnis imminutio fit, sed sanum tamen crus utilitatem non modo non consequitur, si læso crure in terra insistendo utantur: uerumetiam deformius euadit: cum illi inferuiedo & promittere coxam, & poplitem inflectere cogantur. At si affecto crure in terra quispiam non utatur, sed suspensum id habeat, scipioneq; obnitatur: ita fiet, ut sanum robustum euadat, cum et naturali in statu incedat, & exercitatione insuper corroboretur. Ceterum hæc extra medicinam esse diceret fortasse quispiã.

D

nam quid de ijs quæ incurabilia iam euaserint, scire amplius nobis opus est? Sed multum opus est, nam & hæc intelligere eiusdem sententiæ est, non enim fieri potest, ut à se mutuo ab alienentur. Dare siquidem operam debemus, ut quæ curabilia sunt, incurabilia non euadant: intelligendo quo pacto ne ad incurabile deueniant, prohibenda sint. Incurabilia uero intelligenda etiam sunt, ut ne maxime offendant. Prædictiones autem splendide, & gloriose ex eo existunt quod dignoscimus, quo, & qualiter, & quando desinere aliquid debeat, siue in curabilem, siue in incurabilem affectionem conuertatur. Iam uero quibus ab ortu, uel aliqui in auctione adhuc constitutis, ita retro elapsus articulus est, & non est reuersus, siue per uim, siue per morbum excesserit. multæ enim huiusmodi luxationes in morbis contingunt: quinam autem morbi sint in quibus articuli prolabantur, posterius scribetur. Si igitur luxatus non redierit, femoris primum os breue efficitur: tum nocimentum patitur totum crus: ac multo magis & augmento & carne, propterea quod nihil eo utuntur, destitui consuevit.

Dictum à me etiam superius est, solere Hippocratem modo hoc loquendi uti πὸ τῆ κρῖ, idest præterea est, cum augere re uoluerit. Talis enim oratio eius est. Ad inguen cassior esse caro inspiciētibus uidetur, præterea etiam, i. præcipue etiam & multo magis, si locum quispiam atrectet. Cætera omnia, si quis memoria teneat ea quæ iam dicta sunt, patent.

104

Nocimentum enim his etiam poplitis articulus patitur, nerui ob ea quæ dicta antea sunt, intenduntur. Vnde quibus

bus

bus hoc modo coxa exciderit, et extendere poplitis articulum nequeant. Vt enim summam dicam, cuncta que in corpore ad usum facta sunt, si quis ea moderate utendo exerceat his laboribus quibus singula sunt assueta, salubria euadunt, beneque augentur, et bene senium ferunt. si contra non utatur eis quisquam, sed quiescat, morbosa et incremento carentia efficiuntur, celeriterque consenscunt. Inter que articuli non minime idem patiuntur, et nervi, nisi eis quisquam utatur. Ob has igitur causas nocumentum maius accipit in hoc luxationis modo quam in alijs: quippe cum totum crus quantum et ad ossa et ad carnes attinet, incremento destituatur. Hi igitur quando in viros iam euaserunt: suspensum, et flexum crus detinentes altero sustinentur, ac gestantur, baculo aut uno, aut duobus innixi.

Coxam excidere pro articulum coxæ dixit. sæpe enim iam diximus veteres omnes nondum hanc, quæ postea diligenter est exercitata, exquisitam ac minutam in nominibus obseruandis curiositatem nouisse: sed satis habuisse, si in exponendis rebus solum id spectarent, ut audientes intelligerent. Quod igitur inquit, huiusmodi est: Quibuscumque in posteriorem partem femur excidit, is non solum articulus qui luxatus est, nocumento afficitur: verum etiam in super poplitis articulus patitur. propterea enim addit/etiam/coniunctionem, & non absolute dixit: nocumentum enim his poplitis articulus patitur. Quo autem nocumento afficiatur, ipse manifeste declarat, cum ait, nervi intenduntur. An autem nervos appellet eos qui proprie ita nominantur, qui à dorso medulla exoriuntur, an musculorum prouentiones, que in tibiâ pertingunt: nihil ad præsens propositum refert. quippe cum utraque testimonia nobis esse possint, si ante dicta in superiore oratione recte explanemus: ubi dicebat, quibus ita excidisset coxa, eos articulum ad poplitem extendere non posse: communemque quandam rationem adiungebat, multas in quibus læsiones membri quibusdam contingere quantum ad formas, & magnitudines, & situs, & motus spectat: cum tamen membra illa nullo proprio morbo afficerentur: sed alia quædam quæ cum illis communicationem haberent, essent ea quæ paterentur: & præcipue intentiones esse harum contagionum causam assererat. De quibus ego superius differens tribus modis esse posse huiusmodi causas docui. uno, cum resolutus musculus aliquis fuisset: nam in eo casu alius qui sanus est, contractus conuulsusque apparet: altero modo, cum aduersarius extensus fuerit: alio ac tertio, cum quod sanum est, à continente & proximo attrahitur. sicut in vteri secessionibus contingit. Nunc igitur, cum posterioribus nervis, & musculis, & tendonibus intentis poples inflexus sit: extendentibus musculis non obtemperat. Superius de tendonum & musculorum intentione dixit: nunc de nervis ait, qui à dorso medulla exorti ad crura deferuntur. Quorum quidem tres origines sunt: una in prioribus ad magnum foramen ossis pubis: secunda ad inguen, qua & una cum magna vena, & extra ipsam in anterioribus femoris partibus nervus defertur. sed hæ parvæ sunt. Illud maximum nervorum initium est, quod in totum crus pertinet à posteriore parte, primumque ab eo loco egreditur, quod inter latum os est, & id quod κίχκυγα, hoc est cuculum vocant. Hoc igitur initium prolapsio in posteriorem partem articulo colliditur, atque intenditur. Ac propterea dixi posse nihilo minus hic Hippocratem de ijs qui proprie nervi appellantur, intelligere.

Cum autem in anteriorem partem caput femoris prolabitur, id quod paucis contingit: extendere quidem integrale crus agri possunt: sed consueti ad inguen minimum queunt. Si item poplitem cogantur inflectere, laborant, longitudo vero cruris ad calcem quidem vel prorsus similis apparet.

Profunditatem acetabuli, que omnibus in partibus æqua non est, esse in causa ut alibi raro, alibi frequenter articulus excidat, superius iam dictum à me est. Nunc, cum de luxatione femoris in anteriorem partem facta agat: contraria pati eos qui ita affecti sunt, inquit, illis quæ in posteriorem partem luxatis eueniebant. Illi enim extendere crus, hi inflectere nequeunt: ad inguen quidem, propterea quod in ipso flexu caput femoris una cum ceruice tunc est: ad genu, ob anteriorem musculum, qui ab osse ilium defertur: qui cum à capite femoris in eum prolapsio incuruetur, colliditur, ac distenditur. Is enim cum extendi amplius non possit, si quis inflectere poplitem conetur, resistit. longitudo vero cruris similis apparet. De luxatione in anteriorem partem ipse superius dixit his verbis: nam osse, quod à coxa procedit, superiusque ad pectinem fertur, caput femoris insidet, articuli vero ceruix in acetabulo vehitur/cum priori tempore non in ipso tota, sed maiore sui parte in acetabuli profunditate veheretur. De hac vero luxatione nunc ita scribit atque ad inguen quidem extuberantur: & contentus locus is apparet: ut in hac luxatione femur in anteriorem partem, & paulo etiam inferiorem recesserit. propterea enim fit, ut affectum crus sano æqualis videatur, atque id maxime ad calcem. nam summus pes inclinari in terram minus potest. Cuius rei causa & superius à nobis dicta est, & deinceps etiam summam referetur.

Sed summus pes in anteriorem partem prominere minus uult. totum tamen crus cum neque hac neque illac inclinatur, directionem naturalem obtinet.

Velle hic pro posse positum est, quemadmodum apud Homerum, cum inquit. Nec proflueret ipse volebat. id est poterat. Summum pedem autem partem eam pedis vocat, quæ à planta & solo usque ad digitos & unguis porrigitur. Euenit enim, sicut antea dictum est, ut extento poplite

A plite non recte in posteriorem partem tali articulus inflecti queat. Hæc igitur nunc quoque exponere cum velit, inquit, sed summus pes in anteriorem partem prominere minus vult/significans digitos, qui est summus pes, non posse facile protendi, & inclinari, neq; in terram deferri.

107 Dolore uero hi statim precipue afficiuntur, urinaq; his inter initia magis, quam alijs in luxationibus supprimitur. **Causam ipse cur hæc contingant, subiungit.**

108 His enim caput femoris proxime ad opportunos tenores eiectum est. Atque ad inguen quidem extuberantur, & contentus locus is apparet: ad nates uero, rugosior & macilentior. Atque hæc sanè eorum, quibus hoc modo femur excesserit, indicia sunt.

Tenores, id est τένονες, hic nominat neruos qui vnà cum arteria & vena per inguen deferuntur: quos opportunos appellat, propterea quòd, sicut etiam antea didicimus, qui magnam habent vim eos ita vocare consuevit. Hi autem magnam vim habent: cum & proxime ad dorsualem medullam siti sint: & ijs in partibus exortum habeant, vnde nerui ad vesicam deueniunt. Iccirco enim fit, vt in his luxationibus contagio vesicæ consequatur: cum inflammatione oborta ad vrinam excernendam ea impotens redditur. Fortasse etiam ob magnitudinem inflammationis in collo vesicæ existentis, vbi astringens musculus est, vrina supprimitur: cum inflammata partes meatu occuparint, atq; obstruxerint.

109 At quibuscunq; in uiros iam adultis articulus hic luxatus non redijt: ubi dolor iam cessauit, & articulus eo in loco, in quem prolapsus est, uersari assuevit: ambulare statim ferè erecti absq; baculo possunt: sed admodum directi, quippe cum in leso crure neq; ad inguen, neq; ad poplitem flecti facile queant. Ex inguinis enim inflexibilitate directiore toto crure, quam cum sani erant, in ambulatione utuntur.

Statim à principio cum luxatio hæc contigit, dolorem accidere his, vrinamq; supprimiti dixit. vbi tamen tempus processit, & hæc iam cessarunt: ingredi possunt. Sed cur hæc cessant, si in eodẽ loco caput femoris permanet, & nihilominus neruos comprimit, atq; intendit: Te ipse hoc docet, cum adiungit, & articulus eo in loco, in quem prolapsus est, uersari atq; agitari assuevit/in assuetudinem enim referre huiusce rei causam videtur. Nam quæ comprimuntur ab aliquibus, cū tempore callum contrahunt, facile postea ea tolerant. Simili modo quæ extenduntur, cum eodẽ tempore pati id assueuerint, dolore non amplius afficiuntur. Cur vero absq; baculo recti ingredi queant, ipse sequendo declarat. Summa orationis eius est: q; crus his in directione ad corpus seruetur: & neuter articulus neq; ad inguen, neq; ad genu inflectatur.

110 Trabuntq; hi interdum per terram pedẽ: quippe cum & superiores articulos non facile inflectant, & toto pede ingrediuntur. Nihilominus hi calce, q̄ anteriore pedis parte insistant.

Superiores articulos, qui est ad inguen, & qui est ad poplitem vocat. Articuli autẽ qui ingressioni inseruiunt, quatuor sunt: ad inguen, ad poplitem, ad talum, ad digitos. hunc vltimum licet multi sint, ob vsus tamen & operationis communionẽ, loco vnus connumero. Sed hic sanè parũ quid confert, dum in plano solo ingredimur. nam vt pedẽ in terra firmemus, ex eo qui est ad talũ maxime euenit: cum parum quid ipsi digitorum articuli adiuuant. Tota tamen crurum operatio & in ingrediendo, & in currendo etiam multo magis ex inguinis & poplitis articulis procurat. cum enim hi inflectuntur, sublatum à terra crus facile demittitur. Merito igitur nunc cum neuter inflectatur, trahere ipsos per terram pedem dixit. Interdum vero adiunxit tum ad solorum terre differentiam, tum ad læsionis quantitatem spectans. Nam qui in plano solo & decliui ingrediuntur, etiam si parum crus inflectant superioribus articulis, pedem nequaquam trahunt. Qui vero contra in inæquali loco & accliuui incedunt: quãuis multum inflectant, tantum abest, vt pedẽ non trahant, vt etiam in eminentias soli aliquando offendant, atq; impingant. Toto autem pede ingrediuntur, qui & calce, & planta, & digitis summis in terra innituntur. Non enim illi, quibus in posteriorem partem recesserat articulus, atq; ob id breuius crus habebant: planta in ambulando utebantur, sed fatis ipsis erat pedis pectore in terra firmari. quod à dissectionis professoribus solum & plantam appellari dixi. At cum in priorem partem excidit, calcem ij in terra prius firmat: propterea quòd tunc digitorum parte insistere nequeunt: qua tamen postea vtuntur, cum iam crure affecto innixi transferre alterum aggrediuntur.

111 Quòd si possent magnis gressibus progredi, uel admodum calcigradi essent: nam ualẽtes quoq; quanto magis progrediendo ambulant, tanto magis calcigradi sunt: dum pedem alterum ponunt, & contrarium attollunt.

Eos qui multum progrediuntur, in terra calcem firmare, & dictum à me superius est, & euidenter apparet. Nihilominus item constat non multum omnino progredi eos posse, qui superiores articulos qualibet de causa inflectere nequeunt. Hoc autem ipsis euenit, propterea quòd laborẽ non ferunt, quem in transferendo extentum crus suscipere coguntur. nihil enim aliud impedimento ipsis est, ne longe progrediuntur. Nam si sano crure firmato velint id facere, possunt quidem,

dem, sed non sine labore & defatigatione. Quare melius fortasse oratio hæc in hunc modum enūciari potuisset: Quibus in anteriorem partem coxæ articulus excidit: ij in ambulationibus nihilo minus quàm planta & digitis calce vti queunt. & si sustinerent & paterentur leso crure magnis gressibus progredi: vel admodum calcigradi essent, sed non tolerant: propterea quòd dum rigidum crus difficulter transferunt, labore afflictiuntur.

Quocirca quibus ita excidit, & adhuc magis calce oppangunt, q̄ anteriore pedis parte.

Oppangere, id est ἐγγίμνεν, de ijs consuevit dicere, quæ inter se connituntur, & sese cōtingendo allidunt. Hoc significato etiam est vsus cum conformare fracturas consulebat. diducenda enim prius ossa fracta ac distrahenda à se mutuo extensione esse affirmabat. ita enim facilius repositionem fieri, quàm si quis oppacta ea inter sese committeret. Aperte vero hic explicauit, quod paulo superius dixerat. nihilo enim minus hi calce, quàm anteriore pedis parte incedunt. quod clarius quoque & melius dictum fuisset, si quis hoc modo enunciaisset. Nihilo enim minus calce hi, quàm anteriore pedis parte ingrediuntur, verum etiam magis. Sed & adhuc magis/superius non addiderat.

Anterior enim pedis pars, cum reliquum crus extensum est, in priorem partem curuari nō potest: sicut, cum inflexū crus est, neque contra simari pes potest conflexo crure: sicut, cum extensum est. Ac sana quidem natura ita constituta est, sicut dictum est. Cumq; luxatus articulus non redierit, sic ambulant ut diximus, ob antedictas causas, macilentius tamen crus quàm alterum fit, & ad nates, & ad posteriorem tibiæ carnosam partem, et in posteriore processioe. Quibus vero infantibus adhuc prolapsus articulus, non repositus fuerit, vel etiam ab ortu: ijs quoq; femoris magis quàm tibiæ & pedis os imminuitur.

Pars pedis circa plantam & digitos, quam anteriorem vocat: inclinari poplite extento in terrā non potest, in quem modum pedem figurare curuari, id est καμπύλεδν, nominauit: propterea q̄ in tali articulo sicut neq; extensio, ita neq; inflexio appellari consueuerit, quemadmodum in poplite, & inguine. Quando igitur anteriores musculi primam plantę partem, quem τασόν dicunt, attollunt: in vsu est vt simari tunc pedem dicant, cum vero à posterioribus calx & tarsus trahitur: huiusmodi figurationis nullum nomen vsitatum reperitur. Idcirco Hippocrates, vt dixi, huiusce rei quam explicare volebat, propriam quandam vocem excogitauit, curuariq; pedem dixit. Neque igitur simari inflexo crure pes potest, sicut cum extensum est: hoc est ab anterioribus musculis attolli (id enim simari significat) neque curuari, nisi crus etiam fuerit inflexum. Paulisper enim & violenter vtrunq; hoc quidem fit: sed multum & absq; violentia non potest. Cum igitur, sicut dicebam, à sura non à tibiā exorti musculi calcem & totum pedem in posteriorem partem trahūt: alij extensionem, alij flexionem pedis nomināt. cum item oppositus motus ab anterioribus musculis fit: eodem modo extensionem alij, alij flexionem vocant. Sed in hac quidem motione consuetum est, vt simari pes dicatur: in contraria nullum, quod inter omnes constet, verbum habemus, verum tamen nullam propterea ex nominum discrepantia rerum cognitio iacturam facit. Nos enim nunc satis clare, vt puto, & perspicue vtranq; hanc rem absq; etiā consentientibus nominibus oratione hac explicauimus.

Minimum quidem in hoc modo luxationis femur minuitur: carnes tamen ubiq; minuiuntur. maxime vero ex posteriore processione, quemadmodum iam superius dictum est. Quicumq; uero recte educati fuerint: ij dum augentur, uti crure possunt: quod quidem aliquantulo breuius altero est: sed tamen innixi baculo ea parte qua lesum crus est, non enim absq; calce pedis peccore uti admodum possunt: id iniicientes, ut in alijs claudicatibus nonnulli possunt. Causa cur hi nequeant, ea est, quā paulo prius diximus. Ob id igitur baculo indigent. At qui neglecti sunt, nihilq; crure in terra utuntur, sed suspensum id habent: ijs ossa magis q̄ utentibus imminuuntur. In articulis uero quantum ad directionem crus magis debilitatur, q̄ quibus alio modo luxatio contigerit.

Nonnulli ex ijs qui hæc explanant, adeo periti harum loquutionum videntur, vt/minimum/ nullo modo significare existiment, nō minimum/vero maxime. Sed hi dictum hic ab Hippocrate esse opinarentur, ita affectis nullo modo femur imminui, quod tamen verum non est. imminui enim conspicitur aliquantulum: non adeo tamen, vt in alijs luxationibus, propterea q̄ minores hæc quā illæ imminuentes causas habet: quas duas esse dictum iam est, instrumentorum naturalium distortionem videlicet, & operationum impedimentum, quo fit vt crure parum vti queant. Sed in hac affectione præterquam q̄ non magnopere distortum crus est, neq; operationis nocuum valde multum accedit.

Galeni

283

GALENI IN LIBRVM HIPPOCRATIS DE
ARTICVLIS COMMENTARIORVM
LIBER QVARTVS.

ARGVMENTVM LIBRI.

De differentiis, ac de curatione luxationum tractat, quæ in cruribus, & manibus, horumq; partibus contingunt. Ratio item interponitur excidendorum ossium, et structura illius machinamenti, quod scannum Hippocratis appellatur.



Vigitur summam dicam, articuli qui excidunt & elabuntur: inæqualiter ipsi sibiipsis & excidunt & elabuntur: multo amplius interdum, quandoque multo minus. Quibusq; multo amplius prolapsi fuerint, & exciderint: difficiliore positu ut plurimum sunt. & si repositi non fuerint: maiores & manifestiores debilitationes & lesiones in ossibus, & carnibus, & figuratibus præ se ferunt, cum uero minus exciderint & elapsi fuerint: facilem repositionem admittunt. At si uel per frustrationem, uel per negligentiam non reuersi sint: minores, magisq; innoxie debilitationes his contingunt, quàm quibus paulo ante dictum est. Atq; alij quidem articuli quatenus prolapsio eis interdum minor, interdum maior contingit: admodum multum inter se differunt. sed femoris & brachij capita q̄ simillime inter se utraq; elabuntur, cum enim rotunda sint: simplicem rotunditatem ac caluatam habet. sinus uero qui ipsa excipiunt, orbiculares sunt, capitibusq; ipsis adaptantur. quapropter in his ut dimidium articuli excedat, fieri non potest. nã ob rotunditatem uel in anteriorem, uel in posteriorem partem prolabetur. Sed de quo nunc sermo est, integre excidunt: alio qui non excidunt. Tamen hi quoq; sic aliàs magis, aliàs minus à naturali statu exiliunt. Magisq; id femur, quàm brachium patitur.

C Non solius huius orationis, sed & sequentium omnium vna cõmunis summa hæc est, luxationes non parua differentia inter se discrepare, dum magis, & minus contingunt: quippe cum aliæ multum præter naturam, aliæ parum recedant: magisq; & minus alterutræ id patientur. Atq; in alijs quidem articulis, cubiti uidelicet, manus, tibiæ, pedis, & digitorum res perspicua est. in humeri uero & coxæ articulo non posse subluxationem, quæ uocatur, contingere, ostendit: propterea quòd capita articularum globosa ac rotunda in cavitates orbicularibus supercilijs circumdatas inseruntur: in quibus cum luxatio fit, substare capita nullo modo possunt. necesse enim est ut statim, ubi è cavitatibus aliquo modo excidunt, extra ipsas elabuntur. Sed tamen inquit in his quoq; fit, ut modo multum, modo parum præter naturam articuli excedant. Quod uero inter plurimũ & paucissimum intercedit, non paucas habere differentias in eo, quod magis & minus contingit, manifestum est.

2 Nam nonnullæ quoq; ex ijs quæ ab ortu contigerunt luxationes, si parum elapsæ fuerint, in naturalem statum reduci queunt: præcipue ad pedis articulos.

Ab ortu, alij de ijs qui foetificantur, dictum esse affirmant. alij de iam natis, non multo tamen post tempore, quàm geniti fuerint, intelligendum censent. His ea quæ deinceps dicuntur, uidentur attestari. illiq; manifeste errant qui de solis foetificatis intelligunt. Melius enim esset, ut de utrisq; dictum hoc esse existimarent. Alijs autem quæ deinceps dicuntur, attestari, paulo post ubi ad ea uerba explananda deuenimus, ostendemus.

3 Quicumq; ab ortu manci sunt.

D Distortionem cruris in anteriorem partem manciatatem, id est κύλλωσιν, prius ipse appellauit: in qua dixit contingere, ut pes intro conuersus atq; inclinatus mutilationem præ se ferret. Articulos autem pedis dixit, propterea quòd plures numero sunt, ad tali dearticulationes omnes existentes: neq; vno osse constât. suræ enim os ab anteriore parte, tibia ab posteriore magnis quibusdam processibus talum complectuntur. cuius quidem tali anterior pars rotunda cum sit quasi caput quoddam supra ceruicem prominens habet, quod sinu ossis comprehenditur, quod nauiculare nuncupatur: qua præcipue dearticulatione fit, ut pes & simatus attollatur, & retro abducatur. Talus præterea ab posteriore parte, eo quo in commentario de ossibus dictum est modo, cū calce dearticulatur. quo in libro exercitatum esse debere vnumquẽq; monui, qui explanationes has esset lecturus. Manciates autem pedis præcipue contingunt, cum in anteriorem partem tibia luxatur sic, ut suræ processus, qui extrinsecus, talũ cõplectitur, sine stabilimento vlllo suspensus relinquatur.

4 Pleraq; ex his curabiles sunt: nisi admodum magna declinatio extiterit, aut prouectis iam infantibus contigerint. q̄ celerrime igitur his curationem adhibere optimum est prius, quã ualde magnus ossium pedis defectus fiat: prius item quã carnes in tibia admodum multum deficiant.

Prouectos uocat, qui paulo amplius creuerunt. quorum non simili modo ut tenellis infantibus

Gal. in lib. Hipp. de articulis

bus ossium natura formari ac fingi potest. Hinc de iam natis Hippocratem loqui perspicuum est. **E**
An autem de ijs, quæ adhuc foetificantur, in vteroq; gestantur, etiam intelligat: nō ita liquet. Sæpe tamen in superioribus infantibus quoq; dum adhuc in vtero gestantur luxationes contingere commemoravit.

Modus vero mancipitatis unus non est, sed plures. Pleraq; enim luxata prorsus non sunt: sed ex figurationis consuetudine in quadam pedis interceptione demancata. **5**

Plerunque cum de aliquo ex ijs, quæ sigillatim differunt, quispiam loquitur: modi nomine vti consuevit. Nunc tamen de mancipitatum generatiōe dicere videtur, q̄ multis modis fiat. Nā quod subiungit, vtriusq; attestatur, inquit enim pleraq; enim luxata prorsus non sunt: sed ex figurationis consuetudine in quadam pedis interceptione demancata. Ex eo enim q̄ ait luxata prorsus non sunt/vnum quendam modum affectionis huius ostendit: ex eo q̄ infert / ex figurationis consuetudine / alios quosdam significat: cum tenera & quasi cerea infantium ossa prave à nutricibus figurata distorquentur: dum in incunabulis obtorta quodam modo, aut pluribus inuolucris intercepta collocant ita, vt à quibusdā et cōtūdantur: quibus omnibus fieri distortiones consueuerunt. **F**

Attendendum autem in curatione horum est, ut os tibiæ ad malleolum, quod extrinsecus est, in interiorē partem detrudamus, & reponamus: retrudamus vero contrā in exteriorē os calcis quod ex processione correspondet: ut inter se ossa quæ eminent, sibi occurrant & in medio & à latere pedis. Digni vero uniuersi unā cum pollice intro inclinādi & circumagendi ita sunt. **6**

Ipse in libro de fracturis ita inquit / iam vero tibia duo ossa sunt: quorum quidem partim multo tenuius alterum altero, partim non multo tenuius est. Horum alterum quod extrinsecus est, posteriores suram appellare consueuerunt. Hoc depellēdum intrō monet, simulq; calcem extra repellendum: præcipue ea parte qua ex processione, i. ex directione ad tibiam correspondet, sibi naturali situ impositam. Sæpe autē de hoc reponēdi modo, cum omnibus sit communis, superius iam dixit, quod, n. præter naturam eminent, in pristinam sedem reducendum est: vt sibi occurrāt, aptenturq; inter se ossa. Quæ de conformatione deinceps dicuntur, satis sunt aperta, si quis meruerit eorum quæ tum superius hunc librū explanantes, tum ante hunc, in librū de fracturis diximus. Siquid tamen inciderit quod obscurius paulo dictum esse videatur: id tm̄ explicabimus.

Tum cerato bene resinato, & plagulis, & linteis mollibus non paucis, neq; nimis compressis deligandum est. **G**

Conformatis partibus ceratum, quod resinam habeat, accommodatum est, propterea quod et continentur magis lintea, cutiq; adhærent: & partes ipsæ corporis magis exiccantur, ex adhesionē vero fit, vt conformatio immota conseruetur: ex desiccatione, vt compingantur partes, & corroborentur: atq; hoc quoq; ipsum stabilem ac firmam conformationē seruat. Linteis vt iubet mollibus ob partium mollitudinem, qua ex ætate præditi infantes sunt, quæ leniter quidem circūijci vult: cauens ne vehemēti circūiēctione compressio efficiatur: præsertim vbi mollia corpora deligantur. Quia vero præcipit vt minus cōprimamus, ideo pluribus linteis esse vtēdū censet. Deligationis, n. firmitatem ac tutelam dixit, vel cōpressionē, vel linteorum multitudine procurari.

Atq; ita fasciæ circūductions faciendæ, quemadmodum manibus etiam pedis correctio fieret: sic videlicet ut paulo magis in valgum tendere videatur. **7**

Hoc quoq; omni articularum & fracturarum correctiōni & restitutioni commune ac perpetuum præceptum est, sæpe ab ipso traditum. Non vult enim, vt in directionibus & restitutionibus conformatas partes ad naturalem statum exquisitè reductas, ibi relinquamus: sed paulo vltius circūduccendas censet: vt hoc modo diuturnam earum inclinationem ad distorsionem contrariam retrahendo in mediū restituamus: qui exquisitè naturalis earum status est. Nam si in hoc à principio relinquerentur partes: ad diuturnam suam distorsionem facile relaberētur. Hoc autem præceptum illi maxime generali curandi scopo subiectum esse manifestum est: quo cōtraria contrariorum esse remedia dicebat, cum neq; refrigerata mediocri calefactione calfaciamus: neq; calefacta mediocriter refrigeremus: sed adeo in contrarium vltra mediocritatem progrediamur, quantum à mediocritate affectio in alteram partem recesserat. Nunc igitur quoq; quia affectio membri est mancipitas, quæ valguitati contraria est: in valgum conuertendum pedem Hippocrates censet: quod videlicet vltra exquisitè naturalem statum excedit. **H**

Solea præterea vel ex pelle non admodum dura, vel è plumbo faciendæ est. **8**

Hanc etiam stabilitatis deligationis causa machinatur. vnde etiam alligandam eam fasciæ postremam omnium esse iubet: vt & deligationem totam contineat, & carnem non comprimat. Hoc autem significat cum verbis his deinceps subiungit in hunc modum.

Alligandaq;

A Alligandaq; ea non supra carnem quidem posita, sed ubi iam postremis linteis es deligaturus. Cum autem deligatam fuerit, unius ex linteis quibus deligatio fit, caput ad fascias quæ in inferiore parte pedis sunt è directo parui digiti assuendum est: deinde sursum intendendum, ut si mediocriter se habere uideatur, supra carnosam tibiæ posteriorem partem circummiciatur: ut ita detenta, firma, ac stabilis sit. Ut autem in uniuersum dicam, oportet ut quasi ceram fingendo, ita et manibus, et deligatione in naturalem suam reducamus: adducamusq; non uolenter, sed leniter.

E regione parui digiti, hoc est ab exteriori pedis parte ad carnosam tibiæ posteriorem partem appensionem facit: propterea quod mancum pedem curat. Nam si deualgato mederetur, e contrario fecisset: quippe cum in contrariam partem inclinare pedem oporteat, quam distortio contigerit. Nam in exteriori partem distorta, intro contorquentur: quæ intro secesserunt, in contrarium abducuntur.

11 Assuenda uero lintea ita sunt quemadmodum confert, ut exceptiones efficiantur. alie enim aliam exceptionem clauditates requirunt.

B Id quod modo ego dicebam, ipse hic explicat, alias aliam exceptionem & appensionem clauditates requirere inquit. De mancata enim appensionem proculdubio requirunt, quæ sicut extremum tibiæ finem intro: ita extra pedem adducat. Deualgata contra, ea exceptione indigent, quæ intro pedem, extra tibiæ trahat. Quæ item parum utroq; hoc modo affecta sunt: mediocriter in contrariam partem retrahenda sunt. Quæ multum recesserunt, vehementer sunt reducenda. Propterea et claudicantis, hoc est *χολώματος*, noie est usus: quod cõe oibus distortionibus est.

12 Calceus præterea plumbeus faciendus est, qui supra deligationem extrinsecus inducatur: qualem chiæ crepidæ modulum habebant. Sed nihil eo est opus, si quis recte et manibus direxerit, et linteis deligarit, et appensiones fecerit: Accuratio quidem hæc est. quæ neq; incisione, neq; adustione, neq; uarietate alia indiget. citius enim medicinæ hæc obtineant, quæ quispiam opinaretur. Euincendum tamen tempore est: quo ad in iustis figuratibus auctum corpus fuerit.

Qualem modulum haberent chiæ crepidæ cognoscere non licet, neq; enim tempestate Hippocratis adhuc seruabatur: quod significat, cum inquit/habebant/cum alioqui/habent/dicere potuisset. Constat tamen calceum eum qui exacte pedem continet, neq; carnem infantibus cum conformantur, comprimit: huic rei esse accommodatissimum. Quare ad hoc spectans quispiam satis utilem facere calceum poterit: etiam si quales essent chiæ crepidæ minime inquisierit.

13 Cuius ad rationem calcei uentum erit: focci qui lutigradi appellantur, sunt accommodatissimi.

C Ad rationem calcei uenient qui curantur pueri: cum & directum membrum sanum fuerit, & aliquantulum iam creuerit, ut tenera ei ossium substantia non amplius sit. Neq; prius ut ingrediatur permittendum est, ne rursus in priorem distortionem membrum relabatur. Sed cum iam tuto ingredi potest, conuenit, ut foccis calceetur, id est arbylis. Est autem hoc concavum, & toti pedi usq; ad malleolos admodum astrictum calceamentum. tale enim esse Hippocrates ex eo quod subiungit, declarat: lutigrados foccos appellari inquit. i. *πυλοβάτιδας*. nam si per *β* scribatur, ex eo dicitur, quod ingredi per lutum tuto possunt, qui ipsis his fuerint calceati. si per *ω*, *πυλωβάτιδας* quasi luticalcas dicas, ex eo quod lutum apte calcari ipsis queat.

14 Hoc enim calceorum genus minimum à pede cohibetur: sed cohibet magis.

D Natura & assuetudine comparatum est, ut alij aliter homines ingrediantur. Alius siquidem recte prorsus insistens, alius intus, alius extra pede inclinato. nonnulli ipso pectore pedis, quidam calce magis, quidam toto pede æqualiter innituntur. Quocirca fit, ut modo incessus sui quisq; calceos eos similes reddat: qui neq; profundus, neq; astrictus admodum pedi fuerint. Quin si huiusmodi aliquos calceos inspicias, quo pacto qui eis utitur, ingrediatur: facile tibi licebit conijcere. Qui enim rectus est, & neutram in partem vergit, sed qualis à futuro est effectus, talis permanet: rectum deponi pedem ingredientis significat. Qui vel intro, vel extra inclinatur, eodem vergere pedem eo utentis hominis in deambulatione indicat. Non secus etiam qui in priorem vel posteriorem partem depressior apparet, & vel ad calcem vel ad pectus pedis detritos magis, quam vel ab exteriori vel interiore parte clauos habet: in eas partes magis deferri pedem in ingressu ostendit. Huiusmodi igitur calceum cohiberi inquit Hippocrates, id est uinci & superari à pede. qui uero contra rectus permanet, in neutramq; partem pendet: cohibere pedem allerit, & cogere, ut rectus neutramq; in partem vergens in terra collocetur. Cuius rei summa ea est, ut astrictus planè circa totum pedem sit: profunditatemq; admodum multam habeat. Astrictus uero esse nullo modo potest, nisi multifidus fiat, scissionemq; longam habeat. Huiusmodi calceis venatores quoq; uti consueuerunt, qui per inæqualia loca salire & currere coguntur: ubi nisi maxime coaptata pedi calceamenta habuerint, tortiones & uellicationes circa malleolos, & pedes eis contingunt.

15 Cretensis quoq; calceamentorum modus accommodatus est.

Adhuc

Ad hunc usque diem & in nostra Asia & in Creta præcipue huiusmodi calcei vsurpant, qui usque ad mediam tibiã ascendunt: ubi & à sinistra & à dextra parte multifida pellis vtrinque æqualiter intenta est, atque in oris perforata: ita ut per foramina traiecta ligula ac contracta vtrinque pellis segmenta inter se mutuo coeant, ac constringantur. Huiusmodi calceus sine dubio pedem unam cum tota naturali dearticulatione exquisite continet, ac constringit. Hoc venatores præcipue apud nos vtuntur, dum feras insectantur: quippe cum in asperis & inæqualibus locis sæpe non modo currere, verum etiam salire ipsis opus sit. Eadem causa ob montium vastitates & asperitates, qui in Creta sunt, ad gestanda huiusmodi calceamenta Cretenses induxit.

DE DENUDATIS OSSIBVS CVM LVXATIONE.

At enim quibuscumque ossa tibiæ luxata vulnere facto penitus è pedis articulis eminent, siue intro, siue extra uergant, reponenda non sunt: sed permittendum ut qui uelit medicus ea reponat. Scire enim licet hos, si reposita permanferint, esse morituros: paucorumque dierum uitam ipsorum futuram. Pauci enim ex ipsis sunt qui septem dies pertrāscent. Quæ namque ipsos perimit, conuulsio est.

Ossa tibiæ appellat os suræ, & quod communi totius membri nomine tibiã nuncupatur. Hæc nudata extra cutem in vtrinque tibiæ dearticulatione eminent quandoque, tam qua pedi, quam qua femori coniungitur. De dearticulatione ad pedem primum nunc agit: monetque ut quandoque os tibiæ hac parte luxatum cutem exierit, repositioni sit super sedendum, ob conuulsionem, quæ superuenire consuevit. Dicitur etiam superius in libro de fracturis est, contingere in huiusmodi affectionibus, ut aliquis ex musculis diuellatur: aliquis unionem quidem seruet, sed contrahatur. quibus ad initium suum retractis totum membrum sequutum musculos, simulque cum ipsis contractum breuius euadat. Quis si quis extensione adhibita os, quod eminent, repositum: & extensio ipsa nocuum non paruum musculis afferet, & membri longitudo cum ipsis simul extēdat, dolore vehemēti eosdem afficiet: atque ita si magni sint musculi, conuulsio necessario consequetur: si parui, cuiusmodi circa digitos sunt, neque ita res periculo vacabit. plerique tamen ex his, si diligentia multa in tota curatione adhibeatur, salutem adipiscuntur. Sed quod ad curationem utile est, iam dixi. Nunc rationalis quædam quæstio restat consideranda, quæ nihil curationi vel prodesse vel nocere potest. Inquirunt enim nonnulli cur de ossibus tibiæ loquens hic Hippocrates, luxata, id est exarticulata dixerit, cum luxationem & exarticulationem eorum ossium esse affectionem asserat, quæ in cauitates ingrediuntur: non quæ eminentiis suis circumplectuntur. Quæuis enim articulos hos, sicut superius sæpe demonstratum est, vocet: non tamen ostendi posse inquirunt eum exarticulati tibiã dicere, sed talum. Ad hos qui ita inquirunt, respondendum illud est, quod à me sæpe antea quoque est dictum: solum id curare Hippocratem, ut rem de qua loquitur, exponat, quemadmodum etiam Plato nobis faciendum hoc censeat, primumque ipse facit. Demonstratumque alibi à nobis est, veteres omnes ad nihil aliud hoc spectare, quam ad consueuisse. Solus, n. Prodicus videtur minutam istam in nominibus obseruandis curiositatem affectasse: quam exactam loquendi diligentiam appellare qui Prodicum sectantur, solent. Caterum perspicuitatem narrationis nihil laedi ex ipsis his Hippocratis verbis patet, cum inquit quibuscumque tibiæ ossa luxata penitus è pedis articulis eminent. Nam si etiam verbum illud luxata & exarticulata sustuleris, nihil minus, quod dicitur manifestum est. Quod Hippocrates adiunxit nulla minutæ istius nominis curiositatis habita ratione: quam qui affectant, ferè inepti ad dicendum sunt. Qui enim enunciandi & eloquendi facultate sunt præditi, ad vim enunciationis ipsius spectantes singula verba minime conseruant: sed istis, quæ ipsis affluunt ex græcorum usu & consuetudine vtuntur. Hippocrates igitur cum animo conceperet ossa tibiæ è dearticulatione penetrata cute eminere, ita videtur eloquutus, propterea quod si quis quod eminent, ac multum extra dearticulationem extat, luxatum esse atque exarticulatum diceret: rem euidentius explicaret: auditoremque ad rei speciem mente contemplandam facile induceret.

Adde quod conuenit etiam ut et tibiã et pes gangræna coripiatur. Hæc ita esse euentura sciendum certo est.

Gangræna quoque malum his contingere inquit, ex magnitudine videlicet inflammationis, si eminentia extra cutem ossa reposita fuerint: cum videlicet in inflammatis membris liuida carne iam suboriente rubor inflammationis euanescit: dolorque ex torpore sensus videtur imminutus. Nam si penitus stupida, sensuque carentia membra euadant: malum id non amplius gangrænam, sed siderationem nuncupant. Inter siderationem enim & magnam inflammationem gangræna media est, tanto peior inflammatione, quanto sideratione est leuior. Sideratio siquidem totius substantiæ membri corruptio est. quæ, ubi iam tener, curari à nullo potest: sed inter initia tantummodo, quando videlicet nondum vere est sideratio, sed gangræna magna, quæ prope ad siderationem accessit. Verum vicinarum affectionum nominibus abuti interdum consueuimus, de illis, quæ ad ipsas quidem deueniunt: nondum tamen integre ipsarum formam & naturam consequuta sunt. Ita fit, ut maxima inflammatio, cum neque colorem suum seruarit, neque dolorem: gangrænam

A gangrænā quandoq; appellemus, cum nondum prorsus gangræna sit: sed si negligatur tamen, paulo post sit futura.

18 Sed neq; ueratrum mihi uidetur & eodem die exhibitum & rursus epotum præsidio futurum: proxime quidem si quicquam aliud huiusmodi facit, sed neq; tamen id puto. At si neq; effecta, neq; tentata repositio fuerit, pleriq; ex his euadunt.

De usu veratri in huiusmodi affectionibus in cōmentarijs in librum de fracturis dictū à me est.

19 Affulcienda uero tibia & pes ita est, ut ipse uult.

Affulciri tibiam & pedem, firmiter stabiliri ac firmari significat: quod cū facis, illud tibi attendendum monet, ut figurationem eligas quæ minimum ægrotanti dolorem afferat. Quod enim inquit ut ipse uult/qui ægrotat scilicet, nihil aliud quàm hoc ostendit.

20 Tantum, ne aut suspensa, aut mota sint.

B Quod inquit/ne mota sint/idem est quod modo dixit/affulciēda sunt. Affulcire enim ita omni ex parte firmari membrum significat, ut moueri nullo modo queat. Suspensa uero ne sint/bene addidit, cum enim dixisset eam figurationem esse eligendam, quæ facillima ægrotanti esset: decliuem & suspensam uitandam esse censet: propterea q; cum affecte partes defluxionem patiuntur, causam inflammationis admittunt. Meminimus sanè in superioribus de cruris figuratione dictum ab eo esse, summum pedem paulo sublimiorem exquisita rectitudine tenendū. Nunc uero concedere ægrotantibus uidetur, ut recta pedis collocatione uti possint. Nam cum tres sint huiusmodi collocationes, decliuis, accliuis, & equalis seu recta: concedit ut excepta decliui, quocūq; modo æger uoluerit, crus collocet, prius uero iussit ut sola accliuī depositione uteretur. Perspicuū igitur est in huiusmodi affectionibus conuulsionis timore maximam curā eum adhibere, ut dolore ne attententur, dolor siquidem in nervosis membris conuulsionem maxime parit. Quare si ita affecta neq; refrigerentur, neq; dolore afficiantur: ut conuulsio ipsis superueniat, fieri nullo modo potest.

21 Medendumq; est cerato picato, & uino imbutis plagulis paucis, non admodum frigidis, frigus enim in huiusmodi affectionibus conuulsionem pronocat.

C De his quoq; superius dictum à me est, hoc est de cerato picato ulceribus curandis accommodato: & uino, præsertim, ut ipse docuit, nigro & austero: quod absq; inflammatione affectas partes conseruat. De eo uero q; fugiendum esse frigus inquit, utpote quod conuulsiones inducat, in carnis partibus explanatione aliqua fortasse indigeret: in neruis uero prorsus clarum est, neruis enim utrunq; inest, ut & facile refrigerentur, cum natura frigidi sint & exangues: & ubi patiuntur, in conuulsionem deueniant. Quin neq; alia quæpiam pars absq; neruorum contagione incidere in conuulsionem potest, neruosiore uero reliquis partibus esse dearticulationes constat, ubi uidelicet musculi deposita carne, quā in reliquis suis partibus habent, in tendonem desinunt. Quapropter magis illud quæstione dignum esse uideretur, cur uino mediocriter frigido utendum censeat, non enim mediocriter frigidum, sed calidum adhibendum esse unusquisq; existimaret. Huiusce rei ratio huiusmodi est: Medicinæ ulceratarum partium scopus in eo consistit, ut ne inflammentur, id autem fiet, si prohibeatur, ne uilla humiditas in affectam partem influat, non influet autem, si refrigeremus. Nam quæ calfaciunt & humectant, si corpori applicentur, id con festim rubicundius reddunt: paulo post etiam in tumorem subducunt: aliasq; ei similes inflammationi affectiones afferunt, quæ uero refrigerant, è contrario omnia faciunt: non modo nullam è superioribus locis superuacua humiditatem ad affectam partem attrahunt: uerum eas etiā quæ in ea continentur, ad uicina membra expellunt, atq; exprimunt. Refrigerantium aut duplex genus est: alia recenti qualitate ad tactum: alia insita qualitate id faciūt, nam quæ astringunt frigida, sicut in libris de simplicibus medicamentis ostenditur, & reliquum refrigerantium genus, ab his distincta sunt: ut papaueris succus, mandragoræ succus, cicuta, & alia quæcunq; cum humiditate frigefaciunt, austera, n. omnia terrestrem refrigerationem afferre demonstratum est, dicta etiam non pauca sunt de usu huiusmodi medicamentorum in libris de curandi ratione, quemadmodū quoq; in cōmentarijs de ulceribus Hippocratis. Sed ad præsentem rem satis est, si illud tantum cognoscamus: humidorum & frigidorum medicamentorum facultatē in totam corporis altitudinem penetrare, cui applicant: citoq; ipsum refrigerare amplius q; opus sit, ita ut corpus regentem facultatem stupefaciant. At quæ terrestrem refrigerationem afferunt, ea in libris quos dixi, accommodatissima esse demonstrata sunt ad influentes humores reprimendos, propterea igitur ipsa hæc adhibemus, quia uero calidum attrahere quoq; ad se humores consueuit, ideo recenti quoq; qualitate frigida adhibemus, neq; ea calefacimus. Nunc igitur Hippocrates, quantum ad affectionem ulceratarum partium spectat, eis frigidis quidem uteret, sicut in alijs uulneribus fa-

Septima Classis,

○○○○○○○ ci:

cit: quia tamen conuulsionem timet, quæ ex refrigeratione superuenire consuevit: prorsus frigida adhibere non audet: atq; iccirco non admodum frigidis vtendum monet. **E**

Accommodata quoq; sunt betæ folia, aut tussilaginis, aut alicuius alterius huiusmodi in uino nigro austero semicotta, atq; imposita. Medendumq; est & supra ulcus, & supra adiacentia. **22**

Qualis nam est tussilago: idonea ad præsentem rem, propterea q; mediocriter exiccat. qua re indigere vlcera omnia demonstratum est. De uino autem nigro austero dictum à me quoq; est in cōmentarijs de fracturis, ipsum cum reprimendi vim non secus, atq; alia uina habeat, crassius tamen cæteris esse: atq; ideo ulcerata membra non mordere. Quam ob causam eligendum cæteris magis est.

Ceratoq; tepido illinendum ipsum ulcus est. **23**

Demonstratum à me est, dum librum de vlceribus explanarem, sumere nunc ceratum Hippocratem, taliaq; medicamenta adhibere, quæ conglutinationem prohibeant: non quod vlceri conueniant, sed quia nunc non absolute tanq; vlcus, vlcus curat: vnde neq; glutinare id studet, sicut alia recentia consuevit: sed primum id in hac curatione sibi proponit, vt ne conuulsione homo corripatur. Ob id enim neq; reponendum articulum censet: sed potius permittendum vt crusturpiter claudum euadat. Neq; absolute mollia medicamenta adhibet, quæ *μαλθακώδη*. i. mollitudinosa ipse in libro de vlceribus vocat: licet vim mitigandæ inflammationis habeant. Inter initia namq; ea exorta, illis utitur, antea vero ne exoriatur, cauet: ac ppter ea reprimenda imponit: neq; tamen ea sola, sicut in alijs ob conuulsionis timorem, sed mixto curationis modo utitur: medicamentis facultate contrarijs mensura conuenienti inter sese iunctis: id quod ex sequentibus maxime spectare conspicias. Quibus iam animum aduerte.

Quod si hibernum tempus sit, lanæ sordidæ ex oleo & uino tepido imponendæ sunt, ac desuper irrigandum. **24**

Neq; tepidis vteretur medicamentis, neq; prorsus immisceret oleum, si tanq; ulceratum tantummodo mēbrum curaret, sed sicut prius dixi, quia conuulsionem timet, & oleum immiscet, & tepida oīa adhibēda censet. Verum neq; ad conuulsionē tm̄ spectat, sic vt à medela vlceris prorsus recedat, nam in mistis & coniunctis affectionibus curatio quoq; mista adhibenda est. Propterea imponi etiam lanas sordidas iubet, i. succidas: ita. n. à succo sordium appellare consueuerunt: quia hoc quoq; medicamentum non simplicis est facultatis, vt in libris de medicamentis ostendimus: sed mistæ ex contrarijs qualitibus & facultatibus, astringente videlicet, & leniter ac tepide calefaciente. Irrigandas vero, hoc est perfundendas ac madefaciendas huiusmodi affectiones vult, non tam de hyeme, q̄ de æstate quoq; intelligens. Cōmune. n. hoc toti curationi est/ desuper q̄dem irrigandum/ in fine subiunxit, non q; per hyemem tm̄ huiusmodi affectiones assidue humectatione indigeant, sed quia æstate magis id requirant. quippe cum magis per id tēpus lanæ ita affectis partibus circūiecte soleant exiccari. semper igitur madefacienda ac perfundenda assidue huiusmodi oīa esse cēset. Quod aut infunditur ac madefacit, tale esse debet, quale in prima statim curatione præcepit adhiberi: vel vinum solum, si sit æstas: vel adiecto oleo per hyemem, ac quantitas quidem caloris ex ambientis nos aeris constitutione reperietur. Nam qn̄ admodum frigidus aer fuerit, calorem humidorum quibus perfundes, augebis: qn̄ calidus, diminues. Non enim omnino vt calido vetat: atq; ita quantitatem caliditatis pro aeris temperatura subinde immutabis. Memoria aut tenēda sunt in huiusmodi oibus ea quoq; quæ ab ipso in vniuersum dicta sunt, omniaq; in oibus intelligenda. Sed quæ ea sunt: quæ videlicet tum in cōmentarijs in definitiones eius, quos aphorismos dicunt, tum in alijs multis cōmemoranda esse censui. quorum cum vnum dictum fuerit, reliqua quoq; oīa quæ eandem vim habent, intelligēda sunt: ac de omnibus dictum id esse quali cōmune, est existimandum. Ita igitur etiam nunc cum ipse tempus tantum hibernum cōmemorarit, tu & regionem, & ætatem, & consuetudines, & naturalem corporum constitutionem intellige: regionem scilicet frigidam, ætatem senilem, cōsuetudines quæ corpus refrigerant, naturalem constitutionem frigidam. quippe cum oīa hæc tempore hiberno ab Hippocrate scripto significentur. Cæterum sicut in hyeme in calidiorem modum curationē immutas, ita per æstatem è contrario in frigidiorē immutabis. æstati aut simili modo ætates, & regiones, & consuetudines, & corporum constitutiones calidæ correspondent. Quæ si oīa calefacere præ se ferant, in frigiditate: si frigefacere, in caliditate totam curationem augebis: q; si alia ad calefaciendum, alia ad frigefaciendum tendant: ad numerum ipsorum & facultatem spectans, ita pro rata cuiusq; portione & caloris & frigoris conuenientiam moderaberis.

Nibil autem ulla re deligandum est, neq; circumplectendum. scire enim oportet compressionem, & pondus talibus affectionibus omne malum afferre. **25**

Non solum in his subligaminum circūuolutionem, qua in omnibus & fracturis & luxationibus

A nibus vitur, auferendam esse censet: verum etiam deligationes omnes quibus ad lanas continēdas circumijci solent: causamq; ipse addit, cum inquit, compressionem & pondus omne malum huiusmodi affectionibus afferre. Satis enim ipsis sunt solae lanæ, cum ob mollitudinem & leuitatem neq; comprimere, neq; grauare quicq; possint. Atq; hæc non vt vlcus curans euitat, sed cauens ne denudati & contuli tendones & nerui conuellantur.

26 *Accommodata his etiam sunt nonnulla ex cruentis: quibuscumq; ex ipsis confert, ut lanæ impositæ vno irrigatæ multo tempore relinquuntur.*

Cruenta. i. *εἰσχυρά*, appellat medicamenta & his in libris, & in libro de vlceribus, quæ cruentis vulneribus statim imponuntur. Ex his inquit, ea præcipue esse admittenda, quæ cum post longius tēpus resoluuntur, irrigari inter solutiones queunt. Vult enim vt sicut reliqua omnia in curatione hac in leniorem modum referantur: ita quoq; neq; deligatio ægrotanti adhibeatur, neq; frequens fiat resolutio. Ex cruentis autem medicamentis post multum tēpus resoluī ea possunt, quæ maxime exiccandi vim habent: si tamen in ipsis id cauerimus, ne ex vehementia contrahant. Exempli causa duorum medicamentorum quæ nostis, mentionem faciam, quæ in omnibus libris descripta sunt, qui de medicamentorum cōpositione tradunt: cuiusmodi sunt Andromachi duo, Heræ vnus, & aliorum q̄ plurimi. Ex bitumine hæc componuntur medicamenta: quorum alterum barbarum: alterum Cyzicenum appellatur. Hoc cum magis q̄ cruēta exiccet, nocet magis, q̄ proffit, cum contrahat membra, atq; in dolorem inducat. Alterum accommodatum est, si tamē etiam ipsum moderate fuerit contemperatum. nonnulla enim ex his & immoderatus exiccant, & constitutione dura sunt. Sed de differentia huiusmodi medicamentorum in libris de eorum compositione dictum latius est. Pleraq; vero quæ ab Hippocrate deinceps dicuntur, clara sunt, si quis memoria teneat ea quæ antea & librum hunc de articulis, & alterum superius de fracturis explanans commemorauī.

27 *At quæ paucissimorum dierum sunt cruenta, quæq; resina comprehenduntur: non simili modo ut illa idonea sunt. diuturna enim ulcerum purgatio his fit, quippe cum multo tempore madore abundant. aliquos autem horum deligare bonum est. Sciendum tñ certo est, necesse omnino esse ut homo turpiter claudis euadat. nam & pes in superiorem partem attractus est: & ossa prolapsa extra eminentia apparēt. Neq; enim ullum ex talibus ossibus plerumq; nisi parum aliquid carne destituitur, neq; recedit: sed tenuibus & imbecillibus cicatricibus circumducitur: atq; id si multum tempus quicauerint: sin minus, periculum est, ne insanabile aliquod ulcusculum relinquatur. Verūtamen de quo est sermo, qui ita curantur, salutem consequuntur. Quibus repositus articulus permanet, moriuntur.*

Cuænam paucissimorum dierum cruenta medicamēta appellet, si meministi quæ in superiore oratione explananda exposuimus, non difficulter reperies. Ea enim ita vocasse eum constat, quæ post paucos dies resoluuntur. resoluī autem post paucos dies debent, quæ ex antedictis sunt imbecilliora. Nam quia non satis exiccant, sinunt, vt sanies ampliores circa vlcera colligantur. hæc nonnulli ex veteribus nescio quo consilio (multa enim dici possunt) resina extrinsecus comprehendebant. Sed cum Hippocrates omnia huiusmodi medicamenta cauenda esse censet, protrahere longius orationem, superuacaneum existimo: præsertim cum in libris de medicamentis quæcumq; de his scienda sint, cuncta fuerint definita. Nunc igitur de propositis dictum sit satis. Cætera quæ subsequuntur, si quis prius explanata memoria teneat, perspicua sunt: atq; ꝑccirco prætereunda.

28 *Eadem ratio est si ossa quoq; cubiti ad articulum manus ulcere facto siue in interiorem, siue in exteriorem partem manus emineant. Certo enim sciendum est intra paucos dies ea morte, qua superius dictum est, eum esse moriturum, cui reposita ossa permanserint, quibus uero neq; reposita fuerint, neq; tentata, ñ multo plures euadunt. His talis curatio competit, qualis dicta iam est. necesse uero est ut claudicatis distortionisq; figura deformis efficiatur: digitiq; manus & imbecilli & inutiles reddantur.*

Dicut totum id quod inter genu & talum est, ex duobus ossibus constans, tibiam appellat: ita quoq; quod inter brachium & primā partem palmæ intercedit, cubitum vocat: quod neq; ipsum vno osse, sed duobus compositum est: quorum alterum radius, alterum cubitus proprie nuncupatur: non secus atq; in tibia. Articulusq; ad manum cum tali articulo: qui vero ad brachium est, cum eo qui est ad genu, conuenientiam habet. Maiorum tamen partium affectiones, siue fractū, siue luxatum aliquid sit, difficilioresemper sunt. Quod si quis meminerit, ad reliqua quæ dicenda sunt, pauca explanatione indigebit.

29 *Nam si in interiorem partem lapsa fuerint ossa, inflectere digitos: sin in exteriorem, extendere non potest.*

Cur verbo labendi vtatur, superius declaratum est, vbi tibiæ ossa ad pedem cum vlcere luxari dixit. Nunc referre causam volo, cur quando in interiorem partem cum vlcere cubitus excelsit, inflecti digiti nequeant. In hac affectione fit, vt cubiti ossa ab interiori parte, ossibus primæ

partis palmæ, quem καρπὸν vocant, incumbant, vna cum tendonibus, qui extrinsecus eò perti-
 gunt ad superiorem locum ad brachium: ita vt digitos in exteriorem partem attolli necesse sit: id
 quod nihil aliud ipsis est q̄ extendi. Propterea igitur inflecti prorsus nō possunt, cum muscoli &
 tendones musculis ab interiori parte ipsos inflectentibus extrinsecus renitentur. Sæpe enim di-
 ctum est, nisi musculis operari conantibus alij oppositi obsequantur, fieri non posse vt operatio
 vllō pacto expleatur. Eadem ratio est, q̄ extendi nequeant digiti, cum in exteriorem partem cu-
 biti ossa excefferunt. nam cum interiores muscoli & tendones vehementer intendantur, ac pro-
 pterea obsequi exterioribus nequeant: pereat illorum operatio necesse est. Quin etiam ipsa ossiū
 positione, cum videlicet cubitus ab interiori parte ossibus primæ partis palmæ insidet, flexura:
 cum ab exteriori, extensio admodum prohibetur.

At si tibiæ os cum ulcere ad genu emineat, siue in interiorem, siue in exteriorem partem id contigerit: quibus repo-
 situm fuerit magis in præcipiti mors est, quàm superioribus: licet etiam illis in promptu sit. Si osse non reposito medea-
 ris, spes salutis ita tantummodo habentur. Periculosiora tamen ossa hæc sunt, quo sunt superiora, ac ualidiora, à uali-
 dioriq̄ impetu prolapsa. Si uero os femoris ad genu factio ulcere prolapsum sit, repositum ac subsistens uiolentiorum
 mortem maturius asseret, quàm superius dicta: non repositum, multo quidem periculosius quàm priora: sola tamen
 spes salutis hæc subest.

Testimonium non paruum hoc quod hic inquit, eorum est, quæ paulo superius de ossibus
 quæ & in dearticulatione ad talum, & ad primam partem palmæ eminent, atq̄ extant: iam dixi-
 mus, nam neq̄ talus in dearticulatione ad pedem, neq̄ prima pars palmæ, quem καρπὸν appel-
 lant, ad cubitum extra cutem prominet: sed in crure tibiæ, in brachio cubitus. Merito igitur hæc
 & luxari seu dearticulari, & prolabi dixit, quippe quæ extra dearticulationem excefferint. tibiā
 enim in dearticulatione ad malleolos interdum eminere modo in exteriorem, modo in interio-
 rem partem dixerat. nunc uero non tibiā solum, uerum etiam femur extare inquit. Non iniu-
 ria id quidem, nam in dearticulatione ad genu interdum tibiā, interdum femur extare conspici-
 tur. ad pedem uero tibiā semper. quemadmodum ad primam partem palmæ cubitus. Cætera
 aperta sunt, si antedictorum oblitus non fueris.

De articulis ad gibbum cubiti, & cubiti & brachij eadem ratio est, quæcumq̄ enim ex his luxata cum ulcere exti-
 terint, omnia si reponantur, mortem: si non reponantur, spem salutis asserunt, qui euadunt, clauditate debilitantur.
 Articuli quidem qui superius sunt, repositi letaliores: sed & non repositi periculosiores. Si uero alicui superiores articu-
 li luxati ulcere factio emineant, hi si reponantur, citissima morte consiciunt: si non reponant, periculosiores cæteris sunt.
 Quæ medela accommodatissima his mihi esse uideatur, dictum iam est. Iam uero quibus digitorum uel pedis uel
 manus articuli luxati uulnere factio exierint, non osse quidem fracto, sed in ipsa coherentia auulso: ijs si repositi perma-
 neant, conuulsionis quidem periculum impendet, nisi recte curentur. At operæpretium tamen est, ubi prædixeris rem
 cautione & cura multa indigere, ita repositionem aggredi. Facillimum autem & efficacissimum & artificiosissi-
 mum est, si uesticulo reponamus: quemadmodum de fractis ossibus atq̄ extantibus dictum superius est. Deinde quie-
 scendum quàmmaximè est, & cubandum, & inedia pugnandum: meliusq̄ est ut desuper leui aliquo medicamento
 hominem purgemus.

Merito hic inquit articulos numero plurali, sicut de genu. nam de dearticulatione ad primam
 partem palmæ, & ad malleolos loquens, non dixit in multitudinis numero articulos. Plures autē
 articulos hoc in loco esse, de quo nunc sermo ipsi propositus est, in tertio commentario in librū
 de fracturis declaratum est. Eandem rationem itaq̄ esse inquit in proposita hac cubiti dearticu-
 latione, sicut in genu. sicut enim illic aliquando tibiā, aliquando femur extare dictum est: ita nūc
 modo cubitus, modo brachium in eiusmodi affectionem incidit. Quæ deinceps commemorat,
 perspicua omnia sunt.

Vlcus uero uel cruentis medicamentis irrigatis curandum est, uel multi oculis, uel ijs quibus in capite ossa fracta
 curantur, nihilq̄ quod admodū frigidum sit adhibendum. Primi articuli minimum quidē sunt periculosi: superiores
 maius periculum asserunt. Repositio autē uel eodē die, uel postero molienda est: tertio aut quarto minime, quarto, n.
 die rebelliones maxime attentantur. Quocirca quibus non statim facta repositio fuerit, ijs antedicti hi dies sunt
 prætereundi. Quodcumq̄ enim intra decem dies reponitur, omne id continetur. At si post repositionem conuulsio su-
 peruenerit, statim eijciendus articulus est, ac calida aqua q̄ sæpissime fouendum, curandumq̄ est ut cum totum cor-
 pus, tum præcipue circa articulos calidum, lenè, ac molle custodiatur.

Quænam sint cruenta medicamēta irrigata, superius dictum est. Multioculi autem herbæ quæ
 etiam βούφθαλμος, hoc est bouis oculus nuncupatur, folio hic utendum censet, sicut prius tullila-
 ginis: cum eandem vim, quam illa habeat. Huius herbæ Diocles quoq̄ in libro de holeribus me-
 minit. Tale autem esse totius curationis propositum debere inquit, quale in fracturis capitis de-
 clarauit, eo in libro nobis quoq̄ illius curationis modus siccior esse esse demonstratus, q̄ qui in li-
 bro de vlcerebus traditus est, & præcipue circa articulos.

Debetq̄

33 **A** Debetq; inflexum magis q̄ extentum totum corpus esse. Expectandum tamen recessionem passuros esse digitorum articulos qui reponentur, plerisq; enim ita contingit, si uel qualibet inflammationis particula subsit, ut nisi ex uulgarium imperitia in crimen medicus incideret, nihil omnino reponi oporteret. Atq; ossa quidem ad articulos extantia si reponantur, ita sunt periculosa, sicut dictum est.

Non idem est si dicamus extētum esse & extendi, sicut neq; inflexū esse & inflecti. Qui enim extentum esse membrum dicit, vnam eius solam figurationem significat: quæ in directum tendit, quæ neq; maiorem neq; minorem suscipere directionem potest: Qui vero esse inflexum inquit, omnes post extensionem figurationes indicat: quæ magis & minus inter se differentes vsq; ad ultimam flexuram procedunt. Extēdi autem & inflecti motiones ipsas notat, quæ in transfurandis membris fieri consueuerunt. Extēdi siquidem omnes eos motus in se continet, qui inter extremam flexuram, & exquisitam extensionem intercedunt: sicut inflecti à summa extēsiōne vsq; ad summam flexionem motiones complectitur. Nunc igitur Hippocrates cum dixit extentum esse, extensionem ultimam quæ per directum planè est, significauit, cum dixit inflexum esse, omnes habitus indicauit qui inter hanc, & ultimam flexionem sunt. è quibus qui accommodatissimus subinde fuerit, eligendus est: modo qui paulum, modo qui multum à summa extensione recesserit. Quando autem alterutrum ex his eligendum sit, ex antedictis conijcere poteris.

DE OSSIBVS EXCIDENDIS.

34 **A** Quæ uero ad articulos digitorum penitus exciduntur, innoxia pleraq; sunt: nisi quis in ipsa uulneratione ex animæ defectu læsione afficiatur.

De excidendis ossibus docere hinc incipit, ita clare omnia differens, ut nulla nostra explanatione opus sit. Sed fatis est, si illud tantum præmoneamus, te omnia percepturum esse quæ dicit, si id tibi proposueris, quod de extantibus ossibus docuit: quæ recentiores medici ἐκβυσσάματα, id est excutationes, hoc est extra cutem eiectiones appellare consueuerunt. Pro magnitudine, n. articulorum magnitudo periculi impendit: sicut igitur in illis, ita in ossibus quæ exciduntur, cōtingit. Siquid autem obscure esse dictum videbitur, id explanabo.

35 **C** Medelaq; uulgaris talibus ulceribus sufficit. Quin etiam quæcumq; non ad articulos, sed ad aliam aliquam ossium directionem præciduntur, innoxia sunt: alijsq; etiam sanabiliora. Quæcūq; item in digitis ossa fracta extiterint non ad articulos, ea si reponantur, innoxia sunt. Excisiones uero integræ ossium ad articulos & in manu, & pede, & in tibia ad malleolos, & in cubito ad primam partem palmæ, plerisq; læsione uacant, si non statim animæ defectio occuparit, aut quarto die continua febris supervenerit. Siderationes tamen carniū contingunt: & in uulneribus cruorem erumpentibus, & ualidis constrictionibus, & ossium fracturis compressis magis q̄ par erat: Quæq; alijs uinculis uolentis intercepta fuerint, plerisq; decidunt: ac pleriq; ex his euadunt, necnon quibus pars femoris aliqua, & carniū & ossis deciderit: quibus etiam brachij pars, minus tamen id euenit, si cubitus aut tibia decidat: hi facile etiam euadunt. Quibus uero fractis ossibus siderationes, & denigrationes statim abortiunt, & cito carnes circumabruptuntur ac resoluuntur: ut quæ decidere debent, ossibus iam concedentibus, celeriter decidant. At quibus sanis ossibus denigrationes fiunt, carnes ijs statim emoriuntur: ossa autem sero decidunt: qua parte denigrationis fines, & nudatio ossis extiterit.

Sæpe iam dictum est uulgarem medelam eum appellare illam quæ accuratæ & exquisitæ opposita est.

36 **D** Quæcumq; partes inferiores finibus denigrationis fuerint, si prorsus iam emortuæ sint, & dolore careant, ad articulum detrahendæ sunt: cauendumq; ne uulneratio inferatur. Nam si qui exciditur, doleat, nondumq; ea parte emortuum corpus habuerit: periculum admodum est, ne præ dolore anima deficiat. huiusmodi autem animæ defectus multos illico iam peremerunt. Ac femoris quidem os hoc modo nudatum octogesimo die recedere uidi. sed tibia tamen huic homini uigesimo die ad genu fuerat detracta. uidebatur autem mihi etiam propius, non enim simul, sed ad maiorem cautionem mihi ita facere uisum est. Ossa uero tibie ex huiusmodi denigratione ad mediam tibiam sexagesimo die mihi deciderunt, quæcumq; ex ipsis fuerant nudata. Ad efficiendum enim ut citius aut tardius ossa quæ denudantur, decidant: curatio curationi sanè præstat. Compressio item à compressione ualiditate & imbecillitate differt ad efficiendum, ut nerui, carnes, arteriæ, uenæ denigratæ aut celerius aut serius emoriantur. Nam quæ non uehementer intercepta moriuntur, nonnulla non ad ossium nudationes deueniunt, sed magis in summitate decidunt. Ob has igitur causas uno numeri nomine tempus, quoto singula ex his indicantur, comprehendere non licet.

Cum antea dixerit, cum carnes ossibus circūiectæ denigrantur & corrumpuntur, necesse esse ut ossibus carne denudatis idem tandem eueniat: ac propterea præcidenda ea esse iusserit: nunc consulit, ut detrahantur sanis minime contactis: ne eger ex dolore adeo uehemēti, animæ defectu ita corripiat, ut recreationē amplius non admittat. Ad articulum aut, si fieri potest, detractionem esse faciendā monet, celeritatis causa. nam si in media mēbrorum parte ossa præcidantur, tēpus trahi necesse est. In articulis uero absq; ossium tactu affecta membri pars reciditur.

Septima Classis,

OOOOOOO iij

At enim

At enim admittendæ maxime huiusmodi curationes sunt, quippe quæ ad inspiciendum q̄ ad medendum formidabiliores sint. Et medela lenis omnibus huiusmodi sufficit. Ipsa enim seipsa duntaxat indicant. Studendum item est, ut nictus facultate febriculofus non sit. 37 B

Non ægrotantium tantum curam habere Hippocrates videtur, verum etiam medicorum ipsorum: ut cum semper quidem apud ægrotantes reprehensione vacent, in plerisque laudem consequantur. Propterea enim notat ac distinguit affectiones quæ specie magnæ sint, & quæ vi. atq; in vehementibus & validis vi, quæ specie huiusmodi minime apparent, detrectandum esse censet. quæ specie vero magna esse videantur, aggredienda. sicut hæc sunt de quibus nunc loquitur. Vbi namq; pars aliqua penitus emortua fuerit, ut vicinorum nulla admodum magna contagio timeri possit: si eam præcidas, animæ defectus evitato periculo, nihil mali consequuturum est.

Tum in iustis figuratationibus collocari corpus debet. Iustæ etiam hæc sunt: si neq; suspensum sit, neq; deorsum inclinetur, sed magis sursum uergat: Præterea etiam quoad integre circū abruptum fuerit, nam eo tempore sanguinis eruptionum periculum est. Idcirco uulnera non decliua, sed in contrarium collocanda sunt. 38 F

Sæpe à me dictum est, iustum ab Hippocrate dici pro eo quod potestate est æquale. hoc est quod pro vniuscuiusq; dignitate est. tale quid esse etiam iustitiam ipsam nouimus. Quantum igitur ad musculos spectat, iusta figuratio ea erit, in qua in neutram partem neq; qui inflectit, neq; qui extendunt, intenduntur. Quantum vero ad decliue aut accliue attinet, ea iusta esse figuratio videri posset, quæ inter accliuatatem & decliuatatem media est: hoc est quæ in rectam lineam exquisita est extenta, quæ sanè, nisi periculum aliquod eruptionis sanguinis impendat, siq; id eger facilius ferat: eligenda est. De hac paulo ante diximus, ubi de extra cutem eiectionis ossibus sermo erat. Nunc vero in præcidendis ossibus, sicut in operatione ipsa periculum est, ne dolore vehementi affectus æger, animæ defectione opprimatur: ita postquã operati sumus, alter metus impendat, ne sanguinis eruptio consequatur. id quod quando putrefactæ partes deciderint, euenire consuevit. Deorsum igitur vergentem habitum ad eruptiones huiusmodi sanguinis promptissimum esse, perspicuum est. vnde ut hoc periculum penitus ac tuto euitaremus, præcisum membrum accliue ac suspensum esset figurandum: nisi dolorem ea figuratio afferret. quocirca sic, ut paululum sursum uergat, collocamus. Patet item in hac oratione Hippocratem, ut rem augeret, dixisse/præterea etiam perinde ac si ita scripisset. si neq; suspensum sit, neq; inclinetur deorsum, sed sursum magis uergat: & præcipue cum putrefactæ partes circū abruptæ ac resolutæ fuerint. Nam eo tempore sanguinis eruptionum periculum est. G

Nam cum tempus plus processerit, & purgata iam ulcera fuerint: non amplius hæc figuratationes idoneæ sunt: sed reuera collocatio conuenit, quandoq; etiam in decliue tendentes habitus. Temporis enim mora nonnullis ex his ossis reuersiones contingunt: atq; ita fit, ut subligaminibus indigeant. 39

Sicut cum sanguinis eruptionem cauebat, rectam collocationem licet mediam & iustam ad accliuatatem tantisper redigebat, quatenus absq; dolore laborantis membrum attolleretur: ita nunc mediocriter decliue interdum figurandum censet, ut sanies excerni cōmode queant. Nam si neq; sanguinis eruptionis, neq; contagionis, neq; inflammationis periculum sit, & iam purgata ulcera sola consolidatione indigeant: ante omnia illud cauendum est, ne aut pus, aut sanies aliqua tenuis subsistat: curandumq; ut omnia effluant. Sed interdum tamen accidit, ut aliqua pars ibi sinuata eo tempore sanie corrosa, quo metu sanguinis eruptionis accliuem figuram elegeramus: subligamina quibus sinus contrahatur, requirat. Cuiusmodi in occasione deligatio contrario modo quæ cæteræ omnes antedictæ fieri debet. illæ enim ab inferioribus orsa partibus in superiorem desinunt: hæc quæ his affectionibus adhibetur, in quibus exprimere pus volumus, incipiens de super ad inferiora deuolui consuevit: ac paulo supra os sinus ipsius finitur, ea causa, ut quod è fundo ipsius expressum deligatione fuerit, aperto ore effluere statim queat. H

Expectandum tamen est, hos post tempus aliquod torminibus esse laboraturos. Nam & plerisque his quæ denigrantur, & sanguinis eruptionibus ex ulceribus tormina superueniunt. Atq; id plerumq; fit, ubi iam & denigrationes, & eruptiones sanguinis indicatæ sunt. 40

Torminum, id est *δυσεντερίας* uocabulum non pro ulceratione intestinorum, ut plerique medici solent, sed pro cruenta ex intestinis proluuie sumere Hippocrates videtur, ut etiam quando ex iecoris imbecillitate cruenta deijciuntur: affectio ea torminum nomine appelletur. id quod & fieri & dici à medicis quoq; videtur. Quin etiam nostis multos ita affectos curantium inscitia perijisse. Nam cum aliquando ex acrimonia exeuntium vnà cum defectionibus nescio quid adipis inter initia: deinde processu temporis strigmenta quoq; intestinorum excernantur: quia plerique

A pleriq; ex medicis quasi solam intestinorum exulcerationem neglecto iecinore curare consueverunt: in causa sunt vt ægri moriantur. Morbus igitur est, & iecinoris imbecillitas; & intestinorum exulceratio. Commune autem accidens cruenta hæc per sedem deiectionis est, quæ non ob antedictas causas existit, nam ex copia sanguinis venarum orificijs in intestina apertis cruenta hi deijciunt: vt malum hoc sanguifluus venis in ano, quas αἱμορροΐδασ' appellant, per q̄ simile sit: eo tantum differens q̄ illæ in ano tantummodo fiunt: in hoc in intestinorum anfractibus & reuolutionibus, vel in ipso etiam recto intestino, longe tamen ab ano in superiore eius parte vbi exoritur, venæ aperiuntur. Multos nos vidimus hoc pati, quibus excisum membrum aliquod fuerat, quiq; etiam cum priori tempore validis exercitationibus essent assueti, repente eas deseruerunt: cū alij certaminibus, alij fossionibus, aut tali alicui rei laboriose antea vacarent. Nisi enim hi vnâ cum exercitationibus copiam etiam cibi, qua cum laborabant, utebantur, imminuerint: celeriter nonnulli plenitudinis morbis corripiuntur: alij quibuscum felicius agitur, in torminum, quod dictum hic ab Hippocrate est, malum incidunt: ita enim, vt dixi, sanguinis deiectionem appellat. Nonnullos item noui qui profluuium sanguinis è naribus: alios qui cholera laborarunt: omnibusq; his sanguis ex circuitu plerūq; contingit æquali ferè tempore intercedente. Nam vniuersis his ac repentinis exinanitionibus afflicti ac refrigerati, victui postea studium nō adhibent: sed rursus incaute ac libere eo vsi, copiam rursus sanguinis æqualē priori in æquali tempore contrahunt, ac colligunt. Communem igitur causam omnium qui ita patiuntur, esse plenitudinem dicemus: quæ per venarum ora vel in naribus, vel in sede, vel in intestinis aperta exinanitur. quæ quidem plenitudo in hominibus contrahitur, qui cum comedant vt prius faciebant, abunde sanguinem ex alimento procreatum, vt prius solebant, non digerunt. Sub hanc communem rationem omnium qui ita afficiuntur, ea quoq; quæ ab Hippocrate hic dicta sunt, referuntur. quippe cum illis, quibus membrum aliquod præcisum fuit, alimentum quod prius ad id deferrebat, in venis collectum copiam sanguinis faciat. Quapropter cōsulendum huiusmodi omnibus hominibus est, vt pauciora edant quàm prius, atq; ea quæ paucum alimentum exhibeant: frequenter aluum ducant: quatenus possunt, exerceantur: amplius perfricentur: ante cibum sæpe, post nunquam lauentur. siq; vti aquis possunt, quæ digerendi vim habeant, id vel maxime faciant. Atq; hæc obiter dicta à me sunt: cum tamen ipsa obiter minime sint consideranda. Sed enim addendum quoq; esse illud videtur, quā ob rem nonnullis qui vehementem sanguinis eruptionem passi sunt, talia tormina post aliquod tempus superueniant. Id itaq; fit propterea, quòd vehementibus sanguinis profusionibus frigefacto corpore minus quàm prius per cutem digeritur, quod ergo non exinanitur, in corpore subsistens sanguinis copiam auget, ex qua, sicut prius demonstratum est, & cholera, & sanguinis profluvia per nares, & cruenta tormina eueniunt. Ita enim clarioris doctrinæ causa appello. Ex sanguinis autem copia, vt dixi, hæc consequuntur ob robur magis & vires, quàm ob imbecillitatem: cum ad exercendum id natura incitetur, è contrario quàm in iecinorarijs affectionibus contingat. in illis enim infirmitate & imbecillitate iecoris fit, vt cruenta ex intestinis deijciantur. Si igitur vel per hæmorrhoidas, vel per venas quæ aut ad intestina, aut ad nares pertingunt, quod redundat, natura expellere potuerit: fortunata exinanitio succedit. Sed si locis his copia ea non admissa ad pectus & pulmonem inclinata fuerit, graue iam malum impendet. Alterum enim ex duobus contingit: nam aut in pulmonias & laterales morbos, aut in sanguinis excreationes incidunt.

videt̄ cā 5. & lo. aff. cap. ul
ca 3. & caus. symp. cap.
fol. 28. B. ca 27. H.

41 Atq; incitantur quidem impetuose & uehementer: sed neq; multos dies perdurant, neq; mortifera sunt, quippe cum neq; ipsi hi qui hæc patiuntur, cibi abstinentia laborent: neq; alioqui exinaniri eos conferat.

D Non vt historiam scribat eorum quæ huiusmodi ægrotis accidunt, hæc subiungit Hippocrates: sicut Thucydides facit, cum pestilentiam illam describit: sed vt à torminibus quæ alijs de causis eueniunt, hæc de quibus loquitur, distinguat. Nam quis propositi huius operis propria hæc consideratio non sit: expedit tamen, vt diligentius pertractetur: cum medici cōplures sint, q̄ affectiones, in quibus sanguinis deiectiones contingunt, discernere non valeant. Nonnulli. n. longe aberrantes omnes eas ex intestinorum vlceratione euenire opinantur. Excretio sanè quæ per hæmorrhoidas fit, neq; ipsos ægrotantes latet. Cruenta vero quæ desuper ad sedem deferuntur, alia statim à principio veniunt: alia vbi tale aliquid præcesserit. Si repente sanguis multus deijcitur, scire licet apertionem orificiorum venarum natura quod grauabat excernente contigisse: huiusmodi hæc quæ nunc dicta ab Hippocrate sunt, tormina, quæ cum impetuose incitentur, cito desinunt: præter q̄ neq; fastidio cibi laborantes afficiunt: quemadmodū cum ex iecoris infirmitate huiusmodi deiectiones consequunt̄. Tæmet si raro iecoraria affectio à tali exinanitione incipit, vt plurimum. n. quasi carniū dilutum, & sanies sanguinis parū inter initia excerni consuevit. Incipit tñ quandoq; etiam cum huiusmodi repentino sanguinis profluuium, cum visceris huius infirmitati plenitudinis quoq; affectio accesserit, post initia vero vtro modo contigerit, vnâ cum summo cibi fastidio sanguis merus, aliquando non multus, aliquando flauæ bili admistus cū intestinorum deralis adipibus deijcitur. Postea etiam, qñ videlicet male admodum affectum

Septima Classis,

OOOOOOO iij iecur

iecur est, quali sanguinis fex exit. In huiusmodi autem excretionibus, præsertim cum aliquid bilis etiam habuerint: ipsorum intestinorum particulae quoque, quas *ἔσμερα*, id est strigmenta, vocant, simul deijciuntur, summa intestinorum tunica humoris acrimonia derasa. His tenuissimo victu est opus. At qui redundantem sanguinem excernunt: ijs congruus cibus exhibendus est, quippe cum sanum ac valens iecur habeant, quod præualere ei possit.

FEMORIS AD COXAM REPOSITIO.

Femoris ad coxam prolapsio si in interiorem partem prociderit, in hunc modum reponenda est.

42

Hippocratem, quæ articulum ad coxam reponere aggrediatur, cum tamen relapsurus statim sit, primus Ctesias Cnidius ipsius cognatus (nam etiam ipse genere erat Asclepiades ab Æsculapio originem ducens) post Ctesiam alij quoque nonnulli damnant. Cum igitur duplex omnium huiusmodi rerum iudicium sit, alterum cum aliquis ipse inspexerit rem, quæ in dubium venit: alterum cum longo experimento non expectata demonstratiua ratione ex natura rei sumpta quippiam probatur: nos utroque in præsentia utemur. Quod ad naturam rei pertinet, huiusmodi est. In hac dearticulatione validissima copula est, teres, in ipsa occultata, quæ verticem capitis femoris profundissimæ cavitati acetabuli connectit. ut si quis eam etiam non viderit, ex hac oratione consentaneum sit, intelligere eam longitudine esse admodum breuem, qua parte videlicet femur semper versatur: quemadmodum Hippocrates inquit, in coxa versatur nunquam supercilium acetabuli extra transcendens, necesse igitur est, ut minima quantum ad longitudinem attinet, copula hæc sit. Quocirca quoad naturali in statu est, prohibet, quo minus excidere femur queat. Fieri tamen potest, ut non solum abrupta, verum etiam ex humiditate multa in sinu acetabuli collecta adeo præter naturam extendatur, ut è naturali sede excidere femur permittat. Si itaque fracta copula femur luxari contingat, licet statim fuerit repositum, in sede tamen persistere non poterit, cum enim deuexum acetabulum sit ac decliue, magnumque pondus totius cruris insertum habeat: facile femur rursus à propria sede elabetur, si quis ingrediendo vel paulo citius moueatur, vel transcendere aliquid quod ante pedes sit, velit. nam si paruo motu eius in plano solo utatur, semper fortasse seruare id in naturali situ poterit, sed hoc fieri videtur nullo pacto posse. Etenim etiam si nihil aliud sit, quod impediatur, saltem in insensu soliorum in balneis attollere crus prorsus cogetur. Atque ita quidem femur repositum in sede sua permanere non posse, si diuisa copula fuerit, rei ipsius natura nos docet. Quin etiam illud quoque vere adiungere quispiam possit, cum in dearticulatione ad genu copulae quaedam nervosæ extrinsecus sint: femur solam hanc habere nullamque aliam huiusmodi extrinsecus, neque musculos qui dearticulationem constringant, neque enim muscoli paruo cuidam præsidio sunt ne articuli facile excidant: præsertim si robusti, ac contenti fuerint, propterea enim certatoribus, licet vehementissimos ictus in luctationibus, & casus, & articularum contortiones sustineant, brachia & crura non luxantur: quia vndique magnis & validis musculis cõstructa sunt. Ipse etiam Hippocrates inter initia huius libri, bobus quoque maxime articulum ad coxam luxari dixit, ubi consenuerint, gracilesque ac macilentis euaserint. Dirupta igitur hac femoris copula, quauis repositus articulus fuerit, contineri in sede, præcipue in gracilibus, nequit. Videamus deinceps si ex copiosa humiditate laxata copula excidere femur permiserit, atque id deinde repositum fuerit: quid euenturum esse verisimile sit. Mihi quidem hic quoque esse manifestum videtur, si manserit ibi ea humiditas, rursus id esse elapsurum: si exiccata fuerit, firmitatem naturalem esse recepturum, nam ex humiditate quoque effici, ut articulus luxetur, ex ipso etiam Hippocrate potes cognoscere: qui in definitiõibus, quos aphorismos vocant, ita scribit. Quibuscumque à coxendice vexatis coxa luxata rursus redit: ijs mucus suboritur. Muco igitur collecto in dearticulatione, i. lento humore madefacta copula relaxatur, nihil autem interlit in præsentia, siue copulam, siue copulatiuum neruum & colligatiuum vocemus. quæ. n. copulae teretes in neruorum speciem sunt, copulatiui seu colligatiui nerui appellari à dissectiõis professoribus consueuerunt. Huiusmodi femoris luxationem bis iam nos ita curauimus, ut in reliquum tempus non amplius exciderit. Diu autem exiccantibus medicamentis circum circa dearticulatio cõprehendenda est, quousque copulatiuus hic neruus satis fuerit exiccatus: ut nõ amplius ita extendi queat, ut femur supercilium acetabuli transcendens sequatur: sed in naturali situ ipsum intus contineat. Femur. n. aliquando manere si repositum sit, locupletissimus testis Tarentinus Heraclides est: vir profecto qui neque decreti confirmandi causa mentitus sit, ut plerique ex dogmaticis & decreta sectantibus consueuerunt: neque in arte inexercitatus: sed si quisquam alius fuit, ipse operum medicinæ admodum peritus extiterit. Sed orationem eius audiamus, quæ in quarto libro de curandorum eorum quæ extrinsecus sunt, ratione scripsit, quæ ad verbum ita se habet. Qui femur repositum nõ manere propterea opinant, quia diuisus neruus fuerit, quæ ad acetabulum coxæ femur continet, ignorant: cum in vniuersali modo negationem faciant. Nam neque Hippocrates & Diocles, neque Philonimus & Euenor, & Neleus, & Molpis, & Nymphodorus, alijque nonnulli repositiones eius tradidissent. Quin nos etiam in duobus puerulis propositum obtinuimus: quibus sepe & magis quam adultis articulus rursus relabitur. Non igitur res ratione iudicanda est, sed quia aliquando contingit

F

G

H

H

H

H


H

H

H

A do contingit vt permaneat: non semper auulsionem, sed & relaxationem, & contractionem rur-
 » sus nerui fieri existimandum est. quādoquidem quærere vtile quidem est, sed non prorsus com-
 » mune. In fine orationis huius suæ Tarentinus hoc adiunxit, sectam suam, quæ experimentaria
 erat, sequutus. cuius id propositum est, quæcunque aperte ita inspecta sunt, vt ex ipsis vtilitatem
 quæ ad artem spectet, dicere valeamus, inutilem esse in his causæ inquisitionem. Cæterum etiam
 post Heraclidem alij multi recentiores repositum femur à se semper remansisse memoriæ prodi-
 derunt.

43 Bona autem & iusta & secundum naturam repositio hæc est: quæ nescio quid etiam ambitiosæ concertationis in
 se habet, si quis harum rerum ostentatione delectatur. Homo pedibus ad medianum forti, sed molli ac lato uinculo su-
 spendendus est: ita ut pedes quatuor circiter digitos aut etiam minus inter se distantes habeat. tum ei supra genua la-
 ta & mollis habena, quæ ad idem medianum attollat, circumdanda est.



B
 A. MEDIANVM
 B. HOMO SVSPENSVS AD
 MEDIANVM
 C. VIR TRAIECTO INTER FE-
 MORA CVBITO AEQVABILIS-
 SIME APPENSVS

Scite atque vrbane aliquid iactare, ostenta-
 re, id est κομψοῦσθαι, dicere Attici consueue-
 runt. id quod etiam nunc Hippocrates signifi-
 cat, cum inquit/siquis harum rerū ostentatio-
 ne delectatur. Nam superius etiam de ijs, qui
 extensionem per scalam adhibebant, loquēs,
 dixit, eos imperiti vulgi auram affectantes id
 facere, & tamē de ea quoq; scripsit, quia tem-
 pestatis suæ medicos non bene vti ea videbat.
 Sic nunc etiam quo pacto extentum per scalam
 femur reponere quispiam optime possit, do-
 cere proposuit. qua fortasse reponendi ratio-
 ne, si non affuerit scamnum, de quo postea di-
 cturus est, vti etiam nos poterimus. lubet igi-
 tur hominem scalam alligatum suspendere vin-
 culis scala ad medianum sublata. Medianū au-
 tem, id est μεσόδμν, tignum magnum transuer-
 sariū appellatur: quod in magnis diuersiorū
 stabulis, vbi manent iumenta, necnon in agris
 in rusticis domicilijs ab vno pariete ad alterū
 pertingit. Vultq; vt pedes sursum ad media-
 num conuersi sint, caput vero non longe absit
 à terra: sic vt ille qui reponit, rectus assistēs ma-
 nibus vti in reponendo articulo queat: quem-
 admodum deinceps docebit.

44 Debet autem læsum crus duobus circiter digitis ma-
 gis quā alterum esse extentum: caput vero duos ferè cubi-
 tos, aut paulo amplius, aut minus à terra abesse. manus autem ad costas appositæ molli aliquo alligandæ sunt. Atq;
 hæc omnia supino ei iacenti sunt apparanda: ut q̄ minimum tempus dependeat.

Vincula quo modo circumficienda sint, partibus corporis quas commemorat, aperte declara-
 uit. Validiora autem esse iubet & mollia, quæ crus affectum attollunt, merito quidem: quippe cū
 D tota hæc extensio causa curationis illius efficiatur, communi omnium, quæ reponuntur, ratione.
 Quoniam enim caput femoris ex acetabulo elapsum in interiorem partem abiit, à musculis qui
 illic sunt, attractum: conuenit sanè vt prius deorsum id vnà cum femore videlicet agatur: deinde
 ita in exteriorem partem propellatur, vbi vero è directo ad acetabulum promotū fuerit, vel mu-
 sculis inde committendum negocium est: vel simul etiam impellendum. Musculos enim omnes
 ad capita sua naturali motu attrahi, sepe numero dictum iam est. Hi igitur simul secum femur etiā
 attrahent. Id attractum capite suo in acetabulum coxæ ingredietur.

45 Vbi vero suspensus iam fuerit, uir peritus & non imbecillis debet traiectum inter femora cubitum suum inter ca-
 put femoris prolapsum, & interfemineum inserere, deinde altera manu ad traiectam coniuncta rectus assistens è cor-
 pore suspensi hominis repente annexus sublimis æquabilissime appendere. Hæc repositio omnia quæ secundum naturā
 debent, exhibet. Nam & corpus ipsum suspensum suo ipsius pondere extensionem facit: & homo appensus tum exten-
 dendo impendere caput femoris super acetabulum cogit: tum osse cubiti moliendo relabi id in pristinum situm com-
 pellit. Oportet autem quā optime uinculis instructum hominem esse, necnon quā ualentissimum esse eum, qui ap-
 penditur. Sicut autem prius quoq; est dictum, multum inter hominum naturas interest quantum ad id spectat, ut uel
 facilia, uel difficilia reposita sint, curq; multum intersit, superius ubi de humero agebamus, dictum est.

To tum

Totum id quod inter inguina vtriusq; cruris est, *πληξάδα*, id est gressuram, solet appellare. cuius mediam partem *περίουον*, nuncupat, hoc est interfemineum, eo q̄ duobus feminibus interiacet. quæ est intercapedo, quæ ab exortu pudendi vsq; ad anum pertinet: vbi etiam vesicæ collum collocatum est. lubet igitur, vt inter hoc interfemineum, quod per longitudinem in media gressura porrigitur, & caput femoris cubito inserto, manuq; altera ei coniuncta, quemadmodum ap̄te ipse descripsit, ille appendatur qui caput femoris deorsum est attracturus. Id quod non solum efficietur, verum etiam molitio accedet, quæ articulum in exteriorē partē coget excedere, quo caput femoris directum supra acetabulum coxæ constituatur.

Nonnullis enim ex nullo apparatu femur ingreditur, sed ex parua extēsiōe, quatenus dirigere manibus ualeamus, leniq; criffatione restituitur. 46

Sicut superius *κύκλις μόν*, i. criffatum masculino genere dixit: ita nunc fœminino *κύκλις*, hoc est criffationē, à criffa aui seu motacilla, parua & leuem agitationem vocat. Nā agitare hac illac de leuī quadam motione intelligendum esse ostendit, vbi repositionem luxatæ maxillæ tradit. F

Multis item si ad articulum crus inflexerint, id facta circumuagatione in sedem iam est relapsum. Plerunq; tamen fit, ut cuilibet apparatu non obtemperet. Quocirca scire quidem optima ac præstantissima de unaquaque re in omni arte debemus: sed uti postea quibus sigillatim uisum fuerit. Porro extendendi rationes etiam in superioribus dictæ à me sunt: ut uti ex illis ea quæ obuia fuerit, ualeamus. Vehementer enim in diuersas partes extendatur homo necesse est, ut in alteram crus, in alteram corpus adducatur. nam si bene fuerit extentus, caput femoris pristinae sedi superimpē debet, si uero ita superimpenderit: neq; facile postmodū est prohibere, quo minus in sedem propriam insideat. ut iā inde oīs molitio, & reaptatio sufficiat. Sed, n. in extensione deficiunt. atq; iccirco euenit, ut molestiā multā afferat repositio. 47

Dum crus ad inguen inflectitur, suspensum totum femur efficitur. quod cum sit, femoris caput agitatum redire interdum per circumuagationem consueuit. Per circumuagationem autem, id est *κατὰ περίσφαλον*, quid significet (id quod & humeri articulo & coxæ, dum & excidunt & reponuntur, contingit) ipse superius declarauit: vbi edocuit in his dearticulationibus subluxationē fieri non posse, sicut in alijs, quæ ad cubitum, ad manum, ad genu, ad talum sunt. Propterea enim quòd globosa & rotunda femorum capita sunt, orbiculare uero & in circulum conclusum cauitum, quæ cum ipsis dearticulantur, supercilium eminet: fieri non potest, vt pars aliqua capitum in cavitatibus contineatur: aliqua non contineatur, sed in supercilio ipso acetabuli insideat: verum statim vbi deuoluuntur vel intra dearticulationem, vel extra labantur, necesse est. Quia igitur capitis lapsio in vtrumlibet minimo circumuagationis momento regitur: rem hanc circumuagationem nominauit. G

Oportet igitur non solum ad pedem uincula annexa esse, uerum etiam supra genu: ut non magis genu, quàm coxæ articulum deligatio intendat. atque ita debet extensio ad pedem apparari. In alteram autem partem non solum ex deligatione ad pectus & alas retractio procuranda est: uerum etiam habena longa, duplicata, ualida, leni, interfemineo circumiecta, atque à posteriore parte ad spin. am, ab anteriore ad iugulum porrecta utrinque dextrum distendendum est. Videndum tamen ut habena non supra femoris caput prætenta sit, sed inter caput femoris & interfemineum. Inter extendendum autem ad caput femoris pugno offirmato, propellendum est. Quòd si qui trahitur suspēdatur, traiecta manu, atque altera ei coniuncta, simul & detrahendum, & in exteriorē partem propellendum est. quod cum sit, iubendum alteri est, ut partem femoris ad genu leniter interiorē in partem detineat. 48

Cum pedibus suspensus homo caput deorsum habeat, omnibus articulis distenderetur: sed vnum tantum eius articulum qui est ad inguina, extēdi uolumus. Merito igitur supra genu iniicienda esse uincula præcipit, quæ femur sursum intendant. Nam si solis tibix inuolutis attrahere crus permittamus, nihilo minus, sed magis quoq; qui ad genu est, quàm qui est ad coxam articulus, quippe cum uicinior uinculis sit, distendetur. H

Dictum autem prius etiam est, operæ precium esse, ut qui in ciuitate aliqua frequenti medetur, lignum quadrangulum habeat sex circiter cubitorum, aut paulo maius: latitudine bicubitali. crassitudo autem dodrantalis sufficiet. 49

In libro de fracturis de machinamento hoc mentionem fecit. quare inde testimonium adducunt nonnulli qui asserunt, vnum librum scriptum à principio ab Hippocrate fuisse, quem inscripserat, quæ in medicatrina fiunt: qui deinde ob magnitudinem in duas partes fuerit diuisus: quarum altera, quæ prior est, de fracturis: secunda de articulis inscriptionem obtinuerit. Cuiusmodi autem esse machinam hanc uelit, ijs qui uiderunt, quod scamnum Hippocraticum uocatur, perspicuum est. ita enim ex multo iam tempore appellari à medicis consueuit. formulasq; paruas ad imitationem eius factas pleriq; habent, eoq; sæpiissime utuntur. solumq; id est, quod ad articulorum repositiones sufficiat. Si tamen alijs etiam uti machinis quispiam uelit, habet ad itinera quidem accommodatam, quæ diuulsilis appellatur: quod Archimedis ipsius inuentum esse prædicant. ad vsus uero in urbibus, statariam quidem, quæ Tectionis aut Andreae nuncupatur: sessilē, hoc

A hoc Hippocratis scamnum: quod nonnulli ex recentioribus medicis elegantius, non secus ac machinariam crepidinem appararunt. Deinceps igitur instrumenti huius fabricam describenti animo advertite, atque ea quæ dicit, illis quæ inspexistis accommodate. sola enim mōstratio quæ admodum antea etiam diximus, est, quæ huiusmodi res declarat. Nam illis qui apud me librum hunc legunt, prompte equidem hoc officium exhibeo producto in medium instrumento huiusmodi vel ipso magno, vel paruo aliquo ex eius simulacris, quæ huius tantummodo vsus causa cōficimus, vt legentibus ostendere valeamus. non enim scilicet per ea reponi articulus quispiā potest. Sed nunc sicut hoc facere mihi nullo pacto licet: ita explanare, siquid in verbis Hippocratis obscurius inciderit, licet, quod & in superioribus hucusq; feci, & facturus in sequentibus sum.

50 Id per longitudinem hinc & inde incisionem prælongam habere debet, ne altior opportunitate machinatio sit.

Cum inquit hinc & inde, à sinistra & dextra parte intelligit, quod ex eo patet, quod addidit per longitudinem/quin etiam prælonga idem significat. nam supra caput & infra pedes incisionem transversam potius q̄ prælongam appellasset. Quod autem inquit huiusmodi est, melius enim est,

B vt diluciditatis causa orationem hanc totam paraphrastice explicemus. Id, inquit, per longitudinem hinc & inde incisionem prælongam sicut lignum est, habere debet: quæ ea sit profunditate, vt ad molitionem sit accommodata, vt ne altior quàm conueniat machinatio sit. Quod enim inquit opportunitate, Græcorum more dictum est, qui καὶρόν, id est opportunitatem pro conueniēte interdum ponere consueuerunt, quod etiam δέον, id est quod debet & par est, appellant. Sit igitur incisio scamni tanta, vt in ea firmari vectis ad molitionem faciendam queat.

51 Deinde postes breues, ualidi utrinq; inaptandi: qui a fellos habeant.

A fellos qui & fuculæ dicuntur, axes vocat: postes vero firmamenta in quibus axes infixi sunt. quæ utrinque, id est à superiore parte, & inferiore scamni inaptata esse vult. Ad axes enim hos laqueorum, qui ægro circumijciuntur, capita, tempore quo in diuersa extendendum est, innectuntur.

52 Tum satis quidem est, si in dimidia ligni parte: nihil uetat tamen quo minus per totum etiam, quasi fossile longe quinq; aut sex incidantur quatuor digitis inter se distantes, trium digitorum latitudine, atq; eadem profunditate.

καπρέους, id est fossulas, quo verbo hic utitur Hippocrates, non pauci ex veteribus fossas appellarunt, quam vocem per translationem hic posuit Hippocrates, dum incisa in scamno caua ad vectes firmandos exprimere vult: quæ quidem in dimidia parte ligni, hoc est inferiore præcipue

C excauanda censet. nihil vetare tamen inquit, quin in superiore quoque fieri possint. Quippe cum instrumentum hoc, quod describit, non solum ad coxæ articulum, verum etiam ad vertebrae, & humeros reponendos nobis utile futurum sit. Hæc autem caua esse plura debent, propterea q̄ qui curantur, & ætatibus, & magnitudinibus, & toto corporis habitu inter se differunt. Quæ sane quanta magnitudine facienda sint, quantaq; inter se distantia, ipse manifeste exposuit.

53 Habere præterea in medio lignum hoc debet cauum aliud profundius ad tres circiter digitos quadrata figura: ut in eo cum esse opus uidebitur, lignum infigatur: quod ima sui parte foramini accommodetur & quadret: teres superius fit, infigendumq; id est, ubi uisum fuerit, inter caput femoris, & inter femineum. Lignum hoc erectum stans impedit, ne corpus, dum trahitur, ad pedes sequatur, interdumq; satis ipsum solum est: ut à superiori parte qui in contrarium adducat, non requiratur, interdum dum etiam hinc & inde crux extenditur: laxum id uel hac uel illac incumbens in exte-

riorem partem caput femoris moliendo extrudet. Nam propterea quoq; fossile ille excauate sunt, ut in quibuscumq; ex ipsis conuenierit, ligneus uel is iniectus et uel iuxta ipsa uel ad ipsa articularum capita profusus impactus simul cum extensione molietur: siue in exteriorem, siue in interiorem partem facere id expedierit.


Excidi in medio scamno cauum quoddam vult: quod ad suscipiendum lignum erectum, quod infigat inter caput femoris & inter femineum,

A LIGNVM QVADRANGVLVM SEX CVBITORVM, LATITVDINE BICVBITALI, CRASSITVDINE DODRANTALI.

B POSTES BREUES AXES HABENTES.

C FOSSVLÆ.

D LIGNVM TERES IN MEDIO CAVO INFIXVM.



E POSTES PEDALES LIGNVM TRANSVERSVM TĀQVĀ SCALE GRADVM CONTINENT.

femineum, idoneum sit. Clare autem ipse cur lignum hoc inter extendendum statuendū sit: quē E
admodum cetera quoq; omnia, deinceps explicat, ob eos tamen qui ingenio sunt tardiore, ora-
tionem hanc planius aliquantulo exponere non recusabo. Lignum hoc inter caput femoris la-
psum & interfemineum erectum deorsum intendenti obstaculum sit, dictum siquidem sæpe iam
antea est, nisi quis obstet, & in contrariam partem reducat: dum membrum extenditur, facile fie-
ri, ut corpus intendenti cedens, atq; obsequens intentionem omnē resoluat. Hoc quidem præ-
stat etiam per laqueos superioribus partibus iniectos facta intentio: firmitatis tamen causa ligno
hoc quoq; utitur, quin etiam ipso aliquantulum relaxato molitionem facit.

*Siue item teretem, siue latum esse uectem utile sit: alius enim alij ex articulis competit. in omnium autem articulo- 54
rum cruris repositione hæc cum quassatione molitio perquā utilis est. Sed de quo nunc sermo est, teretem esse uectē con-
uenit. Ex his machinamentis, & necessitatibus mihi non uidetur fieri posse, ut restitutione ullus articulus frustretur.
Tametsi alij quoq; modi reponendi huius articuli reperiuntur.*

Ipse deinceps dicet tereti uectē utendum esse, cum in exteriorem partem femur molimur. id
quod ipsi nunc propositum est, cum intro prolapsionem factam reponat. Nam si extra excessit F
rit, latum uectem adhibendum censet. Nunc enim uult ut inter prolapsum caput & interfemi-
neum ingrediatur sic, ut paulo superius capite colloceat. In excessiōe in exteriorem partem, cum
multa amplitudo eo loci sit, stabilius ac firmitus latus uectis obnititur, sicut paulopost suo loco ite-
rum dicitur.

*Nam si lignum hoc magnum in medio & à lateribus postes duos pedales habeat ea altitudine, quæ conuenire ui- 55
deatur, hinc unum, & inde alterum: deinde lignum transuersum tanquam scalæ gradus inter postes sit collocatum: sa-
no crure inter postes traiecto, læsum supra gradum transfertur, atq; adaptatur. Veruntamen id ad altitudinem, & ad
articulum qua parte excidit, facile accommodandum est, altior enim q̄ moderatum sit, gradus faciendus est: & strage-
lum multiplex: prout congruerit, corpori substemendum.*

Non sola axium firmamenta postes se vocare ex hac oratione manifestat. in mediā enim par-
te per longitudinem totius scamni lignum quoddam transuersum quasi scalæ gradus inter duos
postes à dextra ad sinistram pertingens constituitur: supra quod luxatum crus extenditur, non
ita quidem simpliciter, sed cum altero ligno, quod per longitudinem à superiore usq; ad inferio-
rem cruris partem porrectum ei alligatur: cum hoc enim supra gradum crus compellitur. Con- G
stat enim sanum crus infra gradum esse debere in medio inter postes loco. postes enim gradus
huius sustentacula appellat: quorum utrinq; alterum scamno infigendum censet. Hos autē à po-
stibus ianuarum per translationem ita esse nuncupatos perspicuum est.

*Deinde lignum moderata latitudine & longitudine usq; ad malleolum cruri subtendendum est: quod ultra caput 56
femoris, quatenus fieri potest, porrigatur: crurique quot partibus congruerit, alligetur.*

Lignum toti cruri alligari dictum à me etiam prius est. Sed nunc ligni superius caput capite fe-
moris altius esse faciendum censet, adiungens quatenus fieri potest, eo quod quod faciendum esse
dicit, difficile admodum est: nisi quis partem eam capituli ligni huius longi, qua ad inguen inniti-
tur, humiliorem: qua uero exterius tendit, altiorem effecerit. nam si æquale sit, æqualemq; altitu-
dinem habeat: perdifficile est, simul caput ipsius & in inguine firmare, & supra caput femoris im-
pellere, quod in hac luxatione inguine altius euasit.

*Postea dum crus extenditur, siue pistillari sistsse, siue aliqua alia ex his extensionibus, simul & crus unā cum alliga- 57
to ligno circum gradum deorsum comprimatur, & aliquis alius hominem supra articulum ad coxam detineat, neces-
se est. Nam ita fit, ut caput femoris & extensione eò redigatur, ut supra acetabulum impendat: & molitione in pristi-
nam naturam retrudatur. Hæ omnes commemoratæ necessitates ualidæ sunt: omnesq; si quis recte & bene exerceat, ea
laxitate sunt superiores. Quemadmodum enim prius etiam diximus, ex imbecillioribus extensionibus, uiliori q; appa-
ratu luxatio hæc pleriq; restituitur.*

Femore cum supra gradum translatus est, humilior luxatus articulus efficitur: id quod est ad
repositionem valde accommodatum: cum acetabuli margo inferior femoris capite etiam fiat. nā
cum luxatus articulus nisi marginem acetabuli transcendat, reuerti non queat, ea uero superius
excesserit: si depressiore & humiliore eo facto extendamus, optimum est. Laquei autem, quibus
intentio fit, vel ad pistillarem aliquem fustem deligandi sunt, qui ima sui parte stabili alicui moræ
in terra obiectus offirmetur: vel si huiusmodi fuste uti nolueris, axi qui in scamno est ad pedes,
intendentium habenarum capita circumijcies. Hoc enim significauit cum inquit: siue aliqua alia
ex his extensionibus/ ex his uidelicet antedictis, à pistillari ligno distinctis. Quæ subsequuntur,
perspicua sunt.

A At uero si in exteriorem partem caput femoris prolapsum sit, hinc & illinc tali quodam modo, sicut dictum est, extensiones fiunt. Molitio uero lato uelte simul cum extensione ab exteriore parte in interiorem impellendo adhibetur: ita ut ad ipsam clunem uel paulo superius uelte statuatur. alius uero ab altera coxa ad clunem etiam ipse, ne cedat corpus, uel manibus, uel altero aliquo huiusmodi uelte accommodatae alicui fossulae affirmato, reniti debet: ac simul femoris luxati partem quae ad genu est, ab interiori parte in exteriorem sensim promouere. Suspensio huic luxationis modo non conuenit. cubitus enim appensi hominis femoris caput ex acetabulo extruderet, molitionem tamen cum subiecto ligno, ut huic quoque luxationis modo competeret, machinari quispiam posset, si extrinsecus id applicaret. Sed quid plura? nam si recte & bene extendamus, & recte moliamur, quis articulus ita prolapsus non restituitur?

Si ualide quispiam crus extenderit, neque uectis molitione opus erit, manus enim nostrae sufficient: quibus totum femoris caput extrinsecus ad clunem apprehensum propellere eatenus facile possumus, quoad e directo ad acetabulum deueniat. Teretem autem uectem ad huiusmodi molitionem esse ineptum manifestum est: quippe cum etiam latus officio desit: nisi talis ea parte sit qua clunem comprehendit, qualem faciendam esse eam iussit, quae αμβη, id est spathularis crepido appellatur. Ipse enim ita inquit/ita ut ad ipsam clunem uel paulo superius uectis statuatur. Si itaque paulo superius statuendus est, resimus aliquantulum, ad comprehendendam partem illam non prorsus rectus esse debet. Caetera clara omnia sunt.

B Si uero in posteriorem partem excidit femur, extensiones ita, sicut dictum est, faciendae sunt: tantum stragulo multiplici, quo mollissimum sit, lignum instemendum: homoque supra pronus collocandus est. Simul autem cum extensione asserere non secus atque in gibberosis faciebamus, deprimere debemus sic, ut asis e directo ad natem, & magis in inferiorem, quam superiorem coxarum partem constituatur. Incisio uero in pariete ad asserem excipiendam non recta, sed paululum ad pedes inclinata faciendae est. Haec repositio & ex natura maxime huius luxationis modi, & ualidissima praeterea est. Loco asseris fortasse satis esset, si insideret aliquis, aut manibus coniteretur, aut inscendens quoque repente simul dum extenditur, calce impenderet. Alia nulla ex praedictis ex natura huius prolapsionis modi repositio est.

Haec quoque, quae de modo hoc luxationis tradit, aperta sunt omnia, si quis quae antea dicta sunt, memoria teneat. Vult enim hunc non ut priores, supinum, sed in ventrem collocari, ea siquidem prona figura proculdubio est. deinde forti adhibita extensione a posteriore parte in priorem articulum propelli. nam posterior pars desuper, prior infra in hac cubatione statuitur. unde oportet eum qui reponit, deorsum femoris caput detrudere: id quod oppressio per asserem cumulatissime praestat. Posset tamen id recte etiam facere quispiam, si supra eminentiam uolenter insideret. quae nisi suae natis protuberatione supra luxatum caput innitatur, aegroto nihil proderit. Hoc igitur opus uiri diligentiam & prudentiam requirit.

C Quod si in anteriorem partem promotio contigerit, extensionum idem modus adhibendus est. Vir autem debet qui & manibus quae ualidissimas, & quamperitissimas sit, uola alterius manus ad inguen impressa, atque altera manu ea comprehensa simul & prolapsionem deorsum compellere, & femur ad genu in anteriorem partem trahere. Hic repositionis modus maxime ex natura huius luxationis est. Sed & suspensio prope ad naturam accedit. in ea tamen oportet hominem qui appenditur, peritum rei esse: ut non cubiti molitione articulum retrudat, sed ad medium interfemineum, & ad os sacrum appensionem faciat.

Cum ad quartam luxationis coxae differentiam deuenierit, apertissime omnia de ea commemorat: & praecipue, quae etiam superius comprehensa sunt: ut nobis nihil hic praeter propositum nugandum esse videatur.

D Qui etiam per utrem reponere hunc articulum tentauit, laudi est. Nonnullos tamen uidi, qui ob imperitiam extra & retro factas luxationes per utrem reponere conarentur: neque aduerterent se eo modo eicere magis articulum, quam restituere. Nam qui id primus commentus est, ad ea proculdubio quae in interiorem partem prolapsa fuerant, repositionem per utrem adhibere tentauit. sciendum tamen est, multa alia ad hoc utre esse praestantiora. Uter uero flaccidus & uacius intra femora coniiciendus sic, ut quam intimam in partem potest, ad interfemineum ingeratur: deinde femoribus a patellis usque ad eorum dimidium fascia producta inter se colligatis, per partem solutam inferenda enca fistula est, atque inflanda sic, ut uter uolenter distendatur. homo autem in latus cubare, laesumque crus habere in superiore parte debet. Atque apparatus quidem huiusmodi est, sed plerique peius quam ego nunc dixi, instruuntur, nam neque ad multam partem femora deligant, sed tantum genua: neque insuper extendunt, insuper enim extendendum est. nihilominus tamen aliqui hoc etiam pacto facilem rem nacti reposuerunt. At hoc modo compellere non recte se habet. uter enim dum inflatur, partes suas tumidiore ad caput femoris quod emolendum est, minime habet: sed infra ipsum, cum in medio femorum, uel inferius etiam a medio collocatus sit. Adde quod femora etiam cum a natura sunt: in superiore enim parte carnosae & inter se coeuntia, in inferiore subsiccant & tenuiora: ita ut femorum etiam natura ac forma utrem ab opportunissimo loco depellat, ac deiciat, quod si paruum utrem inseras, exigua uis ad compellendum

dum articulum erit imbecilla. Quocirca si utre utendum est, ad multam partem femora inter se sunt colliganda: & simul cum extensione corporis uter inflandus, utraq; uero crura in hoc reponendi modo ad finē simul deliganda sunt.

A. HOMO IN LATVS CVBĀS
B. VTER INTER FEMORA INLECTVS
C. ALTERA AENEA FISTVLA VTREM INFLANS



Hunc quoque per vtrem reponēdi modum licet nō probet: docet tamē qua ratione eo optime uti quis piā posset, plane omnia persequutus.

Ceterum illud in tota arte in primis studendum tibi est: ut quod egrotat, sanum reddas: siq; multis modis ad sanitatem restituere id liceat, cum eligas q molestia magis careat. Hoc enim sicut ad virum bonum magis spectat, ita quoque est artificiosius: si populo gratum, ficum nō


affectes. De quo igitur est sermo, tales nonnullae domesticae extensiones corporis esse possunt: ut ex praesentibus facile omnia expediantur.

Haec extrema eius oratio est qua monet, ut facilitatem eorum, quae ad curationem spectat, sectemur: ut etiam si neq; scamnum, neq; aliud quippiam ex antedictis affuerit, simile aliquid nos ipsi excogitemus: de quibus deinceps adeo aperte omnia exposuit, ut nulla vel breuissima explanatione opus iam sit. Quod tamen obscurius paulo esse mihi videbitur, ascribam.

Nam si uincula lorea mollia & mitia non adsint, sed uel ferrea, uel armamenta, uel fines, prius fasciis debemus, aut pannorum laneorum segmentis eum locum maxime, quem uincula occupatura sunt, circumuoluere, & multo etiam amplius: deinde uinculis ita deligare.

Nauium funes ὄπλα, id est armamenta appellant: id quod etiam Homerus eo versu declarat, cum inquit. Veliuolae sub porticibus tunc forte iacebat

A. HOMO SCALAE IN TERRA DEFIXAE INSIDENS
B. SPORTELAPIDIBVS PLENA CRVRI LESO APPENSA




Armamentum illic. Nunc igitur Hippocrates nomine armamentorum, nauium rudentes, & funes intelligit. Ceteros funes quibus in urbibus & agris utuntur, communi funium appellatione comprehendit.

Tum in lecto qui ualidissimus & maximus sit ex praesentibus recte homo extendendus est, hoc pacto. lecti fulcra quae uel ad pedes uel ad caput sunt, ad limen ianuae, aut intus aut foris prout contulerit, offirmari debent. deinde ad altera fulcra lignum quadrangulum per trasuersum apponendum, quod a fulcro ad fulcrum pertingat: siq; id paruum sit, ad fulcra est alligandum: sin magnum, ita relinquendum. Postea initia uinculorum tam a capite, q; a pedibus utraq; ad pistillum, aut tale aliquod lignum sunt deliganda: ita ut uincula directe ad corpus respondeant, uel paulo et superius sint. pistilla uero erecta atq; alterum ad limen, alterum ad lignum illud appositum obiecta, ac retro adducta, extensionem absoluunt. Tametsi loco & liminis & ligni appositi scala lecto subiecta, quae ualidos gradus habeat, sufficere potest: ut pistillis hinc & inde ad competentes gradus firmatis extensionem faciamus. Femoris articulus, si in interiorē aut anteriorē partem exciderit, reponitur et in hunc modum. supra scalam in terra defixam homo insidens collocandus est: tum sano crure eius leniter porrecto, atq; quo pertigerit, alligato: c leso aut testaceum uas aqua plenum, aut sportula lapidibus referta appendenda est. Alter repositionis modus

A modus si interiorem in partem facta luxatio sit. Inter duas columnas canterius moderata altitudine hinc inde deligatur sic, ut in una parte qua adheret, ad cubiti altitudinem columna excedat: deinde supra canterium ea parte homo pectori stragulo circumuoluto insidens collocatur: pectoreq; eius ad columnam lato aliquo uinculo alligato, sanis cruris ne circumuagetur ab aliquo detinetur. Leso uero pondus aliquod quod congruat, sicut et prius dictum est, appeditur.

A. CANTERIVS INTER DVAS COLVMNAS DELIGATVS
 B. HOMO CANTERIO INSIDENS PECTORE AD COLVMNĀ
 ALLIGATO
 C. ALTER CRVS SANV̄ DETINĒS
 D. VAS TESTACEV̄ AQVA PLENV̄ CRVRI LESO APPENSVM



Primum igitur sciendum est, omnium ossium iuncturas plerumq; ex capite et acetabulo constare, in quibusdamq; sedem acetabularem et oblongam: in nonnullis pupillarem esse. semper autem omnes elapsi articuli maxime quidem extemplo, dum adhuc calidi sunt, reponi debent: sin minus, quam citissime. nam et qui reponit, facilius et citius reponit: et qui egrotat, leuius repositionem prius quam intumuerit, tolerat, prius autem semper ubi repositurus aliquos articulos es, premollire ac praegitare leniter eos te oportet: facilius enim ita ingredi consueuerunt, in omnibusq; repositionibus articularum maxime in maximis et repositu difficillimis, in paruis uero et facilibus: minimum attenuandus homo est.

DE DIGITORVM LVXATIONE.

Si uero digitorum articulus excidat, siue primus qui manus est, siue secundus, siue tertius: idem et aequalis repositionis modus est. maximi tamen repositu difficiliores semper sunt. Luxantur autem hi in quatuor partes, sursum et deorsum, et alterutrum in latus sursum maxime, in latera minimum: atq; id dum uehementius mouetur, ex alterutra autem parte in quam excesserunt, quasi crepido quaedam eminet. Si igitur in superiorem aut inferiorem partem prolapsus articulus sit, quia leuior hac sedes est, quam a lateribus, parumq; excedens articulus transgressionem fecit: facilius repositio est. Eius modus hic est. Digni summitate aut fasciola, aut alia aliqua huiusmodi re circumuoluta, ne si in extendendo eam apprehenderis,

elabatur, alter manu supra primam partem palmae, alter summo digito circumuoluto apprehenso in diuersa ad se uterq; extendant, tum simul prolapsum articulum in sedem repellant. Si in latus excidit, idem quidem extensionis modus adhibetur, in qua, ubi iam transcendisse lineam uisus articulus fuerit, confestim simul cum extensione in sedem repellendus est. Quod cum sit, alius aliquis ab altera parte obseruare ac reniti debet, ne in eam delabatur. Moderate etiam reponunt digitalia quae ex palmis textuntur, quas *σάκος* uocant: si hinc et inde digitum extendendo altera manu digitale: altera primam palmae partem apprehendas, posteaquam reposueris, linteis tenuissimis quaeleerrime deligandum est, quae cerato neque liquido et molli, neque nimis duro illita sint, durum enim a digito abssit: liquidum cum digitus calescit, euanescit et perit, tertio aut quarto post die resoluendum, frequentius, si inflammationem patiatur articulus: sin minus, rarius. Sed haec de omnibus articulis dicta sint, digiti articulus quartodecimo die constituitur: ac digitorum manus et pedis eadem curationis ratio est. In omnibus autem articularum repositionibus attenuatione et inedia usque ad septimum diem utendum est, sique inflammatio adsit, frequentius: si non adsit, rarius resoluendum, semperque affectus articulus et quiescere, et quae optima figuracione esse collocatus debet.

D DE GENV LVXATIONE.

66 Geni cubiti gibbo ob expeditam facilemque naturam benignius est: unde etiam facilius excidit: atque in interiorem partem saepius: sed et in exteriorem et posteriorem aliquando. Cuius repositiones fiunt uel ex repentina conflexione, uel ex calcitracione, uel si in rotundam aliquam molem fascia conuoluta, ac super poplitem imposita crux eo repete fuerit adductum. Potest etiam si moderate extendatur, cum in posteriorem partem prolapsus est, non secus ac cubitus, reuerti. Cum uero hac uel illac excessit, ex conflexione uel ex calcitracione reconditur. Restitutio tamen quae extensione moderata fit, communis omnibus est. Si non redierit genu, cum retro quidem excessit, constricti nequit: sed neque admodum id potest, cum alias in partes excidit: femoris uero et tibiae pars anterior imminuitur. Si interius prolapsus est, ualgiore euadunt: et exterior pars minuitur. Si exterius, magis uari, et minus claudi efficiuntur. crassiore autem osse gestantur: hisque ab interiore parte imminutio fit, iis autem qui ab ortu, aut in auersione luxationem hanc patiuntur, eo modo quo superius diximus, res cedit.

De tali

Tali luxationes ualida extensione uel manu, uel alijs huiusmodi adhibita indigent, directioneque, quae simul utraque efficiat. Sed hoc commune omnibus est. 67

DE PEDE.

Quae in pede contingunt, sic, ut in manu, curantur, eadem item ex tibia communicatio si exciderit aut ab ortu, ut in auctione, sicut in manu fit. Quicumque autem desilientes ex alto uehementer calce innixi sunt sic, ut ossa diffederint, & uena exsiccata, & nerui fuerint contusi, atque haec grauiter euenerint: periculum ipsius est, ne os fideratum toto auro negotia faceat. fluida enim ossa euadunt, & nerui inter se communicationem habent. Quibus item ex uulnere, uel in tibia, uel in femore, uel ex absoluteione neruorum qui communicant cum his, uel ex negligenti cubatione calx denigrata fuerit: ipsius rebelliones contingunt: & interdum ad fiderationem febres superueniunt acutae, singultuose, mentem attentantes, & quae celerem mortem afferant: uenanam item sanguisuarum liuores, Rebellantium ac recrudescitium nota sunt: si exsiccata & denigrata, uicinaque his, subdura & subruhra sint: sique cum duritia liuida euaserint, ne nigrescant, periculum est, si subliuida, uel etiam liuida exsiccata fuerint, uel subuiridia & mollia, in omnibus huiusmodi bona signa praeseferunt. Curatio horum haec est, si absit febris, ueratrum est exhibendum: si adsit, dandum non est: sed loco potius mella est praebenda si opus sit, deligatio quae articularum est, conuenit: deligandaque omnia magis sunt, ad contusiones sicut pluribus linteis & mollioribus utendum, ita minus comprimendum est: pleraque calci circumuoluenda. 68

Figuratio ea est seruanda, quam deligatio requirit, ne uidelicet in calcem deprimatur: ferulis utendum non est. At quibuscumque pes uel ipse excefferit, uel cum appendice (in interiori autem parte magis excidit) ipsi si non reuersus sit, & coxa & femur, & ea tibiae pars temporis processu attenuatur, quae est regio luxationis est, repositio eadem quae & primae partis palmae: ualidaque extensio adhibetur. Curatio, quae articulis, si quiescant, minus quam in manu recrudescit, quiescentibus uero tenuior uictus exhibendus est.

Quae autem ab ortu aut in auctione contingunt, sicut superius comprehensum est.

Deest explanatio.